Universidad de Deusto
Biblioteca

I. B. Monlorius

PARAPHRASIS
ANALYTICORVM
ARISTOTELIS

Volentiae
1569

Universidad de Deusto



Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

IOHANNIS BA.

ptistæ Monlorii Valentini Bocai-

RENTANI, CANONICI O-

RIOLANI, PARAPHRASIS, ET

scholia in duos libros Priorum Analyticorum Aristotelis, vel de Ratiocinatione, è Græco sermone in Latinum ab eo nunc denuò conuersos.

¶ *Accesserunt duo libelli eiusdem auctoris, vnus de nomine Entelechia; alter de Vniuersis, quòd in rebus consistent sine mentis opera:*

AD

Illustrissimum, & Reuerendissimum Dominũ Dominum Gregorium Gallum Episcopum Oriolanum, &c.



38123

VALENTIAE,

Ex officina Petri à Huete, in platea Herbaria. 1569.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ *Approbatio huius operis.*

ADmodum Reuerẽdus dominus Bernardinus Gomezius Miedes Archidiaconus Muriuetaris, sanctæ metropolitanæ ecclesię Valẽtinæ Canonicus, ac eiusdẽ sede Archiepiscopali vacante Vicarius generalis & Officialis iniunxit mihi Ioachimo Molinæ Theologiæ professori, vt librum hunc editũ à Iohanne Baptista Monlorio in Academia Valentina publico philosophiæ professore, in duos libros Priorum Analyticorum Aristotelis, simul cum duobus libellis eiusdem auctoris, altero de nomine Entelechia, altero de Vniuersis, legerem. Quod egi diligentissimè, nec quicquam in illis reperi, quod aut fidei catholicæ, aut bonis moribus repugnet.

Ego præfatus Officialis, & vicarius generalis visa superiori relatione concessi facultatem imprimendi, & vendendi dictum librum.

Petri Pëiratij in laudem auctoris decastichon.

Infesti meritò superi mortalibus olim,
Pandoræ dotes quique dedere suas:
At placidi meliore quidem nunc omine easdem
Monlorio dotes ecce dedere duplas.
Compositos mores, rerum cognoscere causas,
Et secreta poli sacra Minerua dedit
Eloquium natus Maia Græcè, atq; Latinè,
Ingenuas artes pulcher Apollo dedit.
Adiecit Cytherea sales, Suadela lepores;
Non ad perniciem; sed decus omne virũm.

Eiusdem πρὸς τὴν φιλέλληνα.

Τὴν μὲν ἀλήθειαν περὶ τ' ἄγαν ἐντελεχείας
Αἰν' ἐθέλεις γνῶναι, καὶ περὶ τὸ καθόλου
Μονλόριε Γραικῶν μυρόβλαστα κλαδὶ πεπωκώς
Ἀξιά τι γράψας, ἀξιός ὄφι ἀγός
Ἀξιός ὢν ὥταν ἐθέλεαι ἐμμένναι ἀὐτός,
Ἐλπίγε παυσιτυχὴς ἀξιόν ὥς περφέρειν.

Illustrissimo & Reuerendissimo in Christo D. Domino Gregorio Gallo Episcopo Oriolano, &c. Iohannes Baptista Monlorius S. P. D.

PAranti mihi interpretationem, & paraphrasim in duos libros Aristotelis de Ratiocinatione Pontifex amplissime, nondum equidem veniebat in mentẽ cui principi viro, vt fieri solet, hoc opus nuncuparem: sed auditorum efflagitationibus compulsus in id maximè incumbebam, vt quamprimùm emitteretur in lucem: quãquam horis tãtùm succisiuis id præstare licebat; continuis enim prælectionibus occupatus, quod reliquũ erat temporis, & otij, huic operi concedebam. Cùm ergo tum in docendi munere, quod mihi à Consulibus Valentinis proximo anno cõmissum fuerat; tum in his commentationibus totus versaretur animus, ecce quodam die, qui mihi felicissimus illuxisse visus est, me eo tempore prælegentem accersi iussisti: cuius imperio continuò, relictis omnibus parendum esse duxi, etiam si quid me velles prorsus ignorarem. Vbi primùm ad te perueni, ac debita veneratione salutaui; ibi me Præsul Illustrissime ex Philippi Regis nostri inuictissimi consulto Canonicum Oriolanæ Ecclesiæ, cui tu ab eodem Rege ob eximiam doctrinam, vitæ integritatem, morum, ac virtutũ exemplum singulare Episcopus es præfectus, renuntiasti; idque te ab optimo Rege per literas impetrasse dixisti, vt hoc me munere cohonestaret. Quo audito magno profectò fui stupore correptus, valdeq; admiratus vnde nec opinanti mihi tantum eueniisset boni; præsertim cùm in me nihil viderem, cur tanto munere donãdus essem. Egi tum gratias, vt potui, etsi non quãtum debui: animo enim tum subito gaudio, tum admiratione quasi extra se posito omnis ratio agendi gratias exciderat. Postquam autem à te discessi, redij ad meipsum, atque

cœpi me ipse laudare fortunam, meq; multis nominibus felicissimum iudicare. Primùm quòd id muneris essem consecutus, quo possem reliquum ætatis tempus in Dei Opt. Max. cultu, atq; studio sacrarum literarum cum dignitate, & otio perhonesto degere. Deinde quia quod alij vehementer optant, magnaq; animi contentione adipisci conantur, mihi vltrò esset oblatum. Quotus enim quisque est, qui non totis viribus det operã, vt ab aliquo principe viro ineat gratiam; quò aliquid honoris, aut fauoris, aut beneficij promereatur? At ego, cuius nulla in te præcesserunt officia, priùs sum beneficium tuum expertus, quàm gratiam: vnde animi tui nobilitatem, magnificamq; liberalitatem deprehendi, qui tam sit ad largiendum propensus, vt nullo officiorum merito adductus se in omnes beneficũ præstet. Illud etiam considerabam, quod in maximi beneficij loco reponendum puto, cùm in eadem Ecclesia mihi tecum sit commorandum, licere posthac tibi operam dare, tuaq; doctissima, & sanctissima cõsuetudine perfrui, ex qua mihi possem plurima, & maxima cõmoda comparare. Sed hæc cogitanti mihi alia occurrebat cura; quánam ratione efficerẽ, vt huius tanti beneficij à te accepti aliqua apud omnes extaret memoria, animiq; erga te mei testimonium. Quod cùm mecũ ipse meditarer, subijt illico mẽtem quod antea nõ cogitauerã, vt cœptum opus absoluerem, tuoq; nomini dicarẽ: æquum enim esse censebam, vt ei, qui in me primus ob studia literarum beneficium, ac tale beneficium contulit, primitias meorum studiorum consecrarem. Non equidem quòd hoc munusculo me aliquam partem tui erga me meriti assecuturũ putarem; cuius tanta est magnitudo, vt non modò vllis vnquam officijs referendæ gratiæ, sed ne cogitandæ quidẽ par esse possim: verùm vt aliquã grati animi, tuiq; amãtissimi declarationem exhiberem. Nisi hoc alterum sit beneficium petere priore non inferius, velle vt hi mei labores tua dignitate commendentur. Sed quid

quid facerem? Fateor id mihi planè contingere, quòd ijs, qui versuram faciunt; qui vt æs alienum soluant, maiore se opprimunt: verùm tua, qua in omnes vteris, humanitas singularis me est adhortata, ne dubitarem cui multum iam deberem, eidem plurimum velle debere. Hoc itaq; consilio inceptum opus confeci, ad teq; Mœcenatem, ac dulce decus meum mittendum decreui. Tamen hæc priuata mihi certè causa, eaq; iustissima fuit, cur hoc mearũ vigiliarum opus ad te potissimùm deferrem: alia est mihi cum omnibus, qui in literarum studio versantur, cõmunis. Is enim es clarissime Præsul, quem non solùm ego, qui hoc tibi ex officio debeo; quamuis in me nulla, aut perexigua sit eruditio: sed omnes literati viri amare, colere, suspicere, & communem literarum patronum debeant constituere. Nam vt omittam morum, & vitæ sanctitatem singularem; fauorem, quo plurimùm vales apud potentissimum Regem; beneuolentiam, qua te omnes viri principes, & tui similes prosequuntur, & colunt; animi magnitudinem, prudentiam, religionem, pietatem, humanitatem, & alia, quæ in te innumera sunt, & maxima: ea tantùm nunc paucis attingam, quæ ad meum institutũ magis videntur pertinere, & quæ ingentem omnibus mouent admirationem. Multos enim annos in celeberrima Salmanticensi Academia, cuius etiam maximus fuisti præfectus, diuinam scripturam ampliss ima mercede, magna auditorum frequentia publicè docuisti: vbi summa eruditione, & subtilitate legem Dei interpretabaris; difficillimos quosq; locos facillimè explanabas; veros sensus ex varia linguarũ cognitione, quibus est lex diuina consignata literis, eruebas; quæ pugnare videbantur aptissimè conciliabas; quæstiones religionis, quæ passim occurrebant, doctissimè explicabas; spiritum diuinum ibi latentem ostendebas; præcepta Dei quemadmodum ad vsum Christianæ vitæ traducere oporteat, demonstrabas; vt omnes se alterum Hieronymum, aut

Augustinum audire existimarent. Pari felicitate ad concionandum accedis, quæ duo rarò solent in eundem hominem conuenire, cùm in te ambo sint eminentissima. Mirum namque est quantum eruditionis ex vna concione tua capiant Theologi, ac omnes literati viri; quantum consolationis qui afflicto sunt animo; quãtum terroris homines improbi, ne ampliùs audeant suis sceleribus Maiestatem diuinam offendere; quantum denique vtilitatis, & doctrinæ ad piè sanctéq; viuendum; quantum etiã iucunditatis vniuersi. Tanta enim facilitate doces populum legem Christi; tot, tantisq; rationibus virtutem extollis; tanta grauitate vitia increpas; tanta vi persuades, inflammas, rapis omnium animos; idq; tanta rerum, & exemplorũ varietate; tot testimonijs bonorum auctorum; tanta verborum copia, elegantia, suauitate; vt quamuis integrum diem orares, nulla vnquam ἀψιοσία caperet auditores. Immò verò quò longiùs progrederis, eò te auidiùs audĩt; toti ex ore pendent; incredibili voluptate perfunduntur: vnde fit vt omnes vna voce te non solùm summum Theologum, summumq; concionatorem; verùm etiam Theologorũ, & concionatorum formatorem prædicent: quæ certissima sunt argumenta quantùm in diuina philosophia, quam cum eloquentia coniunxisti, valeas, ac præstes. Ad hæc si quando in colloquio familiari de re aliqua humanæ philosophiæ incidat sermo (nulla enim alia consuetudine, quàm literaria libentiùs vteris) ibi alium aperis magnum eruditionis thesaurũ. Nullus enim est philosophiæ locus, quem felicissimè non tractes; nullus bonus auctor nec Græcus, nec Latinus, quem in promptu non habeas, accommodateq; afferas ad sententiam explicandam; nulla historiæ pars, quam egregiè non percurras; nihil tam reconditum apud omnis generis auctores, quod tibi notissimum non sit, in mediumq; producas; tanquam si in hoc solo genere literarum, non vnam ætatem, sed multas summo cum studio,

dio, & labore consumpsisses. Testis ego lucupletissimus esse possũ; nam postquam hoc me beneficio affecisti, aut potiùs ornasti, liberior mihi ad te patebat aditus, etiam si pro tua humanitate nemini eum denegare soleas: nunquã igitur tecũ fui, quin te de re aliqua graui copiosè differentem viderim. Sed nolo in tuis laudibus recensendis, quæ innumerabiles sunt, diutiùs immorari, ne tuas ingẽtes virtutes mea humili, & tenui oratione videar imminuere: quamquam pro tua modestia grauiter feras eas à quoquam prædicari. Illud certissimè constat, quòd his rationibus demonstrare volui, te vnũ esse, quem omnes literarum studiosi, literarum, & virtutum Antistitem habeant, & obseruent; communemq; iudicem, ac defensorem sibi deligant. Quo nomine etsi ego in numero literatorum minimè sum reponendus, tamen si te mihi scriptorum meorum patronum constituo, videor id meo summo iure vendicare. Mitto igitur ad te Præsul Illustrissime, duos libros Aristotelis de Ratiocinatione è Græco sermone in Latinum de integro à me conuersos, atq; Paraphrasi, & scholijs auctos: quos an verè his lucubrationibus illustrauerim, tu sapientissimè omnium iudicabis; si modò vacat animum à grauioribus curis ad hæc leuiora cõuertere. Adiunxi duos libellos, vnum de nomine Entelechia; alterum de rebus Vniuersis, ne hi priores sine pedisequis ad te venirent. Omnes ergo iam tuos omnino benenolè suscipias oro, quos tuo splendore illustres, dignitate foueas, auctoritate defendas; vt si non de auctore, certè de patrono vbique possint suo iure gloriari: meq; cum ipsis tibi multis de causis maximè deuinctũ recipias, & ames. Vale Antistes ornatissime: Valentiæ Nonis Ian. Anno ab ortu Christi 1569.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Iohannis Bernardi Vinnij

in laudem auctoris, & operis.

IAm ferè ter ternos doctus compleuerat annos
Monlorius tradens dogmata Aristotelis:
Cùm ascitu Regis capturus digna laborum,
Virtutisq; suæ præmia abire parat.
Orbus Aristoteles lumen sibi deflet ademptum,
Et tenebras metuit, quas bonus expulerat.
Flet schola; discessu chari flet mœsta iuuentus
Doctoris; cui non excutitur lachryma?
Ille memor meriti dulci solatur amore
Sollicitos, datq; hoc pignus habere sui.
Namq; videns Logicæ meliori parte carere
Aetatem hanc hominum temporis iniuriâ:
Quòd maculas turpes libris patiatur inuri,
Et veterum sensus negligat insipiens:
Etsi opere in tanto multos inuita Minerua
Luserat, ingenio reddidit ipse suo.
Quicquid enim immersum tenebris, & lucis egenum,
Haud alijs visum, quicquid egebat ope,
Restituit luci, purgauit, diluit omne,
Integer vt nobis esset Aristoteles.

Iohannes Baptista Mõlorius

candido lectori S.

SAEpe mecum ipse cogitaui candide lector quid esset causæ, cur duo libri de Syllogismo, qui vulgò priora Analytica inscribuntur, quos tam accuratè conscriptos nobis reliquit Aristoteles, quosq; Galenus, Alexander Aphrodiseus, Philoponus & alij clarissimi viri Commentarijs illustrãdos censuerunt, tam negligenter hodie tractentur: vt alij exigua parte explicata, vbi cõstruendi Syllogismi ratio docetur, reliqua omnia cursim attingant, alij omnino prætermittenda putent. Nam quamuis nostra hæc Academia Valentina, quæ cùm omnium artium, tum Philosophiæ studio maximè floret, minus hac parte reprehendi possit, vbi Dialecticæ, & Philosophiæ Doctores, quæcumq; in his duobus libris præcepit Aristoteles, publicè interpretantur: non tamen omnes tãtam in ipsis curam, & diligẽtiam, quantam in alijs Aristotelis libris ponere solẽt. Diuq; versanti mihi in hac cogitatione, duæ res in mentem venerunt, quæ huius rei potissimæ causæ videntur esse: vna est, quòd non tantum studij nec operæ consumitur nunc in Philosophia, & alijs disciplinis, quantum veteres Philosophi collocabant. Plato postquam aliquot annos dederat operam Socrati, Megarã diceßit, vt audiret Euclidem Mathematicum, inde profectus in Italiam cum Pythagoricis diu versatus fuit, rursus in Aegyptum ad Prophetas, à quibus acciperet diuinã Philosophiam. Arist. vinginti annos audiuit ipsum Platonem, nunc annum vnum in Dialecticam, alterum in naturæ Philosophiam impendere nimis longum videtur. Non visum fuit laboriosum Aristoteli, hos quos habemus libros de arte disserẽdi, & plures alios, vt ex Laërtio cõstat, qui temporis iniuria perierunt, summa cum diligentia conficere. Multos postea de eadem arte scripsit Theophrastus eius discipulus, Chrysippus Stoicus penè innumerabiles, & alij multi Philosophi multos: nobis autem hos tantum legere, quos reliquos habemus ex Aristotele molestũ est. Atque hæc quidem videtur esse causa cur nulli reperiantur hodie

Universidad de Deusto
Biblioteca

Platones, nulli Aristoteles, nulli Theophrasti, nulli Hippocrates, nulli Galeni, nulli deniq; veterũ Philosophorũ similes: cùm potius cõtra oporteret esse plurimos, qui veteres illos longo interuallo superarẽt, quo tẽpore minore labore, & dispendio, maioreq; apparatu literæ perdiscuntur. Olim enim, cùm nõ tãta erat librorũ copia, multa erãt illis sua sponte inueniẽda, multa elaborãda proprio marte; nũc autẽ nullũ est disciplinæ, nec studij genus, vbi nõ sint quamplurimi scripti libri, in quibus omnia probè discussa, & explicata cõtinentur: nihil ferè tam absconditũ, quod in lucẽ nõ prodierit; vt iam nullus ferè meditãdi nobis, sed solus legendi labor relictus esse videatur. Quidã huius rei effœtam naturã causantur, quæ iam nõ soleat grandia illa ingenia parere. Quam ego culpam non imparentẽ naturã, quæ semper benigna fuit, sed in nostram segnitiã trãsferendam existimo. Verum hæc causa ad omnes artes cõmuniter pertinet. Altera, quæ magis est huius disputationis, est summa ipsius difficultas, quæ multos ab eius studio solet deterrere. Cuius difficultatis multæ causæ subesse videtur. Aliæ huius disputationis propriæ, aliæ cũ alijs Arist. libris cõmunes. Prima est, rerũ quæ hîc tractãtur obscuritas maxima. In alijs enim artibus ea traduntur, quæ aut cõtrectare manibus, aut perspicere oculis, aut alio sensu deprehẽdere possis, aut si eiusmodi sint, quæ nullo sensu cõsequare; licet tamẽ per sensus, tanquã per aditus quosdam ad ipsa peruenire: ad ea verò quæ hîc disputãtur, nullã viã ipsi sensus munire possũt, sed nuda animi cogitatione cõtinentur. Accedit præceptorum multitudo, quæ tãta est, vt vix ab vllo possint memoria retineri. Maximè quoq; ad eandẽ rem facit breuitas orationis, quæ vbiq; familiaris est Arist. sed quò subtilius disputat, eò breuior esse solet. Postrema, & quæ omniũ potissima videtur, est, quod omnia præcepta elemẽtis explicantur. Quibus cũ ipse vtatur, vt significaret ratiocinãdi formulas, non ad vnã rem tantũ, & artẽ, sed ad omnes cõmuniter pertinere, vimq; omnẽ cõcludẽdi, nõ ex subiecta materia, sed ex forma ratiocinationis pẽdere, artẽ ipsam fecit obscurã. Fit enim nescio quo modo, vt quæ vocibus significãtibus exponũtur ratiocinationes facilius, & altius insideãt in adolescentiũ animis. Sed multo ad huc est res difficilior in oratione Latina, quã Græca. Cum enim sermo Græcus passim vtatur articulis, ijs facilè dignoscitur, ad quẽ casum quodq; referatur elementũ. Quibus quia caret sermo Latinus, id non potest facilè indicare. Vnde nõ parua cõsequitur in elemẽtis ambiguitas: vt cùm dicit Arist. à ineſt b, nõ facile intelligas vtrum elementũ nominandi, & vtrũ dandi casus existat. Ex quibus omnibus factũ est, vt quidã præter illas tres figuras struendi Syllogismos, reliqua inutilia iudicarent: alij ea scripsisse Aristotelẽo stentãdi ingenij causa: alij imperitiores iudices, vt nostra ingenia excarnificaret. Qui omnes dum hæc asserũt grauissimo Philosopho insignẽ inferũt iniuriã. Nam aut ineptũ Sophistam, aut puerum ostentantẽ ingenium, aut iniquũ in literarũ studia, bonarumq; artiũ studiosos faciũt Aristotelem. De hac difficultate cum in cõsuetudine familiari tractarẽ apud meos auditores in superioribus Philosophiæ curriculis, diceremq; posse ab aliquo viro docto huic malo subueniri, si Paraphrasim quandam cõficeret, nõ qualem superioribus annis nobis dedit Faber Stapulensis, nec qualem olim Themistius in aliquot Aristotelis libros cõscripsit. Sed quæ singula Aristotelis verba ita sigillatim explanaret, vt quæ ab Aristotele breuiter, & obscurè dicuntur, paulo latiùs, & appertius explicaret, quæ ab Aristotele elementis, ipsa verbis significantibus exponeret, demum vt intelligerent studiosi adolescentes, singulis Aristotelis verbis, & sententijs, quænam pars Paraphraseos responderet, vt ne verbulum vnum relinqueretur in contextu Aristotelis, quod probè explanatum non esset. Cœperunt ibi omnes cõtinuò me impẽsè rogare, vt ego hoc opus conficiendum susciperem, quò tanto labore leuarem studiosam iuuentutem, facturumq; me non modò rem vtilem, sed gratam omnibus Dialecticæ, & Philosophiæ studiosis. Quod ego munus, diu multumque recusaui, tum quòd existimarem meis viribus impar esse: tum quòd timerem fore multos, qui aut totum hoc institutum tanquam superuacaneum reprehenderent, aut me accusarent temeritatis, qui in tanta copia bonorum interpretum, qui in hos libros doctissimos scripserunt Commentarios, crederem aliquid melius à me viro adhuc ignoto, & exiguæ eruditionis adferri posse, quod illis adiungeretur, atque inde fieri; vt qui labor ad multorum vtilitatem susceptus esset, in varias reprehensiones incurreret. Non destiterunt discipuli sæpe idem rogare, & penè obtũdere; idem præstiterunt ij, quos nũc instituimus: discipulis

Universidad de Deusto
Biblioteca

pulis accesserunt amici, qui non solùm precibus, sed ferè conuicijs mecum agebant: iniquum esse dicentes me tot annos in Dialectica, & Philosophia interpretanda consumpsisse, ac demum ex tot laboribus nullum omnino fructum relinquere, qui posteris prodesse posset. Desidiã clamabãt esse hanc meã, nõ timorẽ. Tandẽ igitur tot precibus tũ amicorũ, tum discipulorum non potui nõ acquiescere. Decreui ergo nũc præstare, quod antea sæpe reieci, quando ab illis reprehensionibus, quas timebam, facilè me possem vindicare. Nam primum illud, quod quidam obijcere possent extare iam doctissimos Commentarios, tam Græcos, quàm Latinos in hanc de priori Analysi disputationem, facilè à quouis dilui potest. Tanta enim est rerum vbertas in quouis genere disciplinæ, tam multa latent vbique abstrusa, vt semper aliquid posteris eruendum, & elaborandum relinquatur. Alioquin quid erat opus post Alexandrũ Aphrodiseum, Philoponum, Magentinũ, & alios Græcos interpretes scripsisse Latinos, nisi putarent aliquid adhuc superesse, quod prioribus addi posset? Quid quod hæc mea scribendi ratio longè est diuersa ab ea, quam interpretes tenuerunt. Ipsi enim interpretes egregiè quidem explicant Aristotelis sententiam, dubitationes, quæ inde suboriuntur, rectè discutiunt, exquisitaq; doctrina pertractant: non tamen tollunt omnem obscuritatem, quæ inest in verbis Aristotelis, quod maximopere cupiunt adolescentes. Verum ipsi Commentarios scripserunt, in quibus multa solent intacta præteriri: ego verò Paraphrasim, & eam quidẽ ita verbis Aristotelis adhærẽtem, vt singulis suam adferat lucem. Temeritatis notam non putaui mihi præcipuè timendam esse. Primum quod in Dialectica, & Philosophia, vnà cum sacra Theologia, non pauco tempore sum versatus. Quibus adiunxi linguarum scientiam, & quæcumq; ad perfectã cognitionem harum artium sunt necessaria. Deinde post priuata studia, cœpi publicè Dialecticam, & Philosophiam docere. Iamq; septem anni sunt, cùm sine vlla intermissione hoc munus exerceo. His accedit, quod est præcipuum Dei optimi, & sapientissimi auxilium, cuius ope omnia peraguntur. Tum quòd hæc non præceptoribus, sed adolescentibus studiosis scribuntur. Nimis enim insolenter de me sentirem, si eos docere vellem, quos habere possem præceptores. Sed hac re iam satis apud me consti-

tuta, alia occurrebat cogitatio, quæ non minus animum solicitabat, quam scilicet Latinã versionem potissimũ mihi deligerem, cui meã Paraphrasim accõmodarem. Nam veteres interpretationes Boethi & Argyropyli sunt quidem satis fideles, & veræ, sed propter rudem, & inconditam orationem, minus iam probantur viris eruditis, suntq; iam omnes explosæ ab hac Valentina Academia, vbi maximè viget, semperq; viguit elegantia Latini sermonis. Recentiores autem multò habẽt politiorem orationem, minus tamen sunt veræ, quàm te ijs tutò credere possis. Constat enim iam viris vtriusque linguæ peritis, quàm multis in locis falsa sit Perionij interpretatio. Nam alijs in locis pro Aristotelis sententia, aliam longè diuersam introducit, alijs nullam omnino reddit, alijs obscuram facit. Quibus adductus Nicolaus Grouchius, omnem à principio emendandam curauit, nonnullos libros denuò conuertit. Nihilominus multa reliquit vulnera, quæ non sanauit. Dionysius Lambinus decem libros Ethicorũ ad Nicomachum, de integro Latinos fecit, reddita causa cur Perionij interpretationem improbaret. Videbatur enim Perionius in interpretando, magis in id incumbere, vt Latinam faceret orationem, quàm veram Aristotelis sententiã exhiberet. Quãquam, vt verum fatear, multum debeamus Perionio hac in parte, qui primus pulsa barbarie à Dialectica, & Philosophia, plurima nobis subministrauit vocabula, quibus de rebus harum artium satis Latinè disputaremus. Post Perionium autẽ hos duos libros de ratiocinatione, multò quidẽ verius, ac magis perspicuè conuertit Firminus Durius. Sed ita quidem vt nonnullis in locis aut Aristotelis sententiam obscuret, aut non satis fideliter reddat. Habetq; præcipuè hoc vitium familiare, quod quæ Aristoteles semper vno modo dicit Græcè, idque summa religione seruat, ipse varijs modis exprimit Latinè: tanquam si eò conductus esset, vt nobis Latini sermonis copiam demonstraret. Quæ res non paruam adfert perturbationem ijs, qui Aristotelis sententiam ex Latina versione tanquam ex primo fonte hauriũt, vt quod vnum, & idem est, diuersa esse credãt. Sed vnum locum proferam exempli causa, ex quo de reliquis fieri possit iudicium. Cùm Aristoteles demonstrat inutilem aliquam collectionem ex eo, quòd reperiantur in ea termini, quibus efficitur omni,

Universidad de Deusto
Biblioteca

& nulli inesse, hoc est, ex maiori, & minori extremo pronuntiatum, tum vniuersum & affirmans verũ, tum negãs vniuersum verũ; huiusmodi terminos perpetuò ὅρους τὰ παντὶ ὑπάρχειν & μηδενὶ ὑπάρχειν appellat, ipse modò extrema affirmandi, & negandi interpretatur: modò consentanea, & disparata: modò consentanea, & repugnantia, nunc consentanea, & aliena: tum consequẽtia, & repugnantia, tum coniuncta, & dissidẽtia: tum fines cõsentientes, & dissentientes. Magna quidẽ & varia sermonis copia. Sed quorsum quæso tãta copia? At in tanta varietate orationis nulla est, quæ exprimat id, quod vult Aristoteles. Non eò hæc dixi, quòd his interpretibus nomen, & eruditionem inuideam, quam scio in ipsis plurimam fuisse, sed vt intellegant, qui Latinum legunt Aristotelem, quid in ipsorum versionibus desideretur. Quapropter satius esse duxi, omnibus omissis, nouam mihi cudere versionem, cui facilius possem Paraphrasim aptare. In qua id in primis curaui, vt sententiam Aristotelis fideliter, & perspicuè redderem, quæsitis ad eam rem verbis proprijs, & ex arte accommodatis, quod in vertendis libris Philosophiæ, & cuiusuis artis religiosè est obseruandum. Sunt enim in quaque arte, & disciplinæ genere, atque in ipsa etiam sacra Theologia, propria quædam vocabula, & peculiares loquendi rationes, quibus vsi sunt primi autores earum artium; quas si tollas, ipsas artes euertas, aut maxima parte lædas est necesse. Qua in re peccauit quidem Perionius, vt multi viri eruditi animaduerterunt, & quæsti sunt. Qui dum daret operam vt Aristotelem, aut quemuis alium vertebat autorem Ciceronianè loquentem faceret, multa vocabula propria, & loquendi modos reiecit ex ipsa arte, vnde autoris sententia corrupta fuit. Atq; ex multis vnum tantùm producam exemplum. Quod Aristoteles, & Porphyrius dicunt κατὰ συμβεβηκὸς, ideſt, ex accidẽti, qui loquẽdi modus proprius est Philosophorum, præsertim Aristotelis, ipse vertit casu, & fortuitò. At docet Porphyrius cùm de differentia disputat, differentiam propriam ex accidente rei conuenire, vt simum esse, aut colore affectum. Quis autem Philosophus Peripateticus vnquam dixit cygnum album esse casu, & fortuitò, cùm ex Aristotele ea dicantur casu, & fortuitò euenire, quæ

quæ raro eueniunt, nec habent certam causam? Neque hæc eò à me dictũ tur vt existimem, barbare tradendas esse artes, & disputandum, vt ante hæc nostra secula diputabant Latini Philosophi. Absurdum enim est quod possis propria, & pura oratione eloqui, verbis barbaris & sordidis explicare, aut potius inuoluere. Sentio tamen in disciplinis tractãdis, non posse eum verborum delectum adhiberi, quem oratores in causis dicendis obseruare solent. Cùm habeat quæque ars (vt antea dixi) propria quædam & accommodata verba, quibus oratores, & quicunque elegantiæ studeant, aut non vtuntur omnino, aut aliter vsurpant. Nam quia sæpe disputando tractant Philosophi, res nouas, difficiles, & ab opinione vulgari longè semotas, coguntur nonnunquam, aut noua verba facere, aut factis adhibere nouam, & inusitatam significationem. Quorum vtrumque fecisse constat Aristotelem in duobus verbis ἐντελέχεια, & κατηγορία, vt obseruauit Porphyrius in breui illa explanatione, quam Dialogo conscripsit in Categorias Aristotelis. Cùm enim κατηγορία propriè sit apud Oratores accusatio, qua in iudicijs alicui criminen infertur, ab Aristotele vsurpatum est hoc verbum pro attributione, seu appellatione; pro serie eorum, quæ attribuuntur, & subijciuntur: & pro supremo genere, & capite in ea serie. Nam hæc tria significat Categoria apud Aristotelem ἐντελέχεια nouum est verbum, fictum ab Aristotele, vel teste Cicerone. Præterea scribit Chalcidius in Commentarijs, quos edidit in Timæum Platonis, discipulos Platonis primos omnium materiam, hoc est, primum illud subiectum rerum naturalium, quod idem manet in transmutationibus ὕλην appellasse, quod nomen apud Græcos propriè syluam significat. Per quos discipulos ego in primis Aristotelẽ intelligo, qui passim hoc verbo vtitur in Philosophia. Id autem, quod dicit Chalcidius ita esse, inde constare potest, quòd cum materia multis nominibus appelletur in Timæo Platonis, scilicet τιθήνη, μήτηρ, ἐκμαγεῖον, ὑποδοχή, χώρα, πανδεχές, nunquam tamen ὕλη nominatur. Iam in his duobus libris quot verba transtulit Aristoteles ex artibus Mathematicis, & fecit Dialecticorum propria, vt terminum, interuallum, figurã, casum? Quin

Ideſt, nutrix mater, formabile, susceptaculũ, locus, omnium receptaculum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quin ipse quoq; Cicero elegantissimus, & copiosissimus autor linguæ Latinæ, vbi de Græcorum Philosophia aliquid disputare voluit, compulsus fuit tum noua sibi verba fabricari, tum facta aliò traducere, vt beatitudinem, & beatitatem, proportionem, notitiam, notionem, comprehensionem, euidentiam, decretum, pronuntiatum, qualitatem, & similia Latinis auribus inaudita; nuncque admonet hæc vsu disputandi terenda esse, nũc mollienda. Immo verò docet expresse id, quod antea dixi licere Philosophis, præsertim Latinis, qui Philosophiam, & omnes disciplinas à Græcis acceperunt, ad quas explicandas, admodum erãt verborum inopes. In primo enim libro Quæstionum Academicarũ ad Varronem, reddens rationem cur qualitatem nouum verbũ fabricatus fuerit, sic habet. Qualitates igitur appellaui, quas Græci ποιότητας vocant, quod ipsum apud Græcos non est vulgi verbum, sed Philosophorum, atque id in multis. Dialecticorum quoq; verba nulla sunt publica: suis vtuntur. Et id quoq; commune omnium ferè artium: aut enim noua sunt rerum nouarum facienda nomina, aut ex alijs transferenda. Quod si Græci faciunt, qui in his rebus tot iam secula versantur: quanto id magis nobis concedendum est, qui hæc nunc primum tractare conamur? Tu verò, inquam, Varro benè etiam meriturus mihi videris de tuis ciuibus, si eos non modò copia rerum auxeris, vt effecisti, sed etiam verborũ. Audebimus ergo, inquit, nouis verbis vti te autore, si necesse est. Hæc Cicero. Si igitur Dialecticorum verba nulla sunt publica, si id omnium artium commune est, si id licet philosophis, cur quidam volunt in Dialectica, & alijs artibus tractandis vtamur perpetuò verbis ex communi loquendi vsu de sumptis, ijsq; elegantissimis? Hunc locum si animaduertissent recentiores interpretes, non tot propria artium vocabula, & loquendi rationes misissent in exilium. Eũdem si obseruasset Laurentius Valla, simul & Philosophorũ consuetudinẽ intellexisset, non tam seuerè egisset in Dialecticos, Philosophos, Theologos, quos sæpe imperitiæ condemnat. In. 6. libro suarum elegantiarum Seuerinum Boethum reprehendit, qui dixerit personam esse rationalis naturæ individuam substantiam: cùm persona, vt inquit, in homine sit qualitas quædam, qua alius ab alio differt. Quæ tota reprehensio iniusta quidem est. Nouerat enim

enim Boethus quid propriè persona significet: sed quia docere nitebatur in ipsis substantijs, singularem substantiam per se constantem, quæ multis conuenire non possit, diuersam esse à natura, quæ multis potest communicari: huiusmodi, inquam, singularem substantiam, quam Græci ὑπόστασιν vocant, Latini quidam suppositum: ipse in substantijs, quæ rationis sunt participes personã cum veteribus Theologis appellauit, quã etiam Græci πρόσωπον nominãt: quò res differẽtes diuersis etiam nominibus distinguerentur: vt ita doceret vnam esse in Christo personam cum duabus naturis: contra in Deo tres personas vnam habentes naturã, & essentiã. Nec omnino impropriè vsurpauit hoc verbũ cum Theologis. Nam si persona proprietas quædam est, qua alius ab alio differt, vt persona senis, adolescentis; diuitis, pauperis; patris, filij: quoniam eiusmodi singularis substãtia proprietatibus quibusdam est definita, quibus & ab ipsa natura differt, & ab alijs singularibus substãtijs separatur, aptè potest nominari persona. Quid quod ipse Boethus admonet vnde sit trãslatum hoc nomen. In libro enim de duabus naturis in Christo aduersus Eutychen, & Nestorium, vbi hoc tractat argumentum, sic habet. Nomen personæ videtur aliunde traductum ex ijs scilicet personis, quæ in comœdijs, tragedijsq; eos, quorum intererat homines repræsentabant. Deinde quibusdam interpositis sic ait. Sed quoniam personis inductis histriones indiuiduos homines, quorum intererat in Tragedia, vel comœdia repræsentabãt, id est, Hecubam, vel Medeam, vel Simonem, vel Chremetem, id circo cæteros quoque hõmines, quorum certa pro sui forma esset agnitio, & Latini personas, & Græci πρόσωπα nuncupauerunt, hactenus Boethus. Quod si hoc verbum ad hanc rem significãdam ineptum videbatur Laurẽtio Vallæ, oportebat vt ipse doctissimus Grãmaticus aliud nobis exhiberet, quod rem eandem aptius exprimeret. Quod non modò non fecit, sed dum Boethum incusat, ipse duos fœdissimos admittit errores. Dicit enim personam non magis esse in Deo, quàm in bruto; deinde si demus in Deo personam esse, nihil aliud esse, quàm qualitatem. Non minus inepta est ea reprehensio, qua Theologos omnes carpit in annotationibus in Matthæum Euangelistam, qui doceant latriam esse eam seruitutem, quæ soli Deo debetur; duliam autem, quæ ad hominem, aut aliã

Universidad de Deusto
Biblioteca

pertinet creaturam; cùm latria, vt inquit, hominibus etiam deferatur, idemq; sit omnino, quod dulia, idque confirmat autoritate Xenophontis ex. 3. libro Cyripædiæ: tum autoritate sacrarum literarum, vbi in Leuitico opus seruile λατρευτὸν appellatur. Tacitè quidem accusat Diuum Augustinum, qui voluit maximè seruandam esse inter hæc duo verba hãc differentiã, vt latria perpetuò ipsi Deo tribuatur: Nam in Epistola 49. quæstione. 3. expressè docet seruitutem religionis, quæ latria Græcè vno nomine dicitur, soli Deo deberi. Idem in Epistola. 66. tum primò libro de Trinitate, cap. 6. & .10. lib. de ciuitate Dei, cap. 1. & multis alijs in locis. Non ignorabat Diuus Augustinus interdum accommodari hoc verbum creaturis, vt ipse obseruat. 5. lib. locutionum ex. 28. cap. Deuteronomij, vbi dicitur, seruies inimicis tuis, quos immittet tibi Dominus. Quo loco verbum seruies Græcè habetur λατρεύσεις. Verum quia duo sunt genera seruitutis & honoris longè diuersa, alterum, quod soli Deo est deferendum; alterum, quod creaturis potest exhiberi, voluit hæc verbis quoque diuersis separari, vt primum latria, secundum dulia nominaretur, ne vlla subesset in hac re confusio. Quod fecit exemplo magnorum autorum, è quibus duos magni nominis in medium adducã. Arist. enim doctissimus tam dicendi, quàm sentiendi Magister. 6. lib. Ethicorum ad Nicomachum, dicit artem hoc ipso à scientia differre, quòd ars posita sit in aliquo opere faciendo, quod etiam in libris primæ Philosophiæ sæpe docet: scientia verò, quæ opus non facit, sed in rebus necessarijs, atque perpetuis tota versetur. Quam ipse differentiam alijs in locis non seruat. Nam in primo libro primæ Philosophiæ, cap. 1. & primo artis Rhetoricæ, cap. 2. scientias Mathematicas vocat artes, quas in libris de Demonstratione, & alijs in locis sæpe scientias appellat. Contrà libro. 2. de Reprehensionibus Sophisticis, cap. vlti. artem Sutoriam vocat scientiam, & .8. Topico. cap. 2. omnes scietias distribuit in scietias contemplationis, actionis, & effectionis, cùm effectionis sint artes. Eodem. 6. Ethico ποίησιν distinguit à πρᾶξιν, id est, effectionem, ab actione, quod effectio sit illa artis operatio, quæ ex se opus effectum relinquit: actio verò opus non relinquat. At primo libro eiusdem disputationis, cap. primo. Omnem operationem promiscuè πρᾶξιν, id est, actionem

actionem appellat, cùm docet omnem actionem bonum aliquod appetere. Primò quoque primæ Philosophiæ πρᾶγμα & πρᾶξις communiter pro quauis negotij administratione accipiuntur. Rursus quinto Physico negat ortum, & interitũ substantiæ, motus esse, sed mutationes: alibi passim eos appellat motus. Alia plura exempla poterã adferre ex eodem Philosopho, sed hæc sunt satis. Præterea Cicero in prima quæstione Tusculana, vbi docet mortuos non carere vitæ commodis, si nulli sint post mortem, id ex vi nominis nititur persuadere. Carere inquit hoc significat, egere eo, quod habere velis: inest enim velle in carendo. Deinde paulò inferius subiungit. Carere malo id non dicitur, non enim esset dolendum. Dicitur illud bono carere, quod est dolẽdum. Quod Valla in suis elegantijs tanquam præceptum loquendi posuit. At nec ipse Cicero perpetuò seruat hãc verbi proprietatẽ. Nam in. 5. Tusculana dicit virtutem carere omni culpa, cùm nec in ipsa virtute insit velle, nec culpa bona sit. In Epistola ad Torquatum, quæ prima est lib. 6. sic habet. Simus igitur ea mente, quam ratio, & veritas præscribit, vt nihil in vita nobis præstãdum, præter culpam putemus, eaq; cùm careamus, omnia humana placatè, & moderatè feramus. Constat igitur horum virorum autorite quid sibi velit verborum distinctio apud Philosophos. Non ferunt loquendi legem cùm ita verba distinguũt, sed res esse diuersas volũt demõstrare; rerũ enim se profitentur explicatores, nõ verborũ artifices. Cùm igitur videret Diuus Augustinus, genus illud seruitutis, & cultus, quod soli Deo est deferẽdum, lõgè diuersum esse, ab eo, quod alijs rebus exhiberi solet, voluit vtrumq; suo nomine distingueretur, vt alterũ latria, alterũ dulia appellaretur. Habuitq; ad eã rem maximã occasionẽ ex sacris literis. Nam vbi præcipit Deus Deuteronomij. 6. Dominũ Deũ tuum adorabis, & illi soli seruies, quo præcepto Christus satanam increpauit, Græca habent τῷ κυρίῳ μόνῳ λατρεύσεις: ex quo verbo dicta est latria. Vbi non prohibet Deus omnem seruitutem, sed eam quæ soli Deo suo iure debetur. Quod si hanc vocant sacræ literæ latriam, rectè obseruauit Augustinus, vt esset latria, quæ ad solum Deum pertineret. Quam verbi proprietatem ferè semper seruant sacræ & diuinæ literæ. Paulus enim ad Romanos. 1. cap. sic loquitur:

Universidad de Deusto
Biblioteca

testis est mihi Deus, cui seruio in spiritu meo, quòd Græcè dixit ᾧ λατρεύω ἐν τῷ πνεύματί μου, & rursus cap. 12. vbi admonet vt exhibeamus corpora nostra, hostiã viuẽtem, sanctã, acceptã Deo, rationale obsequium, huiusmodi obsequium rationale appellat Græcè λογικὴν λατρείαν. Inde vocantur idololatræ, qui cultũ & honorem Deo debitum, ad Idola, aut res alias deferunt. Quid quod Suidas in Græcis Commentarijs expresse docet verbum λατρεύειν interdũ sumi pro verbo θύειν, quod est sacrificare, quod genus cultus nemo dubitat soli Deo conuenire. Vis etiam verbi maximè videtur hanc significationem postulare: dicitur enim λατρεύειν à syllaba λὰ quæ vehementiam adfert in compositione, & τρεῖν quòd est timere. Nulli autem domino maiore cum timore, & veneratione est seruiendum, quàm Deo. Vnde præceptum illud, quod antea citauimus, sic legitur Deuteronomij. 6. tam in Hebraica lectione, quàm in versione septuaginta interpretum, atque vulgata: Dominum Deum tuum timebis, & illi soli seruies. Longius sum digressus ab instituto, sed non præter rem, vt videtur. Nam hæc omnia eò pertinent, vt docerem propria artium vocabula religiose retinenda esse, nec propterea repudianda, aut impropria iudicanda esse, quòd Oratores λογοδαίδαλοι ipsis non vtantur, simul etiam ne mirareris studiose lector, si in nostra versione aliquot offendas verba, quæ recẽtiores interpretes, quòd parum sibi viderentur latina submouerũt, sed intelligas hac nostra præmonitione, ex ijs esse quæ artis sunt propria, quanquam de nonnullis iam in scholijs rationem reddo. Id etiam magnopere curaui in hac interpretatione, vt quæ ab Aristotele semper vno modo dicuntur Græcè, vno etiam modo à me Latinè transferantur, præsertim si ex ijs fuerint, quæ propria sunt artis: nam in alijs liberior est vertendi potestas: Quantum autem præstet alijs versionibus hæc nostra, tum fidelitate, tum perspicuitate, tute poteris experiri, si eam cum alijs bona fide cõtuleris. Præterea quia multa alia sunt obseruanda, quæ Paraphrasis capere non poterat, adiunxi quibusdam in locis scholia, quæ omnia illa cõplectẽtur, quorum rationem initio ipsorum scholiorum expositam inuenies. Quantum autem vtilitatis sit allaturus hic noster labor, ex ipso opere Aristotelis poteris intelligere. Cùm enim omnis disserendi ars non modò vtilis, sed

sed etiam perneccssaria sit disciplinis omnibus: tum maximè hæc pars de ratiocinatione, quæ totius artis caput esse videtur. Nam quæ antecedunt omnia ad hanc disputationem, tanquã artis fundamenta referũtur: quæ autẽ post sequuntur sine hac parte nullo pacto se sustentare possunt. Adde quod nulla est ars magis homini ex natura accommodata, quàm hæc ratiocinandi. Nihil enim aliud præstat, quàm perficere, quod soli homini concessit natura, vt cæteræ artes rationi extrinsecus accedant, vt ornamenta, hæc autem ex ipsa ratione, tanquam lumen è sole fluere videatur. Quid enim aliud est ratiocinari, quàm naturalis quidã vsus rationis? vnde qui hanc contemnunt, se homines esse obliuiscantur est necesse. Huius ignoratione innumerabiles contingũt errores in Philosophia, & omnibus disciplinis, quibus aliquis aut seipsum fallit, aut ab alijs fallitur. Parmenidem, Melissum, & quosdã alios veteres Philosophos reprehendit Aristoteles, qui propter argumentandi imperitiã male prima rerũ principia collocarũt. Illud enim cõstat ijs, qui mediocriter in Philosophorum monumentis sunt versati, neminem vnquam egregium Philosophũ, neminem verè doctum extitisse, quin idem summus fuerit Dialecticus, quique in ratiocinandi arte se non longo tempore exercuerit. Latini quidam Philosophi, qui paulò ante hæc nostra secula extitere, satis multam operam in hac arte, quemadmodum in reliquis Dialecticæ, & Philosophiæ partibus posuerunt: sed inutilẽ sanè. Nam prætermissis ijs, quæ nobis tradidit Aristoteles, noua quædã ratiocinandi præcepta cõmenti fuerũt, inepta, obscura, spinosa, implicata, à quibus vix te possis extricare; quæ præterquã quòd difficilima sunt, nihil prorsus conferunt ad disputandum. Quanto fecissent sapientius, si omnem illum laborem, quem in nugis consumpserunt, ad explicandam hanc Aristotelis artem contulissent. At dicunt sua illa inuenta ingenium acuere, promptumque reddere ad omne disciplinæ genus. Immo verò si rem æquo animo iudices, retundunt ingenium, ineptumq; faciunt, tum ad sentiendũ, tum ad interpretãdos bonos autores. Quod si ingeniũ requiris, vbi maius acumen maiorque disputandi subtilitas, quàm in his duobus libris de Syllogismo? Ego quidem ingeniũ Aristotelis vbiq; sum admiratus, qui in omni genere Philosophiæ tam multa inuenerit, inuen-

tà rursus tàm mirabili methodo, dispoſuerit. At verò hæc de Syllogiſmo diſputatio omnem ſuperat admirationẽ, quî potuerit vnus tam multa, & varia ratiocinandi præcepta excogitare, tam certa, tanta ratione conſtantia, vt ne vnum quidem reperiatur, quod falſum, aut ineptũ exiſtat. Cætera quæ ſcripſit Ariſtoteles eiuſmodi quidem ſunt, quæ ſi pereãt, poßint ab aliquo docto Philoſopho iterum in lucem proferri: quæ autem ſcripſit de arte ratiocinandi, ſi ſemel excidißent, neminem fore arbitror tam ingenioſum, qui omnia de integro reſtitueret. Cùm autem hæc noſtra Paraphraſtica explicatio eò tota referatur, vt hanc ſubtilem Ariſtotelis diſputationem illuſtret, facilemque omnibus, & perſpicuam reddat, exiſtimo non parum hunc laborem ſtudioſis adoleſcentibus profuturum. Quod ſi quæ reperias humaniſſime lector, nõ ſatis accuratè tractata, id primum ingenij imbecillitati, tum temporis anguſtiæ adſcribendũ puta. Confeci enim vniuerſum hoc opus ſpacio ferè ſex mẽſium, idque horis tantùm ſucciſiuis, in continuo docendi labore, à quò ne diem vnũ feriatum licebat eſſe. Non enim dubito, ſi mihi plus temporis, & otij conceſſum fuiſſet ad relegendum hoc opus, & perpoliẽdum, potuiſſe multò limatius in vulgus prodire. Id tamẽ qualecumque eſt æquo animo accipito, exiſtimatoque me hoc onus iuuandæ iuuentutis ſtudio ſuſtuliſſe; cui ſi vires, & facultas defuerunt, habuiſſe tamen huius ſuſcepti muneris cumulatè adminiſtrandi volũtatem. Quod ſi tibi placere intellexero, vtileq; iudicari, vt ſpero, forſan alia ſimilia in reliquos Dialecticæ libros edemus opera. Vale.

In duos libros de Ratiocinatione, vel de Priori Analyſi Ariſtotelis Præfatio.

MAGNA eſt controuerſia, multisq; ultrò, citroq; rationibus agitata, inter eos, qui artem diſſerẽdi profitentur, quænam ſit propria eius artis ſubiecta materia, quod officium, quis finis propoſitus, in quem omnis ars, eiusq; adminiſtratio referatur. Quas quæſtiones, & alias ipſis cognatas ſatis copioſè pertractauimus, tùm in primis inſtitutionibus artis Dialecticæ, quæ tyronibus initio proponi ſolẽt: tùm cùm uniuerſam diſſerendi artẽ ex Porphyrio, & Ariſtotele plenius interpretandam aggrederemur: Nõ tamen pigebit eaſdem hoc loco breuiter præſtringere, quòd ad ea, quæ in hac præfatione explicare inſtituimus, non parum conducere uideantur. Atque in prima quæſtione de materia ſubiecta uariæ ſunt doctiſſimorum hominum, ac multum diſcrepantes ſententiæ. Quidam enim exiſtimant rem omnem propoſitam eſſe Dialectico ad diſputandum, quod multis in locis aſſerit Ariſtoteles: alij id tantùm, quod uulgò dicitur ens rationis, quod definiunt affectionem mentis operæ rebus conuenientem: alij uerò ſolam argumẽtationem materiam ſubiectam eſſe uolunt. Quam quæſtionem, unà cum aliis eo loco in hanc ſententiam explicauimus. Dialectica apud Ariſtotelem non ſignificat totam artem diſſerendi, ſed eam ſolam partem, quæ docet rationem diſputandi ex communibus, & probabilibus, quam artem Ariſtoteles tradidit in Topicis. Hancq; eſſe propriam huius uerbi ſignificationem, tùm ex ipſo Ariſtotele in Topicis, & alijs innumeris in locis: tùm ex Alexandro Aphrodiſeo initio ſuorum Commentariorum in Topica, intelligere licet: etſi uulgò iam pro tota arte accipiatur apud Philoſophos. Huius igitur Dialecticæ, quæ apud Ariſtotelem tantùm eſt ratio diſſerendi ex probabilibus, duplex eſt materia; una quæ docetur in ipſa arte; hoc eſt, de qua traduntur præcepta; altera in quam artifex ſuum munus exercet, quámque tractat diſputando. Prima eſt probabilis Ratiocinatio, quæ ab Ariſtotele perpetuò ratiocinatio dialectica nominatur: ad hãc enim pertinent omnia præcepta diſſerẽdi, quæ tradũtur in Topicis, ut ipſe Ariſt. ſcribit primo Topico, ſtatim initio. Secunda, in quam Dialecticus explicat ſuam uim, & officium, eſt omnis res, & omnis quæſtio. Diſputat enim Dialecticus probabilibus rationibus de omnibus rebus naturalibus, moralibus, Logicis. Hoc eſt, quod ſæpe dicit Ariſtoteles in Topicis, in Elenchis Sophiſticis, in libris de Demonſtratione, in Rhetoricis Dialecticum non habere certum aliquod genus, quod

Quid Dialectica apud Ariſtotelẽ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quod tractet, sed rem omnem, hic est Dialecticus, quem parem facit materia subiecta primo Philosopho. 4. lib. primæ Philosophiæ, cap. 2. cùm dicit Philosophũ, Dialecticum, & Sophistam de omnibus rebus disputare, etsi diuersa ratione. Nã primus Philosophus ex necessarijs agit, quæ certam efficiunt cognitionem. Dialecticus ex probabilibus, quæ opinionem tantùm adferunt, ualentq; præcipuè ad examinandum aliquem: Sophista ex ijs, quæ speciem tantùm habent probabilitatis, ad aucupandam simulatam sapientiam. Nam si quæstio naturalis ex proprijs, & necessarijs principijs naturalibus tractetur, est disputatio naturalis: si uerò ex cõmunibus, & probabilibus, est Dialectica. Idẽ est iudiciũ in alijs artibus.

Officium Dialectici. Officiũ autem proprium Dialectici non est tradere rationem disserendi ex probabilibus: immo uerò nullius artificis officiũ est suam artem docere, sed præceptoris tantùm, qui artem profitetur: non enim officium medici est docere medicinã, sed curare. Officium igitur Dialectici proprium est disputare quæstionẽ cum aduersario ex probabilibus, & communibus, interrogando, & respondendo, ut in literarijs conflictionibus fieri solet. Quod multis in locis docet Aristoteles, sed præsertim. 8. Topico, ubi explicat ex professo hoc officiũ. Vnde Plato tum. 7. lib. de Repub. tum in Cratylo Dialecticam definiebat peritiam scitè interrogandi,

Vnde dicta Dialectica. & respondendi, uerbũ enim Græcum διαλέγεσθαι propriè colloqui significat interrogãdo, & respõdẽdo, unde dicitur Dialogus, qui definitur à Laërtio in uita Platonis, & à Suida, sermo ex interrogatione, & responsione compositus de re aliqua ad Philosophiam, aut Rempub. pertinente, cum decente personarum & uerborum expressione. Quoniam autem in huiusmodi Dialogis, aut in consuetudine literaria solebant Philosophi uarias tractare quæstiones, nõ illa exquisita ratione per demõstrationes, sed communibus & probabilibus rationibus, inde ars quæ

Finis Dialecticæ. id præstaret Dialectica est appellata. Finis huius artis est ea fides, quam disserẽdo gignit Dialecticus in animo aduersarij, non aliter, ac persuasio, quæ ornata oratione generatur in animo auditorũ, est finis artis oratoriæ. Omnis enim disputatio Dialectica ex Aristotele. 1. Topico. cap. 11. refertur ad opinionem efficiẽdam; non tamen qualemcumque, sed uehementem, & firmã. Disputat enim Dialecticus ex ijs, quæ sunt maximè probabilia, ut habetur. 2. lib. de reprehensionibus Sophist. cap. 8. quæ procul dubio firmam gignunt opinionẽ, huiusmodi uerò opinio est fides, ex Aristotele. 4. Topico. cap. 5. & Cicerone in Partitionibus. Hæc de

Vniuersa ars disserendi Logica uocatur. Dialectica. Vniuersa uerò disserendi ars Logica uocabatur à ueteribus Peripateticis, ut testatur Seuerinus Boethus in Cõmentarijs in Topica Ciceronis, quod etiam constat ex Alexãdro Aphrodiseo, tum in Commentarijs in Topica Aristo. lib. 1. cap. 9. tum maximè in præfatione Commentariorum in hos duos libros de ratiocinatione, ubi statim initio docet, sub artem Logicam quatuor artes cõprehendi, Apodictică, hoc est, demonstratiuam: Dialecticam, Pirasticam, & Sophisticam. Quod nomen Logica ex Aristotele sumptum uidetur, qui primò Topico,

pico, cap. 11. omnes quæstiones artis disserendi appellat uno nomine Logicas. cõtra ententiam eorum, qui putant uniuersam artem non habere unum nomen apud Aristotelem. Videtur autem sic appellata à nomine λόγος, quod inter alia, argumentationem significat apud Aristotelem: quoniam tota hæc ars posita est in explicanda ratione argumentandi: Verum quidem est multis in locis dici rationes Logicas apud Aristotelem rationes probabiles, & Dialecticas: quia λόγοι uocantur ab Aristotele disputationes dialecticæ, quæ ex probabilibus habebantur inter Philosophos, quod apparet cùm ex multis locis, tum præcipuè ex. 1. lib. de Demonstratione, cap. 1. Hæc uerborum distinctio diligenter seruanda est apud Peripateticos, etiam si apud Ciceronẽ, & alios autores λογικὴ & διαλεκτικὴ promiscuè sumantur pro tota arte disserendi. Materia propria huius artis, de qua traduntur omnia præcepta, non est illud ens rationis, quod quidam finxerũt esse affectionem rebus conuenientem beneficio mentis: sed Definitio, Diuisio, & Argumentatio, etsi non ineptè dicantur hæc opera rationis, quod mens ea fabricetur: sunt tamen in animo entia rei. Hæc igitur tria, quæ sunt communia instrumenta disputandi omnium artium, materia est artis Logicæ. Omnia enim præcepta Logica pertinent ad hæc tria instrumenta explicanda, & conficienda. Vnde potest Logica definiri ars, quæ docet rationem definiendi, diuidendi, & argumentandi, & quæcumq; ad disserẽdum sunt necessaria. A Cicerone definitur, Ratio diligens disserendi. Verum quia Diuisio ad definitionem inuestigandam accommodatur; ipsa definitio sumitur ut medium Demonstrationis, potest statui materia Logicæ sola Argumentatio, ac præcipuè ratiocinatio, quæ potissima est argumentationis species, quandoquidem Definitio, & Diuisio sub imperio Argumentationis continentur. Cætera uerò, quæ explicantur in arte Logica, ut uoces simplices, & enuntiationes, id circo disputantur, quia partes sunt argumentationis. Quemadmodum in Philosophia naturali primum omnium explicantur materia, & forma, ac etiam efficiens causa, & finis, tum motus, locus, & tempus, non quòd hæc sint materia subiecta Philosophiæ naturalis: sed quia sunt prima principia, & causæ, & communes affectiones substantiæ habentis in se principium motus, quæ ex Arist. 6. lib. primæ Philosophiæ, cap. 1. est commune subiectũ totius Philosophiæ naturalis: Non habet Logica secundum illud genus materiæ, quod his instrumentis tractet ipse Logicus. Cùm enim Logica, iudicio Peripateticorũ, sit tantùm instrumentũ Philosophiæ, atq; omnino omniũ artiũ, nõ disputat Logicus de rebus, sed tantùm præbet alijs artificibus disserendi instrumenta. Proprium officium Logici est hæc opera conficere Definitionem, Diuisionem, & Argumentationem, & de his confectis iudicare. Habet enim certa quædam præcepta, & formulas, quibus hæc opera faciat, & facta iudicet. Quod maximè apparet ex hac disputatione de Syllogismo, ubi primùm docet Aristoteles quẽadmodum omnis cõstruatur ratiocinatio, explicatis tribus figuris; tum ratio-

Vnde sit dicta Logica.

Materia Logicę.

Officium Logici.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nem inueniendi medium: deinde quo pacto ratiocinationes confectæ in tres illas figuras reuocari debeant, quibus de ipsis fiat iudicium. Nec est quod quisquã existimet ad alios artifices, pertinere conficere hæc instrumenta, dum disputant. Nõ enim ea conficiunt artifices, quà tales artifices sunt, sed quà Logici, nam id præstant per præcepta logica. Quemadmodum utuntur propria oratione dum loquũtur quatenus Grammatici. Finis uerò huius artis duplex est constituendus, unus internus, & proprius; alter externus, & communis. Omnes enim artes quæ aliarum artium comites sunt, & ministræ, habent hunc duplicem finem, ut cõstat ex Aristotele. 1. lib. Ethicorũ ad Nicomachum cap. 1. Finis internus, & proprius in huiusmodi artibus est illud opus, quod faciunt, ut aliarum artium sit instrumẽtum: finis externus, & communis est, qui eo instrumento in alijs artibus cõparatum. Vt in arte efficiẽdi frænũ, quæ ministra est artis equestris, & per eã artis militaris; finis internus & proprius est ipsum frænũ, quod efficit, externus est equum moderari, sed quia id refertur ad artẽ militarẽ, ultimus, & cõmunis finis est uictoria. Cùm igitur Logica instrumentum sit, ut diximus, Philosophiæ, & omnium artium, quæ de re aliqua disputant, hunc duplicem finem habeat est necesse. Finis internus, & proprius est argumentatio, unà cum definitione, & diuisione, hæc enim opera conficit, ut sint instrumenta disputandi, quibus utantur omnes artes. Quid quod in omnibus artibus, quæ opus aliquod moliũtur, finis ex Arist. est illud opus, quod faciũt, ut in Architectura domus, in Medicina sanitas. Nec obstat, quod antea diximus Argumentationem esse materiã, est enim materia Logicæ, quâ de ea tradũtur præcepta: est finis, quâ ultimũ opus artis. Nec obest quod dicit Arist. 2. Physi. materiã, & finem nõ posse unũ, & idem esse, Nam materia ex qua quippiã efficitur, de qua ibi agit Arist. diuersa est à fine eius effectionis. Argumẽtatio uerò nõ est eiusmodi materia Logicæ, sed in qua uersatur Logica, & de qua efficienda tradit præcepta. Finis autem externus, & cõmunis est omnis cognitio, quæ his instrumentis efficitur. Nam eò tandem referuntur hæc instrumẽta. Hoc est quod docet Arist. 1 lib. Topic. cap. 9. Theoremata logica, quæ de his instrumẽtis tractantur, & alijs ad ipsa spectãtibus, pertinere ad cognitionẽ ὡς ου πρὸς, id est, ut adiumenta, quæ nolumus propter se cognoscere, sed ut ipsis aliud quippiã cognoscamus. Verũtamen quoniã omnis ars ex proprio, & interno fine iudicari debet, ipsa Logica nõ est appellanda scientia, sed ars, nisi nomẽ scientiæ, & artis in idem cõfundas, ut sæpe facit Arist. Si tamen artem, & scientiã distinguas, ut ab Arist. distinguntur. 6. Ethicorũ ad Nicomachũ, Logica ars erit, non scientia, hoc est, ars effectionis, nõ scientia cõtemplationis, ut quidã existimarunt. Scientia enim, ut ibi docet Arist. uersatur tota in rebus necessarijs, æternis, & quæ nõ possunt aliter se habere, nec fiũt à nobis per ipsam scientiã, sed aut nullo modo fiunt, aut si fiãt ut singulares, fiũt quidẽ à natura, habentq; in se principiũ, cur ita fiant. Ars uerò nõ est de rebus necessarijs, nec quæ à natura fiunt, sed tota posita est in

Finis Logicæ duplex.

Logica non est scientia, sed ars effectionis.

est in aliquo opere faciẽdo, atq; ut perspiciat, & doceat quemadmodũ opus illud fieri debeat, cuius principiũ & causa nõ est in opere, quod efficitur, quemadmodum in rebus, quæ natura fiũt, sed in ipso faciente, unde uersari dicitur in rebus contingentibus, quæ possunt esse & non esse, quia eiusmodi opus positũ est in potestate artificis, ut fiat, aut ne fiat. Quare cùm Logica omnis referatur ad hæc opera, & instrumẽta faciẽda, doceatq; præcepta, quibus hæc fieri debeãt, procul dubiò ars est effectionis, nõ scientia contẽplationis. Secũdo quoq; lib. de Demõstra. cap. ult. separat scientiã ab arte, quod scientia circa id quod est, ars circa geneſim, id est, rei effectionẽ uersetur. Si igitur Logica uersatur circa geneſim Syllogismi, ut in hoc opere docet Arist. ars erit, nõ scientia. Præterea ex Arist. 2. lib. primæ Philosophiæ. cap 1. finis scientiæ contẽplatricis est ueritas, intelligit autẽ ueritatem, non eam, quæ est in rebus, quæ dicitur affectio entis, sed quæ est in animo, scilicet necessariã, & certã rei cognitionem, de qua dicit eodem loco unamquamq; rem quantum habet entis, tantum habere ueritatis, hanc ex altera parte opponit opinioni, primo de Demonstratione, cap. 15. & 1. Topic. cap. 11. & alijs in locis. Itaq; huiusmodi ueritas, & necessaria cognitio est finis scientiæ contemplatricis: non quidẽ ea quæ est habitus, quoniã ea est ipsamet scientia, nec idem potest esse finis sui ipsius: sed ea quæ est actus: nam propterea uocatur θεωρητικὴ, quia eius finis est θεωρία seu θεωρεῖν, id est, contemplari, ut docet Aristoteles. 9. Metaphys. cap. 8. Cùm igitur argumentatio, quæ est finis internus, & proprius Logicæ non sit ueritas, nec cõtemplatio, sed quædam enuntiationũ cõpositio, quæ manet in animo, nobis etiam dormiẽtibus, nõ potest Logica scientia cõtemplatrix nominari. Adde quod Arist. 6. Metaphy. cap. 1. diuidit omnem scientiam, & Philosophiam contemplatricem in tres tantùm partes Mathematicam, Physicam, & Theologicam, nulla facta mentione Logicæ. Nec est necesse opus artis effectionis subijciatur oculis, ut Quinctilianus, & alij sibi falsò persuaserunt, nec efficiatur brachijs, aut neruis, aut lacertis, ut alij non magis uerè existimarũt. Ratio enim operis artificiosi non est cerni oculis, nec fieri manibus, aut pedibus, accidunt enim hæc, sed relinqui ex operatione artis, certis quibusdam regulis effectum, etiam si non uideatur, & à solo intellectu fiat. Nam Medicina sæpe ars uocatur ab Aristote. cuius opus, & finis est sanitas, quæ nec deprehenditur sensibus, sed eius indicia, nec fit à Medico brachijs, neque neruis. Vbi nequeo satis mirari iudiciũ Eustratij uiri doctissimi, qui in suis Cõmentarijs in. 6. lib. Ethico. ad Nicomachũ, cap 5. ait eas artes, in quibus post operationem non relinquitur huiusmodi opus effectum, quale est domus, quæ sensibus percipitur, sed alius sequitur finis, nõ esse effectiuas. sed actiuas, quales sunt militaris, cuius finis est uictoria, & familiaris, ac quæstuaria, cuius finis sunt diuitiæ. Cùm doceat expressè Aristoteles in libro Magnorũ Moraliũ, cap. ult. artes effectiuas, abactiuis hoc differre, quòd in actiuis post actionem nullus alius sequatur finis, sed ipsa actio sit ultimus finis, ut in arte

Universidad de Deusto
Biblioteca

canendi cithara, ipsa Citharæ cãtio. Vbicunq; igitur post actionem aliud quippiam relinquitur ex arte, quidquid illud sit, non erit ea ars actionis, iudicio Aristotelis, sed effectionis. Præterea. 6. lib. Methaphy. cap. 1. scribit Arist. in artibus effectionis principium efficiendi esse in ipso faciente, siue id principium sit mens, siue ars, siue facultas; iudicio ergo Aristotelis, etiam si opus fiat à solo intellectu, nihilominus erit ars effectionis? Rursus. 7. lib. cap. 7. ubi docet omnia quæ fiũt aut natura, aut arte, aut casu fieri: ait generationes earum rerum, quæ non fiũt à natura, proprio nomine uocari ποιήσεις, id est, effectiones, atque has, aut ab arte esse, aut à facultate, aut ab intelligentia, interdum à casu. At generatio argumentationis non est à natura, sed ab arte, & intelligentia, erit igitur effectio, ac proinde Logica ars effectionis. Non minus falsum est, quod quidam asserunt in arte effectionis oportere actionem artis exerceri ab alia facultate, quàm ab intellectu. Nullam enim adferunt causam suæ sententiæ, nec testimonium Aristotelis. Immo uerò ex duobus locis proximè expositis cõstat effectionem esse, etiam si opus fiat ab intellectu. Neque satis est, ut Logica sit scientia, quod afferunt, habere scilicet Logicam certa, & necessaria principia, quibus aliquid necessariò demonstratur, quoniam id commune est omnium artium. Nam ars, quæ diuersa est à scientia, habet etiam sua principia, ut constat ex Aristotele. 2. lib. de Demonstratione, cap. ultim. quòd si principia, per ea demonstrabit aliquid uniuersum, certum, & necessarium, & hac parte ipsa ars uocatur interdum scientia. Verùm quia non sistit in hac cognitione parta per demonstrationem, ut fit in scientia, sed ulterius progreditur, ut ijs aliquid operis moliatur, propterea non dicitur scientia, sed ars effectionis, quod egregiè obseruauit Diuus Thomas in Commentarijs in Boethum de Trinitate, quæst. 5. art. 1. Vbi ait, etiam si in Medicina sit quædam pars, quæ doceat prima principia & causas ad comparandam corpori sanitatem, non propterea esse scientiam contemplationis, cùm ad opus tanquam ad ultimum finem referatur, tales sunt omnes artes effectionis, talis ipsa Logica. Quamuis autem habeat ars præcepta uniuersa necessaria, non tamen facit opus uniuersum, sed singulare, ut docet Arist. 1. Metaphy. cap. 1. propterea dicitur ars uersari in rebus contingentibus, quæ possunt esse, & non esse, quoniam huiusmodi opus positum est in potestate artificis, nec posteaquam est factum, manet perpetuũ, sed soluitur aliquando. Quidam uerò cùm uiderent si Logica doceat rationem efficiẽdi argumentationem, non posse effugere quin admittant esse artem effectionis, ne opinionem illam semel conceptam. Logicam esse scientiam contemplationis, deserere cogantur, asserunt Logicam non agere de enuntiationibus, & Syllogismis modo effectionis seu modo operabili, ut ipsi loquũtur, sed modo contemplationis. Hoc est non docere quemadmodum enuntiationes, & Syllogismi efficiantur, sed de ipsis agere, ut eorum naturam contemplemur, quo nihil absurdius dici potest. Quis enim credat Logicam non fuisse inuentam à ueteribus Philo-

Philosophis, ut Syllogismum constrŭeremus, sed ut contemplaremur? Præterea si non est Logicæ docere rationem conficiendi Syllogismum, cuius quaso artis erit hoc munus proprium? Ad hæc reclamat huic sententiæ Aristoteles, & tota Peripateticorũ Schola. Aristo. enim in hoc primo libro de Syllogismo, cap. 3. ubi explicauit prima principia, & elemẽta totius disputationis, sic habet. His autẽ definitis dicamus iam ex quibus, ex quomodo, & quãdo omnis cõficiatur ratiocinatio. Disputat ergo modo effectionis? Peripatetici uerò omnes uno ore pronuntiant Logicam esse artem ministram & instrumentariam, quia omnibus subministrat instrumenta, quod non faceret, nisi doceret quomodo essent construenda. Atqui huiusmodi homines sunt ex ijs, qui à uestigijs D. Thomæ, ne latum unguem discedunt, cùm Diuus Thomas huic sententiæ maximè repugnet. Nam in Commentarijs in Boethum de Trinitate, loco superius citato, expressè docet Logicam non esse partem Philosophiæ contemplatricis, redditq; hanc causam. Scientia contẽplatrix non uersatur in rebus, quæ fiant nostro opere, nec eius consideratio spectat ad instituendam aliquam operationem. sed in rebus quarũ cognitio propter seipsa quæratur; Logica uerò non agit de rebus, quæ cognoscantur propter se, sed ut adiumenta ad alias scientias. Vnde non pertinet ad Philosophiam contemplatricem, nisi ut reductum, quatenus ministrat instrumenta contemplationi, ac proinde non tam est scientia, quàm instrumẽtum scientiæ. Quæ omnia uera sunt, & ex media schola Peripateticorũ desumpta. Demum nemo ex ueteribus Philosophis in hac fuit sententia. Nam Platonici, & Stoici, qui Logicã faciebant partem Philosophiæ, nec eam faciebant contemplatricem, nec actricem, sed tertium genus, quod uocabant Philosophiam rationalem. Peripatetici uerò nullam partem Philosophiæ ipsam constituebant, sed instrumentum tantùm. Nam illa Philosophiæ diuisio, quam adfert Diogenes Laërtius in uita Aristo. nec Aristotelis est, nec ullius Peripatetici: sed uel ab ipso, uel ab alio quopiũ conficta. Dicit enim duplicem esse partem Philosophiæ iudicio Aristotelis, unam actionis: alteram cõtemplationis. Rursus Philosophiam contemplationis diuidi in duas partes, Physicam, & Logicam. Atque Logicam non esse absolutam partem, sed instrumẽtum, cuius duo sint fines propositi probabile, & uerum: habereq; ad utrumq; finem duas facultates. Ad probabilitatem efficiendam Dialecticam, & Rhetoricam: ad ueritatem, Analyticam, & Philosophiam. Intelligit autem per Philosophiam, ut putò, primam Philosophiam. Quis autem Peripateticus dixit unquam primam Philosophiam esse partem Logicæ, atque instrumentum: cùm doceat ipse Aristoteles. 1. Metaphy. cap. 2. solam primam Philosophiam liberam esse, quæ sola sui ipsius gratia existat, nulliq; seruiat arti? Quod si intelligat omnem Philosophiã, multò ineptior esset subdiuisio, eam esse partẽ Logicæ, quæ genus est scientiarũ. Vera quidem artium diuisio ex Aristotele est ea, quam ipse tradit. 6. Metaphy. cap. 1. ubi primò diuidit habitum intellectus, quem uocat διάνοιαν in tres partes,

Universidad de Deusto
Biblioteca

in habitum contemplationis, actionis, & effectionis. Rursus habitum, & scientiã contemplationis, in Mathematicam, Physicam, & Theologicam. Cõcludendũ igitur est tandem, Logicam non esse scientiam contemplationis, neq; practicam, seu actionis, sed artem effectionis. Nam apud Arist. non sunt idem ars effectionis, & practica, ut constat ex. 6. Metaphy. loco paulò ante citato, & ex. 6. Ethic. ad Nicomachum, ex lib. Magnorum Moralium, cap. ult. & alijs ex locis. Demõstratum etiam est eius materiã esse argumentationem, ac potißimè Syllogismum, de quo in his duobus libris generatim disputatur.

Prolegomena. Vetus autem fuit cõsuetudo antiquorũ Arist. interpretũ., ut antequã autoris sententiã explicarent, nõnulla quærerent, quæ cognita futuram disputationẽ illustrare uiderentur. Hæc ab ipsis προλεγόμενα uocabãtur, Latinè præfata possunt appellari. Solent à quibusdã ofto adferri, sed nos ex ijs, quinq; tantũ exponemus,

Institutum. institutũ Arist. in hac disputatione, inscriptionẽ; ordinem, & locũ inter alios libros Logicos, genus docendi, & distributionem in capita. Institutũ explicat ipse Arist. statim initio. Dicit enim futurã sibi esse disputationem de Demõstratione, & scientia demõstratiua, quã nõ tractat in his duobus libris prioribus, sed in duobus seqaentibus. Verũ quia ipsa Demõstratio est potißima forma Ratiocinationis, quæ parit nobis perfectã scientiam, eam sibi proponit Arist. tãquam præcipuum scopum. Hæc autem prior disputatio, ad illã sequentem refertur. Est enim Demõstratio, ut dixi Ratiocinationis species, nõ potest autẽ species probè explicari, quin priùs genus cognoscatur. Quare propriũ institutũ horũ duorũ librorũ est disputare cõmuniter de Ratiocinatione, atq; ipsa est subiecta materia. In-

Inscriptio. scribũtur oẽs hi quatuor libri ab Arist. uno nomine Analytica, id est, resolutoria, uel libri resolutorij, omnes enim quatuor efficiũt unũ corpus, ut apparet ex. 17. cap. 2 lib. de Demonstratione, ubi uno & eodem Epilogo omnes concludit. Hoc cõmuni nomine citãtur sæpe ab Arist. nã in lib. de Enũtiatione, ubi agit de enũtiationibus infinitis sic habet. Hæc ordine disposita sunt quemadmodũ dictũ est in Analyticis, intelligẽs postremũ cap. huius. 1. lib. Deinde. 1. lib. de Reprehẽsionibus Sophisticis, cap. 2. sic ait, de rationibus accõmodatis ad docendũ, & demonstratiuis dictũ est in Analyticis, ubi intelligit duos libros sequẽtes de Demõstratione. Idem cõstat ex 1. cap. 6. Ethic. ad Nicomachũ, & ex. 12. cap. 7 Metaph. & alijs ex locis. Distinguntur autem quòd hi duo priores inscribuntur ἀναλυτικῶν πρότερων, id est, priorum analyticorũ, duo posteriores ἀναλυτικῶν ὑστέρων id est, posteriorum analyticorum, aut ut Galenus refert ἀναλυτικῶν λογίων, id est, secũdorum analyticorum. Causam hanc reddit Alexander, quia Ratiocinatio prior est natura demonstratione, ut omne genus suæ specie, propterea hi duo libri, in quibus agitur de Ratiocinatione, inscribuntur priora Analytica: duo sequẽtes, in quibus agitur de Demõstratione, posteriora Analytica. Hæc tamen distinctio inscriptionis non est Arist. ut obseruauit Galenus in libro, ubi enumerat libros à

se editos,

se editos, sed ab interpretibus apposita uidetur. Arist. enim cùm hos libros uult distinguere, duos priores inscribit de Ratiocinatione, duos posteriores de Demonstratione, ut constat ex primo de Demonstratione, cap. 3. ubi sic habet, sic possunt omnia postulata ex se mutuò demonstrari in prima figura, ut demonstratum est in libris de Ratiocinatione, & .8. cap. in fine, demonstratum est hoc in libris de Ratiocinatione: & .17. cap. 2. lib. ita concludit omnes quatuor libros. De Ratiocinatione igitur, & Demonstratione quid unaquæq; sit, & quomodo fiat, manifestium est. Sed iam quærenda est causa inscriptionis. Meritò enim dubitaret aliquis, cur inscribantur hi libri de resolutione potius, quàm de compositione, cùm disputet hìc Aristoteles de compositione, & structura Ratiocinationis, & in sequentibus de efficiẽda Demõstratione. Alexander, Philoponus, Magentinus, & ferè omnes interpretes censent sumptã esse hanc inscriptionem ex tertia sectione huius primi libri, ubi agit Aristoteles de Resolutione Ratiocinationum in partes, atque in figuras; quæ sectio potior ab ipsis censetur hoc nomine, quòd qui nouit resoluere ratiocinationes confectas, nouit etiam cõponere, non autem cõtrà. Nam imperiti homines sola ui naturali ingenij, interdum ratiocinãtur; nesciunt tamen explicare ratiocinationem in partes. Verùm hæc ratio etsi ueteribus interpretibus uera sit iudicata, nunc tamen multis uiris doctis non probatur. Primùm enim non uidetur omnino rationi consonũ propter tertiam sectionem primi libri, ambos libros uocari analyticos. Deinde ut demus ob id appellatos esse analyticos hos duos priores, absurdum admodum est propter eandem causam duos sequentes, qui sunt potißimi, analyticos nominari. Iam enim antea explicatũ est, oẽs quatuor libros efficere unũ corpus, & uno nomine inscribi ab Arist. analyticos: quæ inscriptio inepta esset, si ex una parte, eaq; exigua sumeretur. Nicolaus Grouchius uir quidẽ multæ eruditionis sentit hãc inscriptionẽ propriè pertinere ad duos libros sequẽtes de Demõstratione, ubi explicatur scientia demonstratiua, quæ resolutione constat, non quod generetur resolutione, nam potius generatur compositione, cùm ex principijs demonstratur cõclusio, quæ est methodus compositionis; sed quia præcedit analysis, seu resolutio, ut apparet in scientijs Mathematicis, quæ sunt potißimæ in hoc genere doctrinæ. Est enim analysis retexio quædam, qua ex eo quod posterius est, ad id quod est prius progredimur, ut cũ totũ dissoluimus in partes, cùm à fine tendimus ad ea quæ finẽ antecedũt, ab effectis ad causas, & principia, talis est analysis in scientia demõstratiua, qua à cõclusione tẽdimus ad principia. Duobus tamẽ modis hoc fieri potest: primo cũ per cõclusionẽ, eò quòd nobis sit facilior demõstramus principia, quòd genus demõstrationis ὅτι uocatur ab Arist. tantũ enim monstrat rem ita esse. Secundo modo cùm proposita conclusione, quærũtur principia, nõ ut demõstrentur, sed ut per ipsa demõstretur cõclusio, atq; hæc est analysis Mathematica, cuius meminit Aristoteles. 3. Ethic. ad Nicomachũ, cap. 3. Mathematici enim

prius

Causa inscriptionis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

prius proponunt Theorema demonstrandum, deinde querũt principia, & pronuntiata accommodata ad eam demonstrationem, quod si non sint prima, rejoluunt ea demonstrando in alia priora, & illa rursus in alia, donec ad prima ueniant principia, tunc enim rem aliquam nos scire existimamus, inquit Aristoteles, cùm primas causas, primaq; principia, usque ad elementa cognoscimus, quam esse resolutionem dubium non est. Vnde primo de Demõstratione, cap. 9. significat resoluere, principia inuenire, & cap. 18. rationes necessariæ, & demõstratiuæ appellãtur analyticæ. Quoniam igitur in libris de Demonstratione docetur ars & ratio, qua proposito quouis Theoremate ad demonstrandum, sumamus accõmodata principia ad eam demonstrationem explicãdam, hinc ea disputatio inscribitur analytica. Hi uerò duo libri priores appellãtur eodem nomine, quia ad illam disputationem referuntur. Sed his uidetur aduersari, quod habet ipse Arist. 2. lib. de Demonstratione, cap. 5. statim initio, ubi ait, non concludi definitionem per diuisionem, quemadmodum dictum est in Analysi, quæ est circa figuras; locus autem quem citat nõ habetur in tertia sectione huius primi libri, ne quis credat propterea citari hoc nomine, sed in secũda sectione, est enim, cap. 32. ubi id docet Aristoteles. Videtur igitur ex tertia sectione, quæ explicat Analysim circa figuras, sumere appellationem duos libros priores, ut sentiunt interpretes. Cui dubitationi sic mihi occurrendum uidetur. Quemadmodũ disputatio de Demonstratione dicitur Analytica, quia in ea docetur quo pacto proposito Theoremate, sumantur accommodata principia ad ipsum demonstrandum, unde potest appellari resolutio demõstratiua, aut circa principia: sic disputatio de Syllogismo uocatur etiam Analytica, quia tota eò pertinet, ut intelligamus quemadmodũ propo sita quauis conclusione, sumantur accomodata pronuntiata, & aptè disposita in aliqua figura ad cõcludendã eam conclusionem. Id enim docetur in prima sectione, id in secunda, id in tertia, id denique in secundo libro, & toto opere. Vnde appellatur Analysis circa figuras. Nisi dicatur circa figuras, quòd in his duobus libris disputetur de figuris Syllogismorum, in duobus sequentibus de ratione tantũ demonstrandi. Hæc de inscriptione, & eius causa. Sequitur doceamus quem locũ habeat inter alios libros Logices. Consequi librum Categoriarũ, & de Interpretatione facilè constat ex methodo, quam seruat Aristoteles in Logica tradenda. Seruat enim methodum compositionis, quæ omniũ est accommodatissima ad tradẽdas artes, ea uera iubet, ut à partibus simplicioribus ad totũ progrediamur. Cùm igitur ratiocinatio cõstet ex enũtiationibus, atq; enuntiationes ex uocibus simplicibus, ratio uerò uocũ simplicium petatur ex Categorijs, ratio & natura enuntiationum, ex libro de Interpretatione, his explicatis ordine sequitur disputatio de Ratiocinatione. Idem etiam cõstat ex mẽtis functione, quæ triplex est, prima dicitur rerum simpliciũ apprehensio, qua simplici intelligentia res cognoscimus; Secunda compositio, & diuisio, cùm simplices notiones interse componi-

Ordo.

mus, aut diuidimus: tertia argumentatio, qua aliud ex alio colligimus, simplices notiones explicant uoces simplices, compositionem, & diuisionem enuntiationes, collectionem animi, explicat argumẽtatio, quæ sita est in uoce. Qualis igitur ordo est in his animi functionibus, talis debet esse in uocibus, quibus explicantur, ut primo loco tractetur ratio uocum simplicium, tum enũtiationum, tertio argumentationum. Superest tamen explicetur ratio, & ordo cum libris sequentibus. Probatus est is ordo ab omnibus interpretibus ut priora Analytica, Topica antecedant. Sed quidam recentiores Dialectici existimarunt debere Topica antecedere hac una adducti ratione, quòd omnis Dialectica diuidatur in inuentionem, & iudicium, seu dispositionem, inuentio uerò natura sit prior iudicio, ut docet Cicero in Topicis. Cum igitur in libris Topicorum Aristotelis doceatur inuentio, in Analyticis iudiciũ, debent Topica tradi ante Analytica: un de contra uetustissimam consuetudinem prius ipsi docuerunt Topica, quàm analytica. sed hi multis modis peccant in hac sua ratione, unde cõuenit singulas partes expendamus. Primùm ut demus inuentionem esse priorem iudicio, & dispositione, est necesse sint ambo eiusdem & eiusdem rei omnino, alioquim non esset uerum, quod assumunt. Atqui inuentio topica, & dispositio analytica, non sunt omnino eiusdem rei, nec sibi mutuò respondent. Nam in Topicis traditur tantũ inuentio argumentorum probabilium, ut cõstat ex primo Topico statim initio: in priori uerò Analysi explicatur dispositio omnium argumẽtorum, tam probabilium, quàm necessariorum, hæc igitur dispositio non respondet inuentioni Topicæ, cùm sit multò generalior, sed illi, quam tradit Aristote. in priori Analysi, quæ dicitur inuentio Medij. Ad illam autem priuatam inuentionem, quam tradit in Topicis, sequitur dispositio, quam explicat. 8. Topico. Multo minus respondet inuentioni Topicæ, iudicium quod explicatur in libris de Demonstratione, quod est de Argumẽtis necessarijs. Nã quod Docet Petrus Romanus unicam esse argumentorum inuentionem Dialectio, cum Philosopho communem, iam à uiris doctis est refutatum. Præterea diuisio totius Logicæ in inuentionem & iudicium, non est Peripateticorum, sed Stoicorum: iudicio uerò Peripateticorũ tribus diuisionibus explicatur omnis ars differendi, quarum primam & tertiã adfert Boethus in Commẽtarijs in Topica Ciceronis. Secũdam Simplicius in præfatione suorum Commentariorũ in Categorias. Prima igitur diuisio Logicæ est in rationem definiendi, diuidendi, & argumentandi. Secunda, quia argumentãdi ratio est potissima in arte, ad quam cæteræ referuntur, distribuitur rursus tota ars à Simplicio in tres partes, scilicet in Analyticam, Topicam, atque communem & præcedentem utramq;. Analytica est, in qua agitur de Demonstratione, Topica ubi agitur de Ratiocinatione probabili, & Sophistica, in parte communi continentur liber Categoriarum, de Interpretatione, & duo libri de Ratiocinatione. In his enim libris explicantur omnia, quæ communiter pertinent ad

Universidad de Deusto
Biblioteca

totam artem. Ammonius tradit eãdem diuisionem uerbis paulò diuersis, in principia Methodi, in Methodum, & quæ quadam ex parte iuuant Methodum: intelligens per Methodum libros de Demonstratione. Tertia diuisio est, quæ una quæq; pars ex his distribuitur in inuentionem, & iudicium; ubi primùm intelligẽdum est, ipsius iudicij duas esse partes: unam qua iudicamus an inuẽta sint apta ad quæstionem explicãdam: alteram, qua eadẽ aptè disponimus, quæ propriè appellatur dispositio. Primum igitur ratio definiendi diuiditur in inuentionem, & iudicium. Nam prius oportet partes definitionis inuenire, deinde aptè disponere, quam dispositionem, immo uerò totũ iudicium definitionis, explicat Aristo. 6. Topico. Idem est præstandum in diuisione, habet enim suam inuentionẽ & iudicium. Ratio quoque argumentandi, & singulæ eius partes, ut disputatio de Ratiocinatione. Nam in secunda sectione explicat Aristoteles generalem inuẽtionem argumenti: in prima dispositionẽ; in tertia iudicium dispositionis, hoc est, iam constitutæ ratiocinationis, totus etiã liber secundus pertinet ad iudiciũ. Deinde disputatio de Demonstratione in inuentionem, & iudicium. Nam in primo libro explicatur iudicium, in secundo inuentio, scilicet quo pacto parari possit definitio, quæ est medium Demonstrationis, non parari demonstratione, sed diuisione, sine ulla ui probationis, tum qua ratione cognoscantur à nobis principia coniuncta, & axiomata. Libri quoq; Topicorum in inuentionem, & dispositionem, inuentio explicatur septem libris prioribus, dispositio, in. 8. Quamuis igitur admittant Peripatetici inuentionem, & iudicium; non tamen est hæc prima diuisio totius artis, sed subdiuisio partium. Neque inuentio traditur tantũ in Topicis, nec iudiciũ tantũ in Anal. ut ipsi existimant. Rursus neq; ipsa consecutio est necessaria. Quamuis enim inuentio sit prior dispositione in usu artis, non semper prius est docenda. Interdum enim est necesse prius tradatur dispositio, quia nõ potest inuentio probè intelligi, quin prius cognita sit dispositio. Quã rationẽ docendi seruauit Aristoteles in Analyticis. Nam in libris de Ratiocinatione prius explicat dispositionem, & figuras Ratiocinationum in prima sectione, deinde inuentionem Medij in secunda sectione. In libris quoque de Demonstratione, in primo libro explicat iudicium Demonstrationis; in secundo inuentionem definitionis, quæ medium est Demonstrationis. Quod etiam cernere licet in artibus operarijs. Qui enim domum ædificant, non possunt commodè parare lapides & ligna ad structuram, quin prius animo concipiant, futuram dispositionem: sic non potest medium accommodatum inueniri ad quæstionem aliquam concludendam, nisi intelligatur quænam sit eius futura dispositio. Ad hæc docet Aristoteles 1. lib. de partibus animalium, cap. 4. communia & generalia prius esse tractanda, quàm specialia, alioquin esset necesse eadem sæpe repetere, eandem methodum tradit primo Physico, cap 1. eandem maximè probat Socrates apud Platonem in Phædro, quam dicit fuisse iam acceptam ab Hippocrate.

Nam

Nam hanc cõmendat Hippocrates in libello de natura humana, sed in his duobus libris agitur de Ratiocinatione, in Topicis de Ratiocinatione dialectica, quæ est una species Ratiocinationis: hæc igitur disputatio, topicã debet antecedere. Eodem accedit quod dicit Aristoteles in hoc primo libro de Ratiocinatione, cap. 3. propterea disputandum esse prius de Ratiocinatione, quàm de Demonstratione, quia Ratiocinatio est magis uniuersa, eadem igitur de causa debet præcedere ratiocinationem dialecticam, quæ explicatur in Topicis. Adde methodũ cõpositionis; quam seruat Aristo. in tota logica tradenda, hoc idem postulare. Progressus enim à genere ad species non est resolutionis, ut quidam falso existimarũt, sed compositionis. Nam cum genus sit pars una speciei, differentiæ aliæ partes, qui prius explicat genus, & differentias, & inde ipsam speciem, nonne progreditur à partibus, ad totum? nec obest diuidi genus in species, nõ enim idem est omnino diuisio, quod resolutio. Quapropter concludendum est hãc analyticam disputationem, antecedere libros Topicos & Sophisticos. Cognito ordine librorũ proximè sequitur genus docendi, quod in his libris seruat Aristoteles, explicemus. Id enim nouisse maximè conducit, ad intelligendam, & explicãdam futuram disputationem. Immo uerò id esse intelligendum initio cuiusq; disputationis, præcipit Aristoteles, tum primo Ethicorum ad Nicomachum, cap. 3. tum in minore. A metaphysico, qui est secundus liber apud Latinos, cap. 3. ubi hoc ipsum genus docendi uocat modum scientiæ, huiusq; rei intelligentia est, quam appellat πολυμαθίαν. i. eruditionẽ, lib. 1. de partibus animaliũ, cap. 1. Duplex est disputãdi genus apud Arist., unum accuratum, & perfectum, ubi omnia firmißimis rationibus, exquisitáq; doctrina pertractantur, alterum populare, & facilè, ubi probabilibus rationibus & ad cuiusuis captum accommodatis res explicantur. Primum dicitur ἀκροαματικόν, ut docet Aulus Gellius, lib. 20. cap. 4. quod eo genere tantùm uteretur apud priuatos auditores, alterum ἐξωτερικόν, quòd ad ipsum admitteret quoscunque ex uulgo sine delectu, uel (ut sentit Eustratius in Commentarijs, in primum Ethicorum ad Nicomachum) quòd ad priuatum aliquem extra publicum auditorium scriptum esset. Alijs quoque nominibus distinguntur hæc duo genera docendi apud Aristotelem. Nam primum appellatur ἀκριβὲς, uel λιὰ ἀκριβείας Latinè dici potest subtile, & accuratum; alterũ τυπῶδες, uel ἐν τύπῳ. Latinè adumbratum. Primum esse uocantum ἀκριβὴς reperies tum. 1. Ethic. cap. 3. tum. 2. Metaphy. cap. 3. Alterum ἐν τύπῳ multis in locis, nam in Categorijs, ubi diuisit ens in decem Categorias, singulas explicat exemplis, docens se ὡς τυτύπῳ eas exponere. 1. Topico. cap. 1. in fine, utrunq; uerbum reperies, ubi dicit sibi nõ esse consilium accuratam habere orationem, sed adumbratam ὡσεὶ τύπῳ inquit. 2. quoque de anima, cap. 1. cõcludit in fine τύπῳ descriptam esse animã, Græci enim rudes & imperfectas demonstrationes, & diffinitiones τύπους uocabant, ut scribit Aulus Gellius, libro primo, cap. 25. In his

Genus docendi.

D ij igitur

Universidad de Deusto
Biblioteca

Distributio in capita.

igitur libris de Ratiocinatione utitur Aristoteles primo illo genere subtili, & accurato. Nam primùm more Mathematicorum, proponit definitiones, & principia necessaria; deinde omnia quæ docet certissimis demonstrat rationibus, nihilq; tradit, quod exquisitè non pertractet. Superest tandem explicemus in quot quasq; partes tribuatur hæc disputatio. Omnes quatuor libri, ut antea diximus, unum efficiunt corpus: tamen diuiduntur primò in duas partes. In primæ disputatur de Ratiocinatione generalim; in secunda de Demonstratione, quæ est præcipua Ratiocinationis species, quam persequitur duobus libris posterioribus. Prima quoq; pars distribuitur in duos libros. In primo explicatur uis, & natura Ratiocinationis: in secũdo libro eius facultates, & affectiones, & uitia quædã, quæ in ipsa contingunt. Rursus primus liber distribuitur in tres sectiones. In prima docetur quemadmodũ omnis construatur ratiocinatio, tam ex pronũtiatis affectis aliquo modo, quàm ex ijs, quæ modo carent: in secunda ars, & ratio parandi medium, & pronuntiatorũ copiam ad concludẽdum omne genus quæstionis ex ueris sumptionibus: in tertia, qua ratione ratiocinationes iam confectæ sint resoluendæ in certam figuram, & modum, atque ita iudicandæ. Tandem singulæ sectiones distribuũtur in quædam capita minutiora, quamquam hæc diuisio in capita nec sit Arist. nec Græcorum interpretum. Hæc sunt prolegomena quæ proposuimus explicare, cætera commodè possunt prætermitti. Nam de utilitate nonnihil diximus superius in epistola ad lectorem, ea etiam est satis manifesta omnibus, qui uerè Philosophãtur. Nũ pertineat hæc disputatio ad aliquã Philosophiæ partem, constat ex ijs, quæ in superioribus disputauimus. Est enim pars Logicæ, quæ non est Philosophiæ pars, nec scientia, sed instrumẽtum. Esse legitimum opus Aristotelis nulla est controuersia. Scribit tamen Philoponus quadraginta libros analyticos fuisse olim inuentos in ueteribus bibliothecis, sed hos solos quatuor adiudicatos esse Aristotelis. Laërtius in uita Arist. nouem libros recenset priorum, Analyticorum, præter duos de Syllogismo, uerum ille catalogus Laërtij non satis conuenit cum libris Aristotelis, quos nunc habemus.

Dñi Theti Hieronymi Iuibeo pri- Thorani

ARISTOTELIS priorum Analyticorum, vel DE RATIOCINATIONE LIber primus, Iohanne Baptista Monlorio Interprete, & Paraphraste.

Argumentu totius operis.

OMNIS Analytica disputatio diuisa est ab Aristotele in partes duas. In prima, agit generatim de Ratiocinatione: In secũda, de Demõstratione, quæ potiſsima est Ratiocinationis ſpecies, eamque tractat duobus libris. Prima quoque pars diuiditur in duos libros. In primo disputat de natura Ratiocinationis: In ſecundo, explicat eius facultates, & affectiones, & quædam vitia, quę in ipſa contingunt. Rurſus primus liber eſt diſtributus in tres ſectiones. In prima docet quemadmodum omnis ſit componẽda ratiocinatio, tam ex pronuntiatis affectis, aliquo modo, quàm ex ijs, quæ modo carent: In ſecunda, quo pacto ſit inueniendum medium, & paranda pronuntiatorum copia, ad concludẽdum omne genus quæſtionis ex veris ſumptionibus. In tertia, qua ratione ratiocinationes confectæ ſint reſoluendæ in certam figuram, & modum, atque ita examinandæ.

Prima sectio de tribus figuris.

DE PRONVNTIATO, TERmino, & Ratiocinatione Cap. 1.

Argumentum.

PRIMO proponitur inſtitutum præcipuun totius operis: deinde explicantur principia, & elementa futuræ diſputationis, ſcilicet quid ſit pronuntiatum, ac quotuplex ſit, & quid interſit inter demonſtratiuum, & dialecticũ. Quid ſit terminus, quid ratiocinatio, quæ perfecta, & quæ imperfecta. Tãdem explicantur duo principia, ad demonſtrandas perfectas Ratiocinationes, dici de omni, & de nullare dici.

Universidad de Deusto
Biblioteca

1 PRimùm dicere oportet qua in re versetur, & de qua sit hæc disputatio: versari scilicet in Demonstratione, atque haberi de scientia demonstratiua.

Admonitio ad lectorem.

OBserua studiose lector hanc Paraphrastm sub Aristotelis persona scriptam esse, tanquam si idem Aristoteles, quod olim breuiter scripsit, & obscurè, nũc copiosiùs, & apertiùs eloquatur. Id circo in ea nulli citantur Autores, nec Interpretes. Notæ numerorum, quas interpositas uides, respondent similibus notis, quibus contextus Aristotelis est distinctus: ut intelligeres, quam particulam contextus quæuis pars Paraphraseos interpretetur. Tamen quia nõnulla loca, præter propriam explicationem, egent aliqua præmonitione, hanc asteriseo duximus separandam, quò distinctior esset explicatio. Quidquid igitur cõprehenditur ab asterisco, ad numerum usque sequentem, præfatio est ad explicãdum eum locum, qui numero sequente designatur.

Paraphrasis in. 1. cap.

* QVemadmodum qui iter facturi sunt certum aliquem sibi locum ante constituunt, in quem proficiscãtur: alioquin ueluti amẽtes incertis itineribus ferantur oportet: sic quicunq; de re aliqua disputationem instituũt, finem aliquem, & scopũ sibi proponere debent, inquem omnis ea referatur disputatio. Nec satis est eiusmodi finem priùs animo concipere, sed uerbis etiam declaretur est necesse. Nam initio admonendum est, qua in re sit posita, & quorsum pertineat ea tractatio. Sic enim fiet, ut lectoris animus intellecta prius re disputanda, eiusq; utilitate percepta multò auidius ad id opus legẽdum aggrediatur. 1 Est igitur nobis præcipuum institutum in libris Analyticis disputare de Demonstratione: docere scilicet quid sit Demonstratio, ex quibus constet, quot sint eius genera, atque omnino ea omnia, quæ ad perfectã demõstrandi rationẽ pertineant. Hanc enim maximè habemus in uotis, tanquã certissimum parãdæ scientiæ instrumentum. Vbi eadem opera dißeretur de ea scientia, quæ demõstratione comparatur, quid ipsa sit, unde oriatur, quibus ex rebus parari possit. Nam ex quibus constat Demonstratio, eisdem generatur in nobis scientia demonstratiua. Verũtamen quoniam omnis recta docendi, ratio & uia postulat, ut prius de genere, quàm de specie tractetur, est autem Demõstratio Ratiocinationis species; de ipsa Demõstratione agetur quidem duobus libris posterioribus, in his uerò duobus prioribus de Ratiocinatione, qua ratione fiat, & quas habeat affectiones generatim explicabitur. Atque hæc est nostri consilij ratio. * Quod autem facere solent Mathematici, qui aliquot Theoremata demonstraturi, priùs initio libri quædam proponunt principia, scilicet definitiones, axiomata, hypotheses, & postulata, quibus Theoremata sunt demonstranda: idem nobis hoc loco præstandum est. Sunt enim statuenda nobis quædam principia, ut pote definitiones aliquot, tum alia quasi axiomata, & hypotheses, tanquam firmamenta eorum, quæ sumus disputaturi. 2. Hæc autẽ sunt. Quidnam sit Pronũtiatum, quid Terminus, quid sit ipsa Ratiocinatio, & qualis perfecta, qualisq; imperfecta sit habenda. Post hæc constituemus etiam quidnam sit subiectum aliquod sub toto aliquo attributo contineri, aut nullo contineri: aut quod perinde est, quidnam sit attributum aliquod dici de toto aliquo subiecto, aut de nullo dici. * Iam igitur ut rem ipsam aggrediamur definiendum est in primis Pronuntiatum, quia pars est ratiocinationis: non quidem omne, sed id tantùm quod simplex est, quodq; à quibusdam categoricum dicitur, non autem hypotheticum, quia de Ratiocinatione tantùm Categorica est nobis futura disputatio. 3 Est igitur pronuntiatum oratio, in qua attributum aliquod de subiecto quopiam affirmatur, aut negatur: ut homo est animal, homo non est lapis, unde simul constat duplex esse Pronuntiatum, unum affirmans, alterum negans. Atque hæc Oratio, quam Pronuntiatum appellauimus, aut uniuersa est, aut in parte seu particularis, aut indefinita. 4 Appello autem hoc in loco pronuntiatum uniuersum, in quo attributum de toto aliquo subiecto, aut de nullo dicitur, cùm nota uniuersa; ut omne animal sentit, nulla arbor sentit. Particulare, cùm attributum de aliquo subiecto affirmatur, aut de aliquo negatur, aut quod idem ualet, non ommi inesse dicitur, adhibita semper particu-

2 Tum definire, quid sit Pronuntiatum, quid Terminus, quid Ratiocinatio, & qualis perfecta, qualisq; imperfecta dicatur. Ad hæc quidnam sit hoc in illo toto esse, aut non esse, & quid appellemus aliquid de omni, aut nulla re dici. 3 Pronuntiatum igitur est oratio, quæ affirmat, aut negat aliquid de aliquo. Hæc autem oratio, aut vniuersa est, aut in parte, aut indefinita. 4 Appello autem nunc vniuersum, cum quipiam in omni re, aut nulla inesse dicitur: In parte, cum in aliquo, aut non aliquo, aut certè non in omni inesse. Indefinitum vero, cùm inesse, aut non inesse dicitur, absq; vlla vniuersa, aut particulari nota, vt contrariorum eandem esse scientiã, aut voluptatem non esse bonum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

5 Differt autem demonstratiuum Pronuntiatũ à dialectico, quòd demonstratiuũ sumptio est alterius partis cõtradictionis: non enim interrogat Demonstrator, sed sumit tantum. Dialecticum verò, Interrogatio est contradictionis. 6 Sed qua parte ex vtroque fit Ratiocinatio, nihil differunt. Tam enim qui demonstrat, quàm qui rogat, ratiocinatur, sumpto Pronuntiato, in quo aliquid alicui inesse, aut non inesse dicatur. Itaque pronuntiatum ad ratiocinandum accommodatum est, simpliciter affirmatio alicuius de aliquo, aut negatio alicuius ab aliquo, eo modo, quo dictum est. 7 Demonstratiuum autem est, si verum fuerit, atque per hypotheses initio proparticulari nota. Vt aliquod corpus uiuit, aliquod corpus non uiuit; uel nõ omne corpus uiuit. Indefinitum uerò, cùm attributum de subiecto dicitur sine ulla nota, ut contrariorum eadem est scientia. Voluptas non est bonum. Quod pronuntiatum indefinitum dicitur, uel quia nulla nota designatur, uel quia incertum est an habeat significationem uniuersam, an particularem. Prætermittitur pronũtiatum singulare, quia nihil confert ad hanc disputationem. 5 Sed quia pronuntiatum pars est Ratiocinationis, explicãda sunt eius genera, quatenus ad Ratiocinationem, & eius species accommodatur. Est igitur duplex, unum demonstratiuũ, dialecticum alterum, quæ duobus modis differunt. Primò usu, & proponendi ratione. Nam demonstratiuum est, cùm certò sumitur altera pars contradictionis, affirmans scilicet, aut negans ad demonstrandũ aliquid: ut quæ eidem sunt æqualia, inter se sunt æqualia. Demonstrator enim quia secum ipse unam ueritatem exquirit, non rogat quemquam, nec expectat sententiam cuiusquam, aut consensum: sed sumit statim quod uerũ, & necessarium sit, & ad concludendũ theorema propositum accommodatum. At uerò Dialecticum pronuntiatum est, quod reipsa tantum rogat unam partem contradictionis, potestate utranq; ; ut est ne uirtus scientia? Cùm enim ars Dialectica posita sit in disputatione cum alio, qui rogat dat optionem respondenti; ut admittat utramuis partem uoluerit, ut ex utrauis concessa ratiocinetur. 6 Tamen si utrunque spectetur quâ est pars Ratiocinationis, & in ea sumitur ad concludendum aliquid, nihil differũt. Tam enim Demonstrator, quàm Dialecticus ratiocinatur, sumpto aliquo pronũciato affirmante, aut negante tanquam uero, & concesso. Non enim ratiocinatur Dialecticus ex interrogatione, dum interrogatio est sed ubi concessa est à respondente. Vnde Pronuntiatum quod ad ratiocinandum sumitur, simpliciter nihil aliud est, quum affirmatio, aut negatio alicuius attributi de subiecto, quẽadmodum antea explicatum est, ita ut aut sit uniuersum, aut particulare, aut indefinitum. 7 Differunt secundò Pronuntiatum demonstratiuum, & dialecticum materia, in qua uersantur. Nam demõstratiuum est uerum & necessarium; adeo ut aut

8.Topic. cap.1.

positas sumptum: Dialecticum verò, ei, qui rogat, interrogatio cõtradictionis: ei autẽ, qui ratiocinatur, sumptio eius, quod apparet, & probabile est, quemadmodũ in Topicis dictũ est. 8 Quid igitur sit Pronuntiatũ, quidq; differãt inter se quod ad ratiocinandum est accõmodatum, atq; demonstratiuũ, & dialecticum, subtilius in ijs, quæ sequũtur explicabitur. Ad rem autem præsentem, satis sunto quæ nunc definiuimus. 9 Terminum autem voco, inquẽ dissoluitur Pronuntiatum: cuiusmodi est attributum, & id, de quo dicitur attributum, siue adhibeatur verbũ esse, aut non esse: siue tollatur. 10 Ratiocinatio verò est oratio, inqua positis quibusdam, aliud quippiam ab ijs, quæ posita sunt ex necessitate consequitur, hoc

ut aut sit primũ principiũ, aut per prima principia, & hypotheses primas initiò propositas confirmatum. Vt si recta linea in rectam cadat, efficit duos angulos rectos, aut pares duobus rectis. Dialecticum autem Pronuntiatum cùm rogatur à Dialectico, est interrogatio contradictionis, quemadmodum antea explicatum est: cùm uerò sumitur ad conficiendam ratiocinationem, est sumptio quædã probabilis, & quæ apparet uera, aut omnibus, aut plurimis, aut sapientibus, & ex his, aut omnibus, aut plurimis, aut maximè probatis, ut primo Topico explicatũ est. 8 Atq; alia plura adferri poterãt hoc loco de natura Pronũtiatorum, & eorum generibus: uerum de his, in ijs libris, qui sequuntur accuratius multò disputabitur. De Pronuntiato quidem demonstratiuo, in libris de Demonstratione; de Dialectico, in Topicis. Ad id autem, quod nunc opus est nobis, satis sunt hæc quæ tradidimus. * His ergo iam prætermißis reliqua persequamur, ac primum quid sit Terminus. Quamuis enim prior sit naturâ Pronuntiato, cùm sit eius pars: tamen quia per Pronuntiatum definitur, posterius est explicandus. Et quia nos primi hæc scribimus, aut certè multò copiosius, & accuratius quàm alij, aut noua sunt nobis rerum nouarum facienda nomina, aut ex alijs transferenda. 9 Terminum igitur appello hoc loco, eam partem, in quam dissoluitur Pronuntiatum, hoc est attributum, & subiectum, de quo dicitur attributũ. Idq; tùm in eo Pronuntiato, in quo expreßè continetur uerbum esse, aut non esse, quod dicitur tertij adiacẽtis, ut homo est animal: termini sunt homo, & animal. Nam uerbũ est, nõ est terminus, nec pars pronũtiati: sed uinculũ attributi, & subiecti: tum etiã in eo, ubi non interponitur uerbum esse aut non esse: sed in attributo potestate continetur incluſum, quod dicitur secundi adiacentis: ut homo ambulat. Vbi termini sunt homo, & ambulat. 10 Definitur autẽ Ratiocinatio oratio, atq; omnino ratio quædã, in qua sumptis duobus Pronũtiatis accõmodatis, ex ipsis necessariò colligitur certa quædã cõclusio ab utroq; pronũtiato diuersa, eaq; propter

1.Topi.c.8.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ipso quòd hæc sunt. 11 Dico autem hoc ipso quòd hæc sunt, quòd propter hæc ipsa consequatur: Propter hæc ipsa consequitur, quia non eget termino aliquo extrinsecùs assumpto, vt efficiatur necessaria ratiocinatio. 12 Perfectam voco Ratiocinationem, quæ præter ea, quę sumpta sunt, nulla re alia indiget, vt appareat necessaria. 13 Imperfectam verò, quæ indiget, aut vna re, aut multis: quæ quidem necessarię sunt ex subiectis terminis: non tamen sumptæ fuere per pronuntiata. 14 Esse verò alterum in altero toto, & alterum de toto altero dici: vnum & idem est. Apello verò de tota seu omni re dici, cũ nulla pars subiecti sumi potest, de qua alterũ nõ dicatur.

sola pronũtiata, quæ sumpta sunt. Vt omnis uirtus est habitus: omnis iustitia est uirtus: igitur omnis iustitia est habitus. Primò, ut minimũ sumi debẽt duo pronũtiata diuersa: quia ex uno solo pronuntiato non fit ratiocinatio. Deinde ex certa pronuntiatorum collocatione, certum genus conclusionis sequi debet, ita ut sit ipsa diuersa ab utroq; pronuntiato. Est enim inepta ea ratio, ubi idem ex eodem colligitur. Nec tamen est opus conclusionem orationem esse necessariam, sed necessariò sequi ex pronuntiatis. 11 Intelligo uerò sequi conclusionem propter sola pronunciata, quæ sumpta sunt: nõ esse necessariũ extrinsecus assumere terminũ aliquẽ, aut pronuntiatũ, ut necessariò colligatur cõclusio: sed ex solis colligi pronũtiatis. In hac enim ratione; quod perse & sua sponte mouetur, semper mouetur: anima perse & sua spõte mouetur: igitur anima est immortalis: non sequitur cõclusio ex his solis pronũtiatis. sed illud est præterea extrinsecus intelligendũ, quod semper mouetur est immortale. 12 Duplex tamẽ est, ratiocinatio, una perfecta, altera imperfecta. Perfecta est quæ præter ea pronũtiata, quæ in ea sumpta sunt, nullã rem aliã postulat, ut necessariò cõcludere uideatur: sed perse, atq; per prima principia omnibus statim apparet necessaria, qualis est omnis ratiocinatio primæ figuræ directè cõcludẽs. 13 Imperfecta est, quæ tametsi perse necessaria sit, & cõcludat; nõ perinde tũ apparet necessaria, sed indiget, aut una reciprocatione, aut multis, quò perficiatur. Quæ reciprocationes, necessariæ quidẽ sunt ex subiectis terminis. In ipsis enim ui latent, atq; ex ipsis necessariò cõsequũtur: nõ tamẽ fuerũt expressæ in pronũtiatis, neq; ex ipsis re uera collectæ. Indiget etiã interdũ trãsmutatione pronũtiatorũ, aut ratione ducẽte ad incõmodũ, quales sunt omnes Ratiocinationes secundæ, & tertiæ figuræ, & primæ indirectè concludẽtes, quæ perficiuntur, reuocatæ ad primam figuram, ut inferius suo loco docebimus. 14 Ex ijs, quæ initiò proposuimus explicanda, postrema sunt duo principia, quasi axiomata ad demonstrandam perfectam Ratiocinationem. Prius tamen intelligendum est, eandem rem esse, subiectum aliquod, sub aliquo to to attri-

15 Atque de nulla re dici, eodem modo.

to attributo contineri: atque attributum dici de toto subiecto. Tantũ enim differunt ratione & comparatione, nam in primo, uidemur à subiecto progredi ad attributum: in secundo, ab attributo ad subiectum. Est ergo primum principium dici de omni re, quod quidem constat, cùm nulla pars sumitur sub ipso subiecto, de qua non dicatur attributum, quo principio continetur Pronuntiatũ uniuersum affirmans; ut omne animal sentit: nihil enim sumitur sub animali, aut homo, aut leo, aut aliud quippiam, de quo non dicatur sentire. Tamq; intelligitur hoc principium in pronuntiatis falsis, quàm ueris. Atque hoc principio probatur Ratiocinatio affirmans, ut suo loco demonstrabimus. 15 Secundum principium est, de nulla re dici, quod similem habet explicationem, cum nulla pars accipitur sub ipso subiecto, de qua non negetur attributum. Quo principio continetur pronuntiatũ uniuersum negans, ut nullũ animal est lapis, nihil enim sumitur sub animali, de quo nõ negetur lapis: ualetq; ad probandam Ratiocinationem negantem.

Scholia in cap. 1.

INSTITVTVM nostrum in his Scholijs studiosè lector, hoc est. Primùm reddere rationem nostræ versionis, si vsquam ab alijs discrepare videtur, aut aliquot restituimus vocabula, quæ à recentioribus interpretibus, quasi parum Latina, aut parum aptà repudiatæ fuerunt. Deinde nonnulla obscura, & difficilia loca, quæ præter eam explicationem, quæ adfertur in Paraphrasi, maiorem adhuc desiderant lucem, appertius explanare. Tũ quia sunt etiã quædã loca, quæ variè ab Interpretibus accipiuntur, cum in Paraphrasi vnam tãtum interpretationem, quæ potior videtur, selegerimus, reliquas breuiter indicabimus, reddita etiam causa, cur vnam illam prætulerimus alijs. Ad hæc vbi variæ reperiũtur codicum lectiones, huius varietatis admonebimus. Sũt præterea in hoc opere, quemadmodum in alijs, aliquot verba ambigua, quæ diuersas habent apud ipsum Aristotelem significationes: has suis in locis recẽsebimus, docebimusq; in quæ significatione sit eo loco accipiendum verbum illud. Demum quæcunq; ad hanc disputationem illustrandam pertinere videbuntur, breuiter exponemus. Numerus in principio cuiusque Scholij, declarat Scholium illud pertinere ad eam partẽ cõtextus, quæ eodẽ numero designatur,

Universidad de Deusto
Biblioteca

gnatur, vbi primùm ponuntur ea verba contextus, quæ scholio sunt explicanda.

1 Versari scilicet in Demõstratione, atq; haberi de scientia demõstratiua, &c.) Quam Aristoteles vocat ἐπιστήμην ἀποδεικτικήν, interpretor cum veteribus scientiam demonstratiuam. Non sunt enim omnia huiusmodi verba in ιυς desinentia, barbara, nec repudianda, vt putat Perionius: cùm eis non semel vtatur Cicero. In libris enim de Inuentione, explicans tria illa genera causarum peruulgata apud Oratores: vnam causam appellat demonstratiuam, alteram deliberatiuam, tertiã iudicialem; explicans etiam diuersas causarum constitutiones, aliam vocat definitiuam, vbi nominis controuersia est; aliã translatiuam. Ac ne quis mihi obijciat libros illos de Inuẽtione adolescenti excedisse Ciceroni, factum autem maturioris ætatis, cùm elegantius loqueretur, eum non fuisse vsum illis vocabulis, in Topicis quoq; ad Trebatium, quæstionem appellat definitiuam, quam in libris de Inuentione dixerat constitutionem definitiuam. Plautus quoque Aelij Stolonis sententia elegantißimus autor linguæ Latinæ, in Mænechmis milites sub aliqua legione cõstitutos, vocat ascriptiuos ad legionem. In Amphitryone sic loquitur Mercurius. Aedepol ni illa furtiuis rebus te sciat operã dare. Quas res furtiuas Catullus vocat furtiuos amores. Nomina enim Græca in κός desinentia nonnunquam nominibus Latinis huius formæ explicantur. Nam quæ Aristoteles. 1. libro Rhetoricæ tradidit tria genera orationum rhetoricarum, ἐπιδεικτικόν, συμβουλευτικόν, δικανικόν, Cice. 1. lib. de Inuentione, verbum de verbo interpretatur tria genera causarum, demonstratiuum, deliberatiuum, iudiciale. Quòd si quis dicat posse hæc alijs verbis elegantioribus melius dici, nil moror: non tamen propterea reijcienda hæc sunt à disciplinis, vbi non est postulanda ea orationis elegantia, quam Oratores in causis dicendis magno studio adhibere solent. Satis constat superioribus testimonijs non esse barbara huiusmodi vocabula. Atque hæc satis de nomine, nunc de re aliquid dicamus. Per scientiam demonstratiuam intelligit Alexander Aphrodiseus artem demõstrandi, quam Aristoteles tradit in duobus libris posterioribus Analyticis, cuius artis subiecta materia est Demõstratio. Quam interpretationem se-

nem secuti videtur omnes posteriores interpretes, tam Græci, quàm Latini; quam etiam secuti sunt Perionius, & Firminus in suis versionibus. Ego verò veritatis studio, non dubitaui à tot, tantisque viris dissentire: quando meæ sententiæ ipsum Arist. patronum possum adferre. Non enim aliter auderem. Intelligo igitur per scientiam demonstratiuam, non demonstrandi artem, quæ Logica est: sed omnem scientiam, quæ demonstratione paratur, hoc est, necessariam cognitionem conclusionis, genitam demonstratione ex cognitione principiorũ. De hac enim vnà cum Demõstratione disputatur ab Aristotele in posterioribus Analyticis. Primùm id constat, quoniam quæ in his primis verbis proponit disputare, breui epilogo cõcludit in extrema parte decimiseptimi capitis. 2. lib. de Demõstratione, his verbis περὶ μὲν ὅτι συλλογισμὸς καὶ ἀποδείξεως τίς ἑκάτερος ἐστι, καὶ πῶς γίνεται φανερόν, ἀμαθὲς καὶ περὶ ἐπιστήμης ἁπλῶς ἀποδεικτικῆς, ταυτόν γὰρ ἐστι, id est, de Ratiocinatione igitur, & Demonstratione, quid vtraq; sit, & quomodo fiat, manifestum est. Simul etiam de scientia demonstratiua, idem enim est. Vbi per scientiam demonstratiuam non intelligit artem demonstrandi, sed quæ demonstratione comparatur: quam non dicit eandem esse cum demonstratione: sed idem esse docuisse quid sit demõstratio, & quo modo fiat: ac quid sit scientia demonstratiua, & quo pacto comparetur, vt rectè interpretatur Diuus Thomas. Ex quibus enim constat demonstratio, eisdem generatur in nobis scientia demonstratiua. Quod manifestè apparet ex. 2. cap. primi libri, vbi postquam docuit scire esse, cùm causam cur res est, cognoscere existimamus, atq; illius rei esse causam, nec posse aliter se habere: rursus demonstrationem esse ratiocinationem efficientem scientiam, ex his colligit, ex quibus fiat, & constet scientia demonstratiua, his verbis, ἃ τοίνυν ἐστὶ πίστασθαι οἷον εἴθεμεν, ἀνάγκη καὶ τὴν ἀποδεικτικὴν ἐπιστήμην ἐξ ἀληθῶν τ' εἶναι καὶ πρώτων, καὶ ἀμέσων, καὶ γνωριμωτέρων, καὶ προτέρων, καὶ αἰτίων τοῦ συμπεράσματος, id est. Si igitur, scire est id, quod posuimus, necesse est etiam scientiam demonstratiuam ex veris esse, & primis, & medio carentibus, notioribus, & prioribus, & causis conclusionis. Quæ oratio vulgò accipitur vt definitio Demõstrationis: nec malè. Nam vt diximus, eisdem rebus

Universidad de Deusto
Biblioteca

constat demonstratio, & comparatur scientia demonstratiua. Hoc est igitur, quod cõcludit. 17. cap. 2. libri, idem esse dixisse quòd pacto fiat demonstratio, & scientia demonstratiua. Vnde apparet non posse intelligi demonstrandi artem. Præterea capite. 18. primi libri, scribit rationibus analyticis probari, neque sursum, neque deorsum versus esse posse attributa infinita in scientijs demonstratiuis. Vbi non potest artem demonstrandi intelligere, quæ vna est, atque mox subiungit περὶ ὧν ἡ σκέψις ἐστί, id est, de quibus est hæc disputatio, vbi repetit institutum eius disputationis, quod proponitur in hoc loco. Deniq; si hîc proponit institutũ illius disputationis de Demõstratione, ita est accipienda hoc loco scientia demõstratiua, vt accipitur in illis libris. At nusquam in tota illa disputatione reperitur scientia demonstratiua pro arte demonstrandi, sed pro scientia, quæ efficitur demonstratione. Vt videre est præter loca citata, in. 3. capite eiusdẽ primi libri, & cap. 4. 6. 8. & alijs in locis. Quod autem adfert Alexãder præpositionem Græcã περὶ cum accusandi casu, significare materiam subiectam, cum casu gignendi, habitum tractãtem illã materiam, ac proinde dixisse Aristotelem περί τι, καὶ τινός, significantem materiam & artem, si intelligat præpositionẽ hanc cum gignendi casu nunquam significare materiam, sed artem, falsum est, ac multis locis ex Aris. & alijs autoribus refelli potest. Nam omnes ferè lib. Aristotelis inscribuntur ex materia subiecta, vbi præpositio περὶ, casui gignendi iũgitur vt περὶ ἑρμηνείας, περὶ συλλογισμοῦ, περὶ ἀποδείξεως, περὶ ἀρχῶν, περὶ κινήσεως. Et aliæ innumerabiles inscriptiones. Existimo igitur cum vtroque casu idem significare.

2 Pronuntiatum igitur est, &c.) Quæ ab Aristotele πρότασις dicitur Græcè, à multis Latinè vocatur propositio, & rectè. Tamen quia in hac disputatione explicanda, vtendum est nobis hoc nomine ad significandum primum pronunciatum Syllogismi, cum alterum appelletur assumptio, ne vlla subesset in oratione confusio, προτάσιν dixi pronuntiatum cum Cicerone, qui in prima quæstione Tusculana hoc nomine vocat omnem enuntiationem. Nam quamuis hoc verbo interpretur Græcum illud ἀξίωμα nihil refert: idem enim est eo loco ἀξίωμα, quod hîc πρό-

τασις, de quo verbo inferiùs suo loco dicemus. Scribit Magentinus in Cõmetarijs huius loci, in quibusdã codicibus reperiri in hac definitione pronũtiati hæc verba, καὶ τινός ἀπό τινός, id est, alicuius ab aliquo: vt pertineant hæc ad negationem. Quæ verba ex loco paulò inferiori translata videntur, vbi definit Aris. pronuntiatũ Syllogisticũ affirmationem, aut negationem, alicuius de aliquo, aut alicuius ab aliquo. Non tamen sunt hoc loco hæc verba necessaria, cum expressè admoneat Alexander, illud τινός κατά τινός, alicuius de aliquo, pertinere simul ad affirmationem, & negationem. Nam in vtraque dicitur attributum de subiecto, in vna affirmatè, in altera negatè. Quæritur hoc loco cur definiatur pronuntiatum per affirmationem, & negationem, cum in libro de Interpretatione definiatur per verum, & falsum. Causa videtur esse, quòd ibi agitur de enuntiatione, vt declarat animi conceptum. Nam propterea dicitur ἀπόφανσις à verbo ἀποφαίνεσθαι, quod propriè declarare significat, quasi dicatur declaratio: hîc autem agitur de pronuntiato, vt pars est Syllogismi, ad cuius formam nil refert sit ne verum, an falsum; maximè tamen interest, sit ne affirmans, an negans.

3 Aut vniuersa est, aut in parte) quam Aristoteles vocat πρότασιν ἐν μέρει, appello tum pronuntiatum in parte, tum particulare, Perionius speciale. Neutrum verbum Ciceronianum est, atque particulare non reperitur vsitatum apud bonos autores, nilhominus ferendum est, & vsu terendum in arte disserendi. Quoniam accommodatius videtur quàm speciale. Nam speciale propriè id dicitur, quod alicuius est proprium, in qua significatione vtitur hoc nomine Iulius Capitolinus cum ait, Macrinorum familiam id speciale semper habuisse, vt Alexandrum Magnum in auro, & argento exculptum semper haberet. Potest etiam dici speciale, quod ad speciem pertinet. Vnde si pronuntiatum particulare species esset pronuntiati vniuersi, posset speciale vocari. Melius igitur dicitur particulare, quo nomine libenter vtitur Laurentius Valla in sua Dialectica, à Græcis etiam interpretibus vocatur πρότασις μερικὴ, non autem ἰδικὴ,

Contra-

Universidad de Deusto
Biblioteca

4 *Contrariorum eandem esse scientiã) Scio quæ ab Aristotele Græcè dicuntur ἀντικείμενα, à Cicerone in Topicis ad Trebatium dici Latinè cõtraria: & quæ ab Arist. ἐναντία, à Cicerone aduersa. Nõ tamen visum est verba maximè recepta indisciplinis immutare, vt ἀντικείμενα dicantur opposita, & ἐναντία, contraria: quandoquidem ipse quoq; Cicero his nominibus ita distinctis vtitur. Vt. 1. de Inuentione definiens cõtradicẽtia, sic ait: disparatũ autẽ, est id, quod ab aliqua re, per oppositionem negationis separatur, hoc modo: Sapere & non sapere. Eodem loco sic definit τὸ ἐναντίον, contrarium est, quod positum in genere diuerso, ab eodem, cui contrarium esse dicitur, plurimum distat: vt frigus calori, vitæ mors. Alijs etiam in locis ipsa ἐναντία, multò sæpius dicuntur à Cicerone contraria, quàm aduersa: vt cùm dicit in libris de Officijs, voluptatem honestati esse contrariam. Sæpe vtitur Aristoteles exempli causa hoc pronuntiato, Cõtrariorum eadem est scientia, vt in hoc loco, & in Topicis frequenter, & in alijs libris. Quod pronuntiatum triplicem sensum habere potest apud ipsum Aristotelem. Primus est, cõtraria sub eandem scientiam, & artem cadere, atq, in eadem arte tractari: vt salubre, & insalubre, in Medicina: motũ, & quietem, in Philosophia naturali. Secundus est, contrariorum eãdem esse cognitionem, & rationem, hoc est, ex ratione vnius contrarij alterum intelligi ex accidẽte; vt si sanitas est sita in temperie, & symmetria quatuor humorũ, morbus erit positus in intẽperie eorumdem humorũ. Hoc docet Aristoteles. 9. lib. primæ Philosophiæ, cap. 10. vbi ait, propterea contrariorũ eandem esse scientiam, quia scientia ratio est, atq; contrariorum eadem est ratio. Vnde fit etiam vt facultas, quæ agit cum ratione, habeat vim efficiendi contraria. Qui duo sensus veri sunt in omnibus artibus. Tertiò potest significare eãdem artem tractare contrarias partes quæstionis: vt si proponatur ea quæstio, cuius hîc fit mentio, an voluptas sit bonum, probare eandem artem voluptatem esse bonum, & non esse bonum. In quo sensu tantùm est verum pronuntiatum in duabus artibus Dialectica, & Rhetorica, vt docet ipse Aristoteles. 1. libro Rhetoricæ, quoniam hæ solæ disputant quæstiones in partes contrarias. Sic enim habet Aristoteles, τῶν μὲν ἐν ἄλλων τέχνων οὐδεμία τὰ ἐναντία συλλογίζεται.*

ζεται: ἡ δὲ διαλεκτικὴ, καὶ ἡ ῥητορικὴ, μόναι τοῦτο ποιοῦσιν, ὁμοίως γὰρ ἀμφότεραι τῶν ἐναντίων, id est, nulla ex alijs artibus contrarias partes ratione concludit, sola verò Dialectica, & Rhetorica id præstant. Sunt enim pariter ambæ contrariorum. Ac propterea (vt tradit Alexander in præfatione Commentariorum in Topica Aristotelis) dicuntur hæ duæ artes δυνάμεις, id est, facultates, quia solæ in contraria possunt. Causa est, quoniam disputant quæstiones communibus, & probabilibus argumentis. Aliæ verò proprijs, & necessarijs. Potest autem quæstio habere rationes probabiles in vtramque partem: proprias verò, & necessarias non nisi in eam, quæ vera est. Tamẽ. 9. lib. 1. Philosophiæ loco superiùs citato, omnes artes, & scientias effectionis, dicit esse facultates, quia sunt principia mutandi, in alio, vt aliud est.

7 *Atque per hypotheses initiò propositas, &c) τὰς ἐξ ἀρχῆς ὑποθέσεις, interpretatur Philoponus aut communes notiones, aut pronuntiata sumpta ex proprijs principijs cuiusque scientiæ. Sint huiusmodi hypotheses, tamen illud ἐξ ἀρχῆς, nil aliud significat, quàm initiò propositũ esse. Iam enim admonui in Paraphrasi solere Mathematicos proponere initiò principia, & firmamenta futurarum demonstrationum. Eadem loquendi forma vtitur infra cap. 4. cùm ait omnes Syllogismos primæ figuræ perfectos esse, quia perficiuntur per illa duo principia initiò sumpta, de omni, & nulla re dici. Sic enim ait πάντες γὰρ ἐπιτελοῦνται διὰ τῶν ἐξ ἀρχῆς λεφθέντων, & multò apertiùs inferiùs, cap. 23. vbi docens in Syllogismo ducente ad incommodum, quæstionem initiò propositam demõstrari ex hypothesi, sic habet, πάντες γὰρ οἱ διὰ τοῦ ἀδυνάτου περαίνοντες, τὸ μὲν ψεῦδος συλλογίζονται, τοῦτο δὲ ἐξ ἀρχῆς, ἐξ ὑποθέσεως δεικνύασιν, & .8. Topico, cap. 1. vbi docet Philosophum si modò sumat quæ vera sunt, & per se nota ad demonstrandũ aliquid, nõ curare concedat ne ea respondens necne. Causam subiungit διὰ τὸ συνεγγὺς εἶναι τῶν ἐξ ἀρχῆς, id est, quia cognata sunt, & finitima ei, quod à principio. Vbi Alexander per id, quod à principio intelligit propositã initiò quæstionem ad disputandum, cui pronuntiata, quæ ad eam probandam sumuntur, proxima esse debent, id est, propria & accommodata. Dicit ergo hoc loco pronuntiatum demonstratiuum esse, quod verũ est,*

Universidad de Deusto
Biblioteca

atque per illas hypotheses, quæ initiò proponuntur confirmatum.

7 Dialecticum verò &c.) debere Dialecticum priùs interrogare, deinde ex concessis à respondente ratiocinari, & aliquid concludere, & Aristoteles docet in Topicis, & exempla suppetunt permulta in Dialogis Platonis, vbi hoc modo disputat Socrates.

9 Terminum autem voco &c.) ὅρον, quem veteres interpretes propriè terminum dixerunt, Firminus extremum interpretatur: quasi terminus verbum sit aut minus Latinum, aut minus aptum ad rem explicandam. Mihi visum est cum veteribus interpretibus ὅρον, interpretari terminum. Nam primùm terminum pro limite, quo agri inter se distinguntur, & pro fine cuiusq; rei verbum esse Latinum, tot suppetunt exempla bonorum autorum, Plauti, Ciceronis, Varronis, Festi, & aliorum, vt non sit opus ea nunc in medium adferre. Esse autem hoc loco magis accommodatum verbum, quàm extremum, ex eo constat, quòd si ὅρον extremum appellamus, nullum supereſt proprium verbum, quo interpretemur illud Græcum ἄκρον, quo sæpissimè vtitur hîc Aristoteles in explicandis Syllogismorum formis: nec idem sunt in hac disputatione ὅρος, & ἄκρον. Quoniam ex tribus partibus simplicibus, quibus constat Syllogismus, duas tantum appellat ἄκρα, eas scilicet ex quibus conflatur conclusio, quas distinguēs alteram vocat μεῖζον ἄκρον, alteram ἔλαττον ἄκρον, id est, maius extremum, & minus extremum. Omnes autem tres partes vocat ὅρους, id est, terminos. Itaque medium, terminus dicitur, non ἄκρον extremum. Immò verò repugnantia sunt medium, & extremum. Videtur enim Aristoteles, medium, & extrema, ita comparare inter se, ac si animo concipiamus dimetientem circuli, cuius duo capita, quæ contingunt circunferentiam, sint extrema: centrum autem medium: si quidem eius naturam spectemus, quoniam eius interuentu iunguntur extrema: si autem situm, in sola prima figura hanc habet collocationem: in alijs etsi naturà medium sit, positione tamen extra ipsa extrema est collocatum. Cum igitur hæc ita distinguantur ab Aristotele, diuersis quoque verbis Latinis sunt explicanda. Nam si vtrumque verbum interpretarer extremum vt Firminus fecit, rem per se distinctam, & appertam, implicatam & obscu-

& obscuram redderem. Perionius ὅρον interpretatur verbum, quod minus rectè feciſſe videtur. Sed quò facilius vim huius nominis intelligamus, doceamus priùs cur partes Syllogismi, & pronuntiati termini vocentur ab Aristotele. Alexander sentit propterea terminos appellari, quòd ipsum pronuntiatum terminent, & concludant. Seuerinus Boethus in libro de Enuntiatione, quòd in ipsos postremò resoluatur pronuntiatum: quæ causa ex ipsa definitione termini sumpta videtur. Philoponus duas adfert causas, vnam hoc loco, vbi ait terminos dictos esse, quòd in ipsos fiat vltima Syllogismi resolutio, ac tandem in eis sistat: de qua resolutione disputat Aristoteles in tertia sectione huius primi libri, quæ causa probabilis quidem est. Nam simili ratione ipse Aristoteles sexto Ethicorum ad Nicomachum, cap. 11. prima principia demonstrationum appellat πρώτους ὅρους, id est, primos terminos, atque res singulares ἐσχάτους ὅρους, id est, vltimos terminos. Vbi principia vocat terminos, vt ait Eustratius, quia in ipsa principia fit postrema demonstrationum resolutio: sed primos eos appellat, quia natura priora sunt ipsa principia. Aut etiam termini dicuntur, quòd ab ipsis primò incipiat demonstrationum compositio. Nam in simili compositione vsus videtur Plautus hoc nomine, in Pseudolo, vbi sic loquitur Pseudolus, neque exordiri primum vnde occipias habeas, neque ad detexūdam telam certos terminos. Res autem singulares vocat etiam terminos eodem loco Aristoteles, quia si ab vniuersis ordiamur, sistimus tandem in singularibus: tamen sunt vltimi termini, quia natura sunt posteriores. Alteram causam adfert Philoponus inferiùs, vbi explicat primam figuram. Ait enim Aristotelem in hac disputatione fuisse φιλογεωμέτρην, ac proinde verba Geometrica huc transtuliſſe. Quemadmodum igitur à Geometris puncta, quæ sunt prima extrema, & omnium simpliciſsima, termini nominantur: lineæ verò, quæ sunt primæ distantiæ, & dimensiones à punctis ortæ, dicuntur interualla, seu distantiæ: quæ autem constant ex lineis, figuræ: sic Aristoteles simplices Syllogismi partes, quæ pronuntiata claudunt & terminat, appellat terminos: ipsa pronuntiata, quæ instar linearū inter duos

Universidad de Deusto
Biblioteca

ter duos terminos cõtinentur, vocat διαστήματα, id est, interualla: nam hoc nomine appellat ipsa pronuntiata infra, cap. 4. & .14.17.26. & libro.2.cap.2. Certas autem cõiugationes pronũtiatorum appellat figuras. Hæc Philoponus. Tamen apud Euclidem, lib. 1. elementorum definitur ὅρος, ὁ τινός ἐστι πέρας, id est, terminus est, qui alicuius rei est extremũ, quo nomine intelligitur quidquid aliquid claudit, nam statim eodem loco definitur figura, σχῆμά ἐστι τὸ ὑπό τινος ἤ τινων ὅρων περιεχόμενον, id est, figura est, quæ ab aliquo termino, aut quibusdam terminis continetur, quem locum explicans Proclus secundo lib. suorum Commentariorum, docet non esse omnino idem ὅρον, καὶ πέρας, nec pertinere terminum ad omnem magnitudinem, sed ad locum in superficie contentum, aut ad id, quod solidum est, ait enim vocare Euclidẽ ὅρον τὴν περιοχὴν, τὴν ἀφορίζουσαν ἑκάστου χωρίου, id est, ambitum definientem vnũ quemque locũ, atq; subiungit proprium esse hoc nomẽ veteris Geometriæ, qua veteres loca & regiones metiebantur, ac terminos proprios seruabant, ne confunderentur, atque inde traductum fuisse nomen termini ad disciplinã Mathematicam. Vnde in cõiecturã adducor simili ratione traxisse hoc nomen Aristotelem à Mathematicis, atq, ipsi idem acceperunt ab agris. Nam in agris non tantùm ὅροι, dicũtur limites & semitæ, quæ agrum ambiunt, & continent: sed etiam notæ vel signa certis in locis constituta, quæ terminos & agrum designant; vt sunt lapides aut cippi, vel aliquæ erectæ columnæ, vt constat ex Iulio Polluce, qui lib. 9. de vocabulis rerum scribit columnam terminalem in agris defixã terminum appellari. Idem scribit Varennus Phaborinus in Græcis Commentarijs: qui in dictione ἄσικτον scribit etiam solitos fuisse Athenienses in agris creditoribus obnoxijs, defigere columnam, quam vocabant ὅρον. Apud Latinos quoq; huiusmodi notæ vel signa termini appellabantur, vt constat ex lib. Hygeni Augusti liberti de limitibus constituendis, vbi adfert varias formas horum terminorum, quos Romani in agris defigebãt. Simili quoque ratione Mathematici non tantũ appellant terminos, lineas claudentes figuras, sed etiam omnes notas, quibus designant aliquid, aut figuram, aut demõstrationem, aut proportionem, aut aliud quidpiam, pro quibus notis, elementis vtuntur. Quod apparet ex Ari-

ex Aristotele. 5. Ethicorum ad Nichomacum. 3. cap. vbi docens iustitiã distributionis sitam esse in proportione Geometrica, explicat eam proportionem his verbis ἔστω ἄρα ὡς ὁ Α ὅρος πρός τὸν Β, ἕτως ὁ Γ πρὸς τὸν Δ: ἐναλλὰξ ἄρα ὡς ὁ Α πρὸς τὸν Γ, ἕτως ὁ Β πρὸς τὸν Δ, id est, erit igitur, vt terminus, a, ad terminum, b, sic terminus, c, ad terminum, d: vnde & commutatim, vt terminus, a, ad terminum, c, sic terminus, b, ad terminum, d, Eadem ergo ratione videtur hîc Aristoteles partes Syllogismi vocare terminos, nõ tam quia simplices sunt, aut extrema pronũtiatorum: quàm quia certo modo dispositi hi termini, certam designant Syllogismi formam. Præterea in hoc eodem lib. cap. vltimo explicans quædam Theoremata, sumit quatuor verba huiusmodi, vt animal, nõ animal, homo, nõ homo, disposita in figuram quadratam, docetque in his mutuam consecutionem: huiusmodi autem dispositionem appellat τάξιν ὅρων, id est, ordinem terminorum, quos terminos significat etiam elemẽtis. Non possunt autem hæ quatuor notæ termini vocari, quia partes sint Syllogismi, aut pronũtiatorum: sed quia talem ordinem, & collocationem designãt; simili quoque ratione definitionem appellat ὅρον in Topicis, & alijs in locis, sumpta etiam metaphora, vt ait Alexãder, à terminis agrorum, quia rem definitam continet intra suam naturam, & ab alijs separat. Rursus quemadmodum Geometræ spatia, quæ sumũtur inter huiusmodi notas vocãt interualla, vt videre est in prima propositione Euclidis apud Theonẽ, & quæ his notis, & interuallis designãtur, & cõtinentur vocãt figuras; sic Aristoteles pronũtiata, quæ duobus terminis cõtinentur, appellat interualla, & compositionem seu formam, quæ tam terminis, quàm interuallis designatur vocat figurã. Quemadmodũ etiam πτώσις, id est, casus dicitur apud Geometras, vt ait Proclus. 3. lib. suorum Commẽtariorum in primũ Euclidis, varius modus cõstruendi demõstrationem: sic Aristoteles varios modos cõficiendi ratiocinationem in quaque figura, casus appellat, vt inferiùs in hoc lib. cap. 27. Siue igitur hæc sit causa appellationis, siue illæ, quas superius exposuimus, si ὅρον interpretemur verbum, vt Perionius, perit omnis hæc ratio, & artificiũ Arist. nulla enim supereſt causa, cur pronũtiata dicantur interualla, & Syllogismorũ cõiugationes appellentur figuræ. At inquit

Universidad de Deusto
Biblioteca

Perionius barbarum & absurdum esse rerũ vocabula nominare terminos, quod ego libenter fateor; non tamen propterea eius probo sententiam: nõ enim idcirco termini dicuntur, quia verba sunt. Nec minus absurdum, & barbarum est vocabula rerum nominare ὅρους Græcè, quàm terminos Latinè: nihilominus Arist. ipsius Ciceronis iudicio, elegantissimus autor linguæ Græcæ, ea vocat terminos. Cur ita? propter causam explicatam. Vt igitur tandẽ finiam, partes simplices Syllogismi quà certam designant Syllogismi formam, aut si mauis in ipsas resoluitur Syllogismus, aptè appellãtur termini: Si autem eas spectes, vt verba sunt, quibus animi sensa declaramus barbarè, & absurdè termini vocantur. Hac obseruatione eripitur omnis occasio barbaris vsurpandi verbũ hoc vbi non oportet. Nã Aristoteles tantùm appellauit hoc nomine subiectũ, & attributum, idque tantùm hoc loco Geometras imitatus. Nã in lib. de Interpretatione, vbi ex professo disputat de enũtiatione, & eius partibus, nusquam reperitur hoc verbum. At ipsi omnes dictiones sine vllo discrimine, & omni loco terminos appellant, etiã notas illas, omne, nullum, aliquod, cum nominatim admoneat Boethus in lib. de Enũtiatione, huiusmodi notas, & dictiones non posse terminos vocari. Vnde peperere-
runt prolixam illam, & molestam disputationem terminorum; atque adeò produxerunt hos terminos, vt transactis proprijs finibus, aliena quoque regna occupauerint, Grammaticam, Rhetoricam, omne genus Philosophiæ, omnes enim regiones, & loca harum artium suis terminis designarunt.

9 Siue adhibeatur verbum esse, aut non esse, siue tollatur &c) Alexãder intelligit adhiberi verbum esse in affirmatione: tolli autem in negatione, quæ interpretatio, vt verum fatear, nimis dura videtur. Nam primum si id voluisset significare Aristoteles, tantùm dixisset esse: non autem esse, aut non esse. Deinde quamuis διάιρησις apud Arist. significet negationem, tamẽ ᾠοσίθεσθαι το εἶναι nõ significat affirmare, sed adiungere, & exprimere verbum esse in oratione: vt videre licet in lib. de Interpretatione, cap. 1. vbi docet nomina non significare verum, aut falsum, nisi adiungatur verbum esse, aut non esse; hæc enim sunt verba in fine capitis ἡ γὰρ ὀτρωγέλαφος σημαίνει τι, οὔπω δὲ ἀληθὲς τί, ἢ ψεῦδος,

ἢ ψεῦδος, ἂν μὴ τὸ εἶναι, ἢ τὸ μὴ εἶναι προσθῇ, id est, hirco ceruus enim significat quidem aliquid, non dum autem verum quidpiam, aut falsum, nisi apponatur verbum esse, aut non esse. Eodem modo vtitur hoc verbo eodem lib. cap. 4. Vnde ea explicatio huius loci verior, & facilior videtur, quam apposui in Paraphrasi; quamque adferunt interpretes; vt positum sit hoc loco διαιρούμενος pro ἀφαιρούμενος.

10 Ratiocinatio verò est oratio &c.) nõ ausus fui cõmunẽ omniũ interpretationẽ immutare, qua λόγος vertitur oratio. Nihilominus mihi maximè probatur sententia Frãcisci Buranæ viri doctissimi, qui censet hoc loco λόγον nõ orationem verti debere, sed rationẽ, aut argumentationẽ, quæ est proximũ genus Syllogismi: nam in hac significatione accipitur sæpe λόγος, ab Arist. vt in hoc lib. cap. 33. & 34. & alijs in locis sæpissimè. Sed præter eas rationes, quas adfert Burana, alia videtur esse maximi ponderis: scilicet nõ solũ hic definiri eam ratiocinationẽ, quæ voce cõtinetur: sed illam etiã, quæ in animo sita est: cùm illa sit hac prior, & multò potior, docet enim Arist. 6. Ethic. ad Nicomachũ prudentẽ virũ vti Syllogismo in cõsultando, qui Syllogismus nõ voce, sed animo cõficitur ab eo, qui cõsultat. Sumptũ enim est hoc nomẽ ab Arithmeticis, atq; ab ea parte artis, quæ ab ipsis Logistica dicitur, vbi συλλογίζεσθαι, est rationẽ subducere, & colligere summã, sic in dissolu
do est aliud ex alio ratione colligere, quod priùs fit animo, quàm verbis. Iam igitur Syllogismus ille, qui in animo situs est, aptè dicitur à Græcis λόγος, & à Latinis ratio, non tamen oratio, quæ sita est tantùm in voce. Vnde præstat rationem interpretari, quæ accommodatur vtrique Syllogismo, scilicet mentis, & vocis. Nec est quòd quispiam mihi respondeat, tantùm hîc definiri Syllogismum, qui est in voce, de quo disputat Logicus. Nam de vtroque profectò disputat Logicus, & huius artificis est docere quemadmodum animi notiones sint componendæ, quod ex eodem Aristotele confirmari potest. Is enim primo libro de Demonstratione, cap. 8. vbi docet axioma non tantùm esse pronuntiatum necessarium, sed etiam videri necessarium: quia posset aliquis respondere axioma verbis negari posse, subiungit non pertinere demonstrationem, neque Syllogismum, ad externum λόγον, sed ad internum, qui in animo est.

Vbi

Universidad de Deusto
Biblioteca

Vbi aperte significat in omni Syllogismo potissimũ esse habẽdam rationem eius, qui in animo nostro est. Philoponus etiam probare videtur hãc sentẽtiam, qui in præfatione Commẽtariorum in hos libros dicit Syllogismum esse cognitionem, quod non potest intelligi, nisi de eo, qui est in animo. Verumtamẽ est animaduertẽdum, cùm Syllogismus sumitur in animo, pronũtiatum, quod est eius pars, nõ dici pronuntiatũ, quòd voce pronũtietur, sed quòd proponatur, & cõstituatur, vel proponat aliquid esse, aut nõ esse; nam id propriè significat verbum Græcum προτασις: & cum definitur pronũtiatum ab Aristotele hoc in capite, λόγος, hoc verbo non solam orationem, sed rationem, quæ communis est notioni, & orationi intelligi debere.

10 *Positis quibusdã, &c.) Alexãder Afrodiseus, & omnes alij Græci interpretes accipiũt hoc loco posita pro cõcessis. Eodem modo Seuerinus Boethus, lib. 2. de Syllogismo Categorico, cap. 7. Sic enim tradit hãc definitionem: Syllogismus est oratio, in qua quibusdam positis, & cõcessis &c. vt hoc secũdum verbum prioris sit interpretatio. Aulus Gellius. 15. lib. suarum noctium Atticarum, cap. 26. explicãs hãc Syllogismi definitionem, vnum verbum Græcum τεθέντων, duobus Latinis interpretatur, cõsensis, & cõcessis. Sic enim cõuertit omnem hãc definitionem, Syllogismus est oratio, in qua cõsensis quibusdam, & cõcessis, aliud quid, quàm quæ cõcessa sunt, per ea, quæ concessa sunt, necessariò cõficitur. Vbi nõ tãtùm vult posita, esse cõcessa, sed etiam inter se consentanea. Atqui verisimile est eo tempore in Gymnasijs Athenienſibus, vbi ipse eruditus fuit, hãc fuisse receptam, & vulgarem huius definitionis interpretationem. Martianus etiam Capella, in lib. de Dialectica, posita intelligit quoq; concessa. Nam sic tradit hãc definitionẽ. Ratiocinatio est ex duobus, pluribusue concessis, ad id quod nõ cõceditur necessaria peruentio. Qui omnes adducebãtur in hãc interpretationẽ, eò quòd nemo posit quidquã Syllogismo cõcludere, nisi ea, quæ sumpta sunt cõcedantur. Cui interpretationi illud etiã fauere videtur quòd verbum τίθεσθαι, apud Aristotelem sæpe cõcedere significat, vt. 1. Topic. cap. 8. vbi docet nõ omnem propositionem, nec quæstionem Dialecticam esse: quia non eam, quæ nemini vera videtur: nec eam, quæ omnibus est*

bus est perspicua, causam reddit his verbis τάμεν γὰρ σκέψιν ἀπορίαν, τὰ δοκοῦντα ἀν δέειν, id est, quoniã hæc, quæ omnibus sunt perspicua, nõ habent dubitationem: illa verò nemo ponet. Libro quoq; 8. sæpe accipit hoc verbum ponere pro cõcedere. Ad id autem, quod quispiam obijcere posset, Syllogismum ex falsis necessarium esse, nec tamen concedi quæ in eo sumuntur, facilè possent ipsi respõdere: quàmuis illa re vera non cõcedantur, tamen si concederentur, necessariò efficeretur cõclusio. Quẽadmodum vulgo definitur argumentatio recta in scholis, cuius si antecedens sit verum, necesse est consequens verum esse. Quæ definitio non significat debere antecedens esse verum in omni recta argumentatione, sed si verum sit, consequens necessariò verum esse. Verùm hæc interpretatio multis veris doctis non probatur: quàmuis enim nemo concedat, quæ sumũtur in Syllogismo, si modo nacta fuerint rectam collocationem necessarium efficiunt Syllogismum; nam vis, & forma boni Syllogismi nõ est posita in concessione eorum, quæ sumuntur, sed in sola pronuntiatorũ dispositione, neque verbum ponere significat concedere in hac disputatione. Quanquam Alexander ita accipere videatur pronuntiata debere esse concessa, vt ne sint orationes deprecantes, nec interrogantes, nec vocantes, nec alia eiusdem generis: quasi propterea dicantur posita, & concessa, quòd aliquid certò statuant & declarent, quomodo vera esset hæc interpretatio. Adfert aliam idem Alexãder, quam Philoponus veriorem putat, scilicet dici pronũtiata posita, vt distinguatur hic Syllogismus à Syllogismo hypothetico, in quo pronuntiata non ponuntur, sed supponuntur: non solùm in eo Syllogismo hypothetico, qui cõstat ex pronuntiatis hypotheticis, de quo nil hîc disputat Aristoteles: sed etiã in his duobus, de quibus hîc agit, scilicet in ducente ad in cõmodum, & in eo, qui appellatur ex translatione, seu transsumptionè. In quibus, vt docet Aristoteles, in hoc. 1. lib. cap. 40. nõ colligitur proposita conclusio ex ijs, quæ ibi sumuntur propter ipsa, sed propter hypothesim, & conuentionem. Verumtamen neque hanc differentiam significat verbum ponere in hac diffinitione: cùm in Syllogismis hypotheticis ipsæ hypotheses dicantur poni ab Aristotele, vt apparet infra, cap. 5. in fine capitis, vbi docẽs omnes ratiocinationes. 2. figuræ imperfectas esse, quod omnes

Universidad de Deusto
Biblioteca

perficiantur sumptis alijs pronuntiatis, aut per reciprocationem, aut per incommodũ ex hypothesi, sic habet, πάντες γὰρ ἐπιτελοῦνται πρὸς λαμβανομένῳ τινῶ, ἃ ἢ ἐνυπάρχει τοῖς ὅροις ἐξ ἀνάγκης, ἢ τίθενται ὡς ὑποθέσεις, id est, omnes enim perficiuntur assumptis quibusdam, quæ aut necessariò insunt in terminis, aut ponũtur tãquam hypotheses. Quapropter verior, & simplicior interpretatio videtur esse, vt dictũ sit τεθέντων pro ληφθέντων, vt idẽ sit hoc loco τίθεσθαι, quod λαμβάνεσθαι, id est, poni, quod sumi, atq; sumi in Syllogismo idẽ sit, quod εἶναι, id est, ibi esse & existere. Sæpe namque vtitur Arist. in hac disputatione his duobus verbis poni, & sumi in eadẽ significatione. Ex multis locis sat erit aliquot in mediũ adferre. Primò in loco paulò antea citato, dixit hypotheses poni pro sumi. Deinde infra cap. 14. explicãs mistionẽ quandã ex vno pronũtiato cõtingente, & altero, quod tantũ inesse declarat, sic habet ἐάντε ἀποφατικὴν ἐάντε καταφατικὴν τεθῶσιν ἀμφότεραι, id est siue affirmãtia, siue negãtia ponãtur ambo. Tum inferius cap. 37. docẽs quemadmodũ sit cõnectendus Syllogismus, quo velimus cõcludere non esse idem occasionem, & tempus oportunũ, sic habet ὅρους μὲν γὰρ θετέον καιρόν, καὶ χρόνον λέοντα, καὶ θεόν, id est, terminos ponere oportet occasionem, tempus oportunum, & Deum. Quod in his locis dicit ponere pronuntiata, aut ponere terminos: in alijs multis dicit sumere pronũtiata, aut terminos, vt in hoc. 1. lib. cap. 9. ὅτως γὰρ εἰλημμένων τῶν προτάσεων, id est, sic enim sumptis pronũtiatis, & infra, cap. 23. in eadẽ sentẽtia explicãda vtitur vtroq; verbo, καὶ ἀμὴ ἀμφω εἰλημμέναι ἦσαν, ἀυτὸν τιθέντα τὴν ἑτέραν, id est, si ambo pronũtiata sumpta nõ fuerint in Syllogismo, oportet eũ, qui resoluit alterũ ponere. Præterea in hac ipsa definitione repetit partẽ illã τεθέντων alio verbo ἕτερον τι τῶν κειμένων, aliud quidpiam ab his, quæ in ea sita sunt. Iam idem esse poni, quod ibi esse, & existere, inde constat, quod primo Rhetoricæ his verbis tradit Syllogismi definitionẽ τόδε τινῶν ὄντων ἕτερον τι διὰ ταῦτα συμβαίνει, παρὰ ταῦτα, τῷ ταῦτα εἶναι, ἢ καθόλου, ἢ ὡς ἐπὶ τὸ πολύ. ἐκεῖνον συλλογισμός, ἐνταῦθα δὲ ἐνθύμημα καλεῖται, id est, illud autẽ, vt quibusdã existẽtibus, aliud quippiã per hæc consequatur, præter hæc ipsa, atq; hoc ipso, quod hæc sunt, illic scilicet in Dialectica Syllogismus: hic in Rhe-

in Rhetorica enthymema vocatur: quin in definitione, quam tradit hoc loco, in extrema parte vtitur hoc eodẽ verbo τῷ ταῦτα εἶναι, hoc enim idem valet, quòd διὰ τῶν κειμένων, propter ea quæ posita sunt. Nam sic explicat hãc partẽ. 1. Top. statim initio. Itaq; tria verba continentur in hac definitione τίθεσθαι, κεῖσθαι, εἶναι, poni, situm esse, & esse, quæ idẽ omnino valent, cum quibus idem significat λαμβάνεσθαι sumi.

13 Quæ necessariæ sunt ex subiectis terminis nõ tamẽ sumptæ fuere per pronũtiata &c.) Sensus horũ verborũ est, in reuocãdis Syllogismis imperfectis ad perfectos, illa pronũtiata, in quæ reciprocãtur, quæ sumpta sunt in Syllogismo, necessariò cõsequi ex sumptis per reciprocationem, ac proinde vi quadã necessaria in illis sumptis cõtineri: non tamẽ actu fuisse ibi expressa, nec per ipsa collecta & probata, donec actu fiat reciprocatio. Id enim significat non fuisse sumpta per pronuntiata. Simili loquendi forma vsus est superiùs, vbi dixit, pronuntiatũ demonstratiuũ verum esse, & sumptum per hypotheses initiò propositas. Vnde constat, quod dicit hoc loco, imperfectam ratiocinationem indigere vna re, aut multis: per multas non esse intelligendas reciprocationem, & rationem ducentem ad incommodum, vt quidam putant: sed solas reciprocationes: quoniã pronũtiata, quæ sumuntur in ratione ducente ad incommodum, non sequũtur necessariò ex sumptis pronuntiatis, sed ex hypothesi, quod apertè docet Aris. infra, cap. 5. eo loco, quem iam antea citauimus. Omnes, inquit, perficiũtur assumptis quibusdam, quæ aut necessariò insunt in terminis, aut ponũtur, vt hypotheses, veluti eũ demõstramus per id quod fieri nõ potest. Distinguit igitur Aris. quæ insunt in terminis necessariò, ab his quæ per hypothesim sumuntur. Quod autem dicit inesse in terminis necessariò, idem est, quod inesse in pronuntiatis, quæ ex terminis sic affectis constituuntur.

14 Appello verò de tota seu omni re dici &c.) Quærũt interpretes hoc loco quid intersit inter pronũtiata vniuersa, & hæc duo principia. Nã si nil differrẽt, cùm in omni Syllogismo sit aliquod pronũtiatũ vniuersum, omnis Syllogismus cõstaret aliquo, ex ijs duobus principijs: cùm tantùm qui sunt in prima figura ijs principijs cõfirmentur. Omissis varijs sententijs, breuiter respõdere possumus, Pronũtiata vniuersa, & hæc duo principia

 re ipsa

Universidad de Deusto
Biblioteca

re ipsa non differre, sed sola ratione. Pronũtiatum enim vniuersum tãtùm significat coniunctionem attributi cum toto subiecto: hæc autem principia præter id, continent singula vi quadam sub se alia duo pronũtiata, nempe assumptionem, & conclusionem. Nam cùm dicimus, dici de omni est, cùm nihil accipitur sub ipso subiecto, significamus sub ea propositione sumendam esse assumptionem, cùm autem adiungimus, de quo non dicatur attributum, significamus inde colligi conclusionem. Vnde principium affirmans cõtinet vi quadam totum Syllogismum affirmantẽ: principiũ negãs, totũ negantem. In alijs figuris non insunt hæc principia, quia ibi nihil accipitur sub subiecto pronuntiati vniuersi.

De Reciprocatione Pronuntiatorum, quæ tantum inesse declarant Cap. 2.

Argumentum.

EXplicantur alia principia ad reuocandas ratiocinationes imperfectas ad perfectas. Primò diuiduntur pronuntiata in ea, quæ modo carent, & quæ modo affecta sunt. Tum docetur quemadmodum reciprocentur ea, quæ modo carent, scilicet vniuersum negans, in vniuersum: vniuersum affirmans, & speciale, in speciale: speciale negans non reciprocari: atque singula rationibus demonstrantur.

SI omnis Ratiocinatio perfecta esset, aut solius perfectæ esset nobis habẽda ratio, satis essent principia proposita, ad eam probandam. Verumtamen quia sunt aliæ Ratiocinationes imperfectæ, ut antea diximus, quæ per ea principia confirmari nõ possunt: constituenda sunt alia principia, uel hypotheses, quibus eiusmodi ratiocinationes perficiantur. Huiusmodi principia sunt reciprocationes. Propterea antequam ad construendas ratiocinationes accedamus, docẽdum est quid sit Reciprocatio, & quot modis in pronuntiatis fieri contingat. Reciprocandi uerbum multas, ac uarias habet significationes: tamen hoc loco nihil aliud est Reciprocatio, quàm transmutatio terminorum, seu partiũ pronũtiati, ut scilicet è subiecto fiat, attributũ, & ex attributo subiectũ, seruata eadem qualitate pronũtiati: ut nullum animal est lapis, ergo nullus lapis est animal.

Quæ

1 QVoniam autem omne Pronũtiatum aut tãtum inesse declarat, aut ex necessitate inesse, aut quòd inesse cõtingit: atque ex his, alia sunt affirmantia, alia negãtia, in quouis enuntiandi modo: rursus tam affirmantium, quàm negãtium, alia sunt vniuersa, alia in parte, alia indefinita: 2 pronũtiatum quidem vniuersum negãs, necesse est vniuersè reciprocetur in terminis. Vt si nulla voluptas est bonum, nec vllum bonum erit voluptas. Vniuersum autem affirmans, necesse est etiam reciprocetur, non tamẽ vniuersè, sed in parte. Vt si omnis voluptas est bonum, & aliquod

Quæ propterea uocatur Reciprocatio Pronuntiatorũ. Hæc duplex est in Pronuntiatis: altera ubi seruatur eadẽ quantitas Pronũtiati, cùm scilicet uniuersum reciprocatur in uniuersum, & particulare in particulare, quæ à multis simplex uocatur: altera ubi mutatur etiam quantitas, ut cùm uniuersum reciprocatur in particulare: quæ à quibusdam nominatur ex parte, seu per accidens: etiam si ab alijs utraque simplex appelletur. Vbi intelligendum est, omnem reciprocationem esse necessariam argumentationem. Sed docendum iam est quemadmodum in singulis fiat pronuntiatis. Quod ut commodiùs præstetur, explicanda priùs sunt Pronuntiatorũ genera. 1 Ex Pronuntiatis igitur aliud est, quod tantùm declarat attributum inesse subiecto nullo addito modo: ut homo est animal, homo ambulat. Aliud, quod declarat attributum ex necessitate subiecto conuenire, addito modo necessario: ut necesse est hominem esse animal. Aliud demum, quod significat contingere ut attributum subiecto conueniat, expresso modo cõtingente: ut contingit hominem disputare. Vbi pronuntiatum necessarium affirmans in ijs tantùm rebus uerum est, quæ necessariæ sunt, nec aliter se habere possunt, in alijs falsum: negans autem in ijs uerum est, quæ fieri non possunt, ut necesse est nullum hominem esse lapidem. Contingens uerò pronuntiatum si quidem contingens sumatur, ut est commune necessario, & nõ necessario, in omnibus rebus dicitur: si autem ut distinguitur à necessario, in ijs tantùm, quæ esse possunt, & non esse. Illud uerò pronuntiatum, quòd tantum inesse declarat in omnibus rebus tam necessarijs, quàm contingentibus, locum habet. Deinde in quouis genere ex his tribus, aliud est Pronuntiatum affirmãs, aliud negans. Rursus in omnibus his, aliud uniuersum, aliud particulare, aliud indefinitũ. 2 His ita præmonitis doceamus iam quemadmodum unumquodq; genus pronuntiati reciprocetur. Primùm igitur Pronuntiatum uniuersum negans reciprocatur necessariò in uniuersum simplici reciprocatione: ut nulla uoluptas est bonum, ergo nullum bonum est uoluptas. Vniuersum autem affirmans non reciprocatur simplici reciprocatione in uniuersum, sed in particulare, reciprocatione ex parte. Vt omnis

Universidad de Deusto
Biblioteca

bonum erit voluptas. 3 Eorum autem pronuntiatorum, quæ in parte sunt, affirmans quidem necesse est reciprocetur in parte. Nã si qua voluptas bonum est, & aliquod bonum erit voluptas. Negãs autem non est necesse. Non enim si aliquod animal non est homo, inde fit aliquem hominem non esse animal. 4 Primùm igitur constituatur Pronuntiatum negans vniuersum a b. Si igitur nullum b est a, nullum a erit b. Si enim aliquod a est b, sit illud c. 5 Non erit verum illud pronuntiatum, nullum b est a: quoniam c aliqua pars est ipsius b. 6 Quòd si omne b est a, & quoddam a erit b. Si enim nullum a est b, nec vllum b erit a: atqui cõstitutum est omne

*uoluptas est bonum, igitur aliquod bonum est uoluptas. 3. Ex particularibus autem pronuntiatis, solùm affirmans reciprocatur in alterum particulare: ut aliqua uoluptas est bonum, ergo bonum aliquod est uoluptas. Negans uerò non reciprocatur: non enim rectè consequitur, aliquod animal non est homo, ergo aliquis homo non est animal: cùm antecedens sit uerum, & consequens falsum. * Verum quia perfectam artem tradere paramus, non satis est has Reciprocationes solis exemplis explicasse: sed etiam demonstrare oportet. Vnde constituentur ex ipsis quatuor Theoremata, quorum tria demonstrabuntur ratione ducẽte ad incommodum, & id quod fieri non potest. Quamuis enim nõ dum hãc rationem explicauerimus, est tamen omnibus satis nota, ac nititur illo notissimo principio cõtraditionis, de omni re uera est affirmatio, aut negatio: de nulla am bæ simul. Ac primùm demonstrabitur reciprocatio uniuersi negantis, quia ex ea ceteræ probantur. 4 Est ergo primum Theorema. Vniuersum negans reciprocatur in uniuersum. Vt nullus lapis est animal, ergo nullũ animal est lapis.*

A. animal. B. lapis.

Nam si non sequitur necessariò, poterit esse antecedens uerum, & cõsequens falsum. Si igitur falsum est consequens, nullum animal est lapis, cõtradicens erit uerum, quoddam animal est lapis. Fiat ergo ratio expositoria, ut res ad singularem rem aliquã reuocetur. Erit aliquid quod simul erit animal, & lapis, sit illud c, ut equus. Si equus est animal, & lapis, aliquis lapis erit animal, nam quæ sunt eadẽ alicui tertio, sunt eadem inter se: quòd si aliquis lapis est animal, 5 non erit uerum primum illud pronũtiatum nullus lapis est animal, cùm sint hæc duo cõtradicentia: sequitur autem hoc quia equus est aliqua pars lapidis, & etiam animalis ex hypothesi. Si ergo primum illud pronuntiatum fuit uerum, necessaria est reciprocatio. 6 Secundum Theorema. Vniuersum affirmans reciprocatur in particulare. Vt omnis homo est animal, ergo quoddam animal est homo. Nam si non sequitur, dabitur antecedens uerum, & consequens falsum. Quòd si consequens est falsum, quoddam animal est homo, contradicens erit uerum nullum animal

A. animal. B. homo.

b esse a. 7 Similiter si particulare fuerit pronuntiatum. Si enim quoddã b est a, necessariò efficitur quoddã a esse b. Nã si nullũ a est b, nec vllum b erit a. 8 Si verò quoddam b nõ est a, non efficitur necessariò quoddã a nõ esse b. Vt si b ponatur esse animal, & a homo. Nõ enim omne animal est homo, atqui omnis homo est animal.

animal est homo, at inde sequitur per præcedens Theorema, nullus homo est animal. quod aduersatur primo pronuntiato sumpto, omnis homo est animal. Cùm igitur hæc simul constare non possint, necessaria est reciprocatio. 7 Tertium Theorema. Particulare affirmans reciprocatur in particulare. Vt quidam homo est albus, ergo quoddam album est homo. Nam si uero existente antecedente, potest esse consequens falsum; quoddam album est homo, cõtradicens erit uerum, nullum album est homo, unde sequitur per primum Theorema, nullus homo est albus, quod cõtradicit primo pronũtiato sumpto, quidam homo est albus. Quare reciprocatio est necessaria. 8 Quartum Theorema. Particulare negans non reciprocatur. Non enim sequitur necessariò, quoddam animal non est homo, ergo quidam homo non est animal: cùm omnis homo sit animal. Nec opus est aliter probetur hoc Theorema, quàm subiectis exemplis. Cùm enim reciprocatio sit argumentatio necessaria, si semel deprehendatur antecedens uerum, & consequens falsum, satis inde constat esse uitiosam. Pronuntiatum indefinitum prætermittitur, quia reciprocatur quemadmodum particulare.

A. album. B. homo.

Scholia in cap. secundum.

DE Reciprocatione pronuntiatorum &c.) quemadmodum verbi homonymia erroris causa esse solet in rebus tractãdis, sic eiusdem distinctio, atque in uaria significata explicatio maximè illustrat disputationem. Docet Aristoteles 2. lib. de Reprehensionibus Sophistarum, cap. 1. intelligere quot modis quidque dicatur, tã in nominibus, quàm in rebus, utile admodum esse ad Philosophiam. Primo Top. ex quatuor instrumentis, quæ adfert ad parandam copiam Syllogismorum ad disputandum, unum est distinguere quot modis quidq; dicatur. 5. lib. primæ Philosophiæ ex professo tractat hoc argumentum. Explicat enim uaria significata multorum nominum communium. Vnde inscribitur ab eodem Aristotele ea tracta-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tractatio lib.7. & .10. περὶ τὸ πολλαχῶς, quæ quidem ad illustrandã arduam illam, & difficilem disputationem primæ Philosophiæ maximum attulit adiumentum. Sed ibi ea tantùm nomina explicauit Arist. quæ suo ambitu, aut omnia quæque sunt, aut maximam partem complectũtur: qualia sunt ens, vnum, substantia, natura, causa, principium, & id genus alia, quæ propria suut primi Philosophi. Vtinam quod ibi præstitit Aristoteles, idem in alijs etiam disputationibus, vel idem Aristoteles, vel alius quispiam in scriptis Aristotelis probè versatus effecisset. Magnum sanè feciſſet operæpretium, & opus perutile disciplinæ Peripateticæ studiosis. Inter alia quæ nos præstabimus in his scholijs, vt initiò polliciti sumus, vnum erit, aliquot ambigua verba explicare, ex quibus primùm occurrit nomen ἀντιστροφὴ & eius verbũ ἀντιστρέφεσθαι, id est, Reciprocatio, & Reciprocari. Est enim hoc verbum varium & multiplex apud Aristotelẽ, cuius hoc loco fit mentio. Primo ἀντίστροφα seu ἀντιστρέφοντα dicuntur ab Aristotele quæ æqualia sunt, & paria habent pondera, vt .1. lib. Rhetoricæ statim initiò ἡ ῥητορικὴ ἐστὶ ἀντίστροφος τῇ διαλεκτικῇ, id est, Rhetorica est æqualis ipsi Dialecticæ: sic enim hæc verba interpretatur Alexander Afrodiseus in præfatione Commentariorum in Topica, vbi ait idem valere verbum ἀντίστροφος quod ἰσόστροφος, quòd in eisdem rebus versentur ambæ artes, & sint occupatæ, scilicet in omnibus, ex probabilibus, & communibus, adeo verbium enim ἀντί interdum æqualitatem significat, vt ἀντίθεος Deo æqualis ἀντάξιος dignitate, & honore par. Cicero tamen in Oratore verbum illud interpretatur ex altera parte respondere. Interpretatio tamen Alexandri magis probatur viris doctis. Secũdo ἀντιστρέφοντα dicuntur ab Aristotele, quæ significatione paria sunt, ita vt de se inuicem pariter, & vniuersè dicantur: qualia sunt definitum, & definitio: subiectum, & propria affectio: vt homo, & animal particeps rationis: nam omnis homo est animal particeps rationis, & contra, omne animal particeps rationis est homo. Ita accipitur hoc verbum .2. lib. huius disputationis Analiticæ, cap. 22. cùm ait, si maius extremum, & minus reciprocantur inter se, medium cum vtroque reciprocari, eam appellat eo loco reciprocationem terminorum. Hæc eadẽ, quæ ita paria sunt alibi vocantur

Prima significatio Reciprocationis.

Secunda.

cantur ab Aristotele, ἀντικατηγορούμενα, quasi verbum de verbo cõtrapræ dicata, aut æque prædicata, eò quòd, vt diximus de se inuicem pariter prædicentur, vt videre licet primo de Demõstratione, cap. 3. & 10. & .15. tum etiam .1. Topi. cap. 4. vbi proprium definit quod ἀντικατηγορεῖται τῷ πράγματος, id est, quod vicissim, & pariter de re prædicatur. Tertio dicuntur ἀντιστρέφοντα quæ mutuam habẽt inter se relationem, & se mutuò respiciunt, vt relata, qua significatione vtitur hoc verbo Aristoteles in Categoria Relationis, cùm dicit πάντα δὲ τὰ πρός τί πρὸς ἀντιστρέφοντα λέγεται, id est, omnia relata dicuntur ad ea, quæ contra quoque referuntur ad ipsa. Nam quemadmodum pater dicitur filij pater: sic contra filius, patris filius. Quanquam Ammonius explicãs eum locum existimet ἀντιστροφὴν, eo loco, idem esse, quod ἰσοστροφὴν, id est, æqualem relationem, quòd nõ magis referatur pater ad filium, quàm filius ad patrem. Quartò dicitur ἀντιστροφὴ in Syllogismo, cùm ex cõtraria, aut cõtradicente conclusionis, vnâ cum altera ex sumptionibus, alteram euertimus sumptionem, de qua reciprocatione disputat Aristoteles lib. 2. huius disputationis, cap. 8. Quintò in argumentatione dicitur ἀντιστροφὴ reciprocatio, cùm quemadmodum ex eo, quod antecedit, sequitur consequens: sic contra si cõsequens est, efficitur esse, quod antecedit: quomodo accipit Aristoteles Reciprocationem in vltima sectione Categoriarũ, cùm ait id esse vno modo prius natura, à quo non reciprocatur consecutio quæ rem esse concludit, vt vnum prius duobus: altero verò modo dicitur prius natura, à quo reciprocatur existẽdi cõsecutio, sed est alterius causa vt hominem esse, prius, quàm oratio, quæ id declarat, quæ argumentandi ratio vocatur etiam ab Aristotele in orbem, aut circularis: vt in 2. lib. huius disputationis, cap. 5. & .1. de Demonstratione, cap. 3. Huius reciprocæ argumẽtationis meminit etiã Cicero, primo lib. de Diuinatione, vbi sic ait. Arcem tu quidem Stoicorum, inquam, Quincte defendis. Si quidem ista reciprocãtur: vt etsi diuinatio sit, Dij sint: etsi Dij sint, sit diuinatio. Sexta est reciprocatio appellationis, de qua agit Aristoteles. 2. Top. cap. 1. cùm inuertitur appellationis ratio: vt si animal est in homine, homo est animal. Nam in prima appellatione incipimus ab attributo animali, & tendimus ad subie-

Tertia.

Quarta.

Quinta.

Sexta.

clum: in secunda contrà, incipimus à subiecto, & ferimur in attribu tum, quam dicit tantùm valere in genere, definitione, & proprio: nõ autem in accidente. Nõ enim si cãdor est in Aethiope, cõsequitur Aethio pem esse candidum. Nam primum pronũtiatum est verum, vel si in solis dentibus sit candor in Aethiope, consequẽs est falsum. Septima est reciprocatio pronuntiatorum, de qua disputat hoc loco Arist. cùm subiectũ, & attributum inuertuntur; vt si omnis homo est animal, aliquod animal est homo. Hanc vocat Arist. reciprocationem in terminis: quia termini sunt, qui transmutãtur. Hæc significata huius nominis potui ex Arist. colligere: in omnibus tamen, præterquam in primo, videtur esse vna cõmunis ratio nominis, vt dicantur reciprocari, cùm aliqua duo ita comparantur inter se, & sunt affecta, vt existat inter ipsa mutua quædam cõmeatio, qua liceat ab altero ad alterũ vicissim trãsire: siue huiusmodi cõmeatio fiat per æqualem attributionẽ, aut per solam inuersionem subiecti, & attributi, aut per relationem, aut per appellationem, aut in argumentandi ratione. Quod ex vi verbi intelligi potest: verbũ enim Græcum στρέφεσθαι, versari, & volui significat, inde στροφή, versatio, aut conuersio, cùm aliquid, vt ait Ammonius, regreditur ad principium, vnde exierat. Ex his formatur ἀντιστρέφεσθαι, & ἀντιστροφή, quod dicitur, cùm id, quod alicũde digreditur, regreditur ad idẽ principiũ, sed via inuersa, & cõtrario modo, quàm fuerat digressũ: in his enim aduerbiũ ἀντί, contra, & eregione significat. Præterea apud Dialecticos est etiã ἀντιστρεφον reciprocũ, quoddã genus argumẽti, quod retorquetur in eũ, à quo est propositũ, vt ex eisdem, quæ sumpsit, cõtra ipsum concludatur. De quo vide Aulũ Gelliũ lib.5.cap.10. & lib.9.cap.16. dicitur esse hoc argumentũ dissolutio alterius, quod appellatur Dilemma. Tradit etiam Proclus, in 3.lib.Commentariorũ in primũ elementorũ Euclidis ἀντιστροφήν, id est, reciprocationem Geometricã esse, cùm hypotheses, & cõclusiones cõmutãtur, vt quemadmodũ ex hypothesi colligitur conclusio: sic contra ex conclusione hypothesis, vt videre est in 5. & 6. propositione primi elementorum: hæc tamen reciprocatio est illa, quam superius quintam fecimus, quam Aristoteles vocat argumentationem in orbem.

Septima.

4 Si igitur nullũ b, est a, &c.) Arist. in tota hac disputatione explicãda vtitur

da vtitur elemẽtis, loco verborũ, cuius rei causam adfert Alexãder, vt significaret nobis, in huiusmodi argumẽtandi formis, nõ sequi conclusionem ex his, quæ sumuntur, propter materiã subiectã: sed propter solam figuram, hoc est, solam pronuntiatorũ cõiunctionem, & modũ, quæcũq; subijciatur materia. Philoponus aliam adfert causam paulò diuersam; vt scilicet daret vnicuiq; facultatem exercendi hãc artem, in quauis materia: quæ enim hîc traduntur præcepta, nõ ad vnam tantùm artem, nec rem vnã, sed ad omnes cõmuniter spectãt: propterea vtitur elemẽtis, quibus pariter omnia significantur, aut certè vtitur elemẽtis, quia ipsis breuius, & facilius, & accõmodatius ad quamq; materiã explicat omne genus ratiocinationis: vide infra cap.39. * Videtur etiã hoc fecisse Aris. φιλογεωμετρῶν, vt cetera: nã Geometræ elementis explicant demonstrationes: nos tamen in Paraphrasi vocibus vtimur significantibus: non quòd tanti Philosophi consilium improbemus, sed quoniam adolescentes, in quorum gratiam susceptus est, hic labor videntur hæc facilius verbis, quàm elementis percipere.

4 Si igitur nullũ b, est a, &c.) Aristoteles ita loquitur Græcè εἰ οὖν μηδενὶ τῷ Β τὸ Α ὑπάρχει, id est, verbum de verbo, si nulli b inest a, quam loquendi rationẽ seruat in tota hac disputatione, quæ oratio ipsis Græcis satis est facilis propter articulos, quibus casus elementorũ distinguntur: Latinis verò, qui carẽt articulis, sæpe est obscura & ambigua, propterea vt orationem redderem faciliorem, & magis perspicuã, conuerti vbiq; si nullũ b est a, & alia similia pronũtiata. Quandoquidẽ idem est sensus: vnde interdum repeto elementa, quamuis id nõ fecerit Arist. Quãtò verò fiat ex eo oratio facilior, & apertior intelliges, si conferas nostram hanc versionem cum aliorum interpretationibus.

De reciprocatione in pronũtiatis modorum. Cap. 3.

ARGVMENTVM.

Docetur pronũtiata modi necessarij eodem modo reciprocari, ac illa, quæ modo carent. Pronuntiata quoq; modi contingentis, si contingens sumatur vt commune necessario, & non necessario: sin minus, aliter reciprocari. Tandem redditur ratio, cur priùs de Ratiocinatione, quàm de Demonstratione disputetur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

1 IAdem erit reciprocandi ratio in Pronũtiatis necessarijs. Nam vniuersum negans vniuersè reciprocatur: ex affirmantibus autem vtrunque reciprocatur in particulare. 2 Si enim necesse est nullum b esse a, necesse est etiam nullum a esse b. Nam si cõtingit aliquod a esse b, cõtinget aliquod b esse a. 3 Si autem necesse est omne b, aut aliquod b esse a, necesse est etiam aliquod a esse b. Nam si non est necesse aliquod a esse b, nec erit necesse aliquod b esse a.

1 SEquitur deinde doceamus quemadmodum reciprocentur Pronuntiata, quæ aliquo modo sunt affecta. Ac primo Pronuntiata necessaria, quæ scilicet constãt modo necessario, eodem modo reciprocantur, ac illa, quæ tantùm inesse declarant. Nam uniuersum negans reciprocatur in uniuersum, utrumque affirmãs tam uniuersum, quàm particulare, reciprocatur in particulare. 2 Primũ igitur Theorema, uniuersum negans reciprocatur in uniuersum. Vt necesse est nullum hominem esse lapidem, ergo necesse est nullum lapidem esse hominem. Nã si non est recta, & constans reciprocatio, ut posit esse antecedens uerum, & cõsequens falsum, contradicens erit uerum, contingit aliquem lapidem esse hominẽ, unde sequitur, contingit aliquem hominẽ esse lapidem, quod contradicit primo pronuntiato, quod positum est esse uerum. Tamen nequis nos insimulet, quòd ad probandam hanc reciprocationem, utamur reciprocatione pronuntiati contingentis, quæ nondum est explicata, intelligat probationẽ habere hanc uim. Si cõtingit aliquem lapidem esse hominem, demus hoc ita esse: nam cõtingens est, quod si statuatur esse, nihil sequitur incommodi, si ergo aliquis lapis est homo, aliquis homo erit lapis, per tertium Theorema capitis præcedẽtis, quod si aliquis homo est lapis, continget aliquem hominem esse lapidem, quod contradicit primo pronuntiato constituto uero, necesse est nullum hominem esse lapidem. Cum hæc igitur constare non possint, firma relinquitur reciprocatio, atque ita sit probatio ex demonstratis. 3 Secundum Theorema continet binas reciprocationes, scilicet, uniuersum affirmans, & particulare reciprocantur in particulare affirmãs. Vt si necesse est omnem hominem, aut quendam hominem esse animal, necesse est etiam quoddam animal esse hominem. Nam si hoc non sequitur, non erit necesse quoddam animal esse hominem: unde sequitur, non est necesse quendam hominem esse animal, quod aduersatur & contradicit primis pronuntiatis. Quæ ratio habet hanc uim, si nõ est necesse quoddam animal esse hominem, continget nullum animal esse hominem, quia hæc duo pronuntiata idem ualent. Quod si hoc ponatur esse, nullũ animal est homo, inde sequitur nullus homo est animal, per primum Theorema capitis superioris, rursus inde sequitur, contingit nullum hominem

A. lapis. B. homo.

A. animal. B. homo.

4 Particulare verò negãs nõ reciprocatur, propter eã causam, quã superiùs explicauimus. 5 In contingentibus autem, quia multis modis contingere dicitur, (nam & quod necessarium est, & quod non est necessarium, & quod fieri potest contingere dicimus) 6 in affirmantibus quidem pronuntiatis eadem est in omnibus reciprocandi ratio, quæ in superioribus. Si enim contingit omne b, aut aliquod b esse a, cõtinget etiam aliquod a esse b. Nam si nullum a contingit esse b, neque vllum b continget esse a. Iam enim hoc antè demonstratum est. 7 In negantibus autem non est eadẽ ratio. Sed quæcunque contingere dicuntur, aut quia necesse est nõ insint, aut quia non necesse est insint, eodem modo reciprocantur. Vt si quis dicat contingere nullum hominem esse equum, aut nullã

nem esse animal, ac inde, non est necesse aliquem hominem esse animal, quod est contrarium illi, necesse est omnem hominem esse animal, & contradicit alteri, necesse est aliquem hominẽ esse animal, quare reciprocatio est cõstans. 4 Tertium Theorema, particulare negans non reciprocatur, propter eandem causam, quam superius explicauimus in pronuntiatis, quæ tantùm inesse declarant, quia subiectis exemplis datur antecedens uerum, & consequens falsum, non enim si necesse est quoddam animal non esse hominem, necesse est quendam hominem nõ esse animal. 5 Tandem explicandum est quemadmodum fiat reciprocatio in contingentibus pronuntiatis. Vbi primum obseruandũ est tribus modis dici cõtingens: scilicet quod necessarium est: ut cõtingit hominem esse animal. Et quod est quidem, non tamen necessariò: ut contingit hominem esse album. Ac demum quod nondum est, potest tamen fore, & non fore: ut hominem ambulare. 6 Sit ergo in his primum Theorema. Pronuntiata affirmantia eodem modo reciprocantur, atque superiora, scilicet in particularia, quocunq; modo sumatur contingens. Vt contingit omnem hominem, aut quendam hominem esse animal, ergo contingit aliquod animal esse hominem. Si enim non sequitur necessariò, ac potest esse antecedens uerum, & consequens falsum, contradicens erit uerũ, nullum animal contingit esse hominem. Quod idem ualet ac illud, necesse est nullum animal esse hominem: ex eo uerò sequitur, necesse est nullum hominem esse animal ex demonstratis: hoc antem aduersatur, & contradicit primis sumptis pronuntiatis tanquam ueris. Quare reciprocatio est constans, ac firma. 7 Secundum Theorema. In negantibus pronuntiatis non est eadem ratio reciprocãdi, in omnibus modis contingentis. Nam ea pronuntiata contingentia, quæ idem ualent, quod necessaria, aut quæ tantùm nõ inesse declarant, nõ tamẽ necessario,

A. animal. B. homo.

Universidad de Deusto
Biblioteca

veſtem eſſe albam.Ex his enim duobus,alterum ex neceſsitate non ineſt:alterum non eſt neceſſe non inſit. Nihilominus eodem modo reciprocatur vtrunque pronuntiatum, atque ſuperiora. 8 Nam ſi contingit nullum hominem eſſe equum,continget etiam nullum equum eſſe hominem.Et ſi cõtingit nullam veſtem eſſe albam, cõtinget quoq; nullũ albũ eſſe veſtẽ.Si enim neceſſe eſt aliquod albũ eſſe veſtẽ,neceſſe erit aliquã veſtẽ eſſe albã;hoc enim iam priùs demonſtratum eſt. 9 Eadem eſt quoque ratio in particulari negante, atque in ſuperioribus. 10 Quæcunque verò contingere dicuntur,quia vt plurimùm euenire ſolent,& ita nata ſunt fieri,quomodo definimus ipſum contingens, non habent ſimilem reciprocationem in pronuntiatis negantibus. Nam pronuntiatum vniuerſum negans non reciprocatur,particulare verò reciprocatur. Hoc autem fiet manifeſtum, vbi de ipſo contingente diſſeremus.

eodem modo reciprocantur,ac ſuperiora,ſcilicet uniuerſa in uniuerſa. Vt ſi quis dicat,contingit nullum hominem eſſe equum, aut cõtingit nullam ueſtem eſſe albam.Ex his enim duobus primum idem pollet,quod neceſſariam,ſecundum,idem quod pronuntiatum tantum ineſſe dicens nõ neceſſariò: ac ſi diceremus nulla ueſtis eſt alba. 8 Eſt itaque in his conſtans reciprocatio. Vt cõtingit nullum hominem eſſe equum, ergo contingit nullum equum eſſe hominem. Et contingit nullam ueſtem eſſe albam,ergo contingit nullum album eſſe ueſtem. Si enim non ſequitur neceſſariò.ſed poßit eſſe antecedens uerum,& conſequens falſum, contradicens erit uerum,neceſſe eſt aliquod album eſſe ueſtem: unde ſequitur ex demonſtratis,neceſſe eſt aliquam ueſtem eſſe albam,quod cõtradicit ſuperiori pronuntiato. Cùm hoc igitur conſtare non poßit firma relinquitur reciprocatio. 9 Tertium Theorema,Pronuntiatum particulare negans,eandem habet etiam rationem cum ſuperioribus:non enim reciprocatur. 10 Quamuis contingens his omnibus modis dicatur,illa tamen ſignificatio propria eſt,qua id dicitur cõtingens,quod poteſt eſſe,& nõ eſſe.ſ.cẽ, eſt definiendũ uerum contingens. Quod rurſus triplex eſt,unum,quod plerumq; euenire ſolet, & ita ferè ſemper natum eſt fieri,quales ſunt fermè res omnes naturales, quæ ſub cœlo fiunt, ut hominem naſci cum quinque digitis in ſingulis manibus. Alterum quod rarò accidit,ut ea, quæ caſu eueniunt,quemadmodum fodientem reperire theſaurũ. Tertium,quod æquè cadit in utramque partem,ut hominem ambulare. Ex quibus illud primum ſub ſcientiam,& artem cadit,quoniam habet certam cauſam, ac proinde in eo præcipuè fiunt ratiocinationes, & ipſum à nobis potißimũ in arte cõſideratur.

In hoc

11 Nũc autẽ hoc tãtùm nobis perſpicuũ eſto, præter ea,quæ dicta ſunt,contingere nulli ineſſe,aut alicui non ineſſe,affirmationis habere formam. Verbum enim contingere ſimilem habet locum in oratione,atq; verbũ eſt:Atqui ipſum verbũ eſt, quibus attribuitur in dicẽdo,affirmationẽ efficit ꝑpetuò,atq; in omnibus,vt eſt nõ bonũ,eſt nõ albũ,aut omnino eſt nõ hoc:demõſtrabitur aũt hoc in ijs, quæ ſequũtur. 12 Tamẽ quod attinet ad reciprocationes,ſimilẽ habebũt rationẽ hæc pronũtiata,atq; alia. 13 His ita explicatis dicamus iam ex quibus,& quãdo,& quomodo fiat omnis Ratiocinatio. Poſtea verò de Demõſtratione diſſerendũ erit.Priùs enim de Ratiocinatione diſſerere oportet, quàm de Demõſtratione; eò quòd

In hoc igitur contingente pronuntiata negantia non eodẽ modo reciprocantur, atque in alijs. Nam uniuerſum negans nõ reciprocatur omnino, particulare uerò reciprocatur: ſed de huiuſmodi contingente, & eius reciprocatione copioſiùs diſputabimus inferius,hoc eodẽ libro,cap.12.& .16. 11 Quamuis antea in explicanda reciprocatione in pronuntiatis modorum, dixerimus huiuſmodi pronuntiata,neceſſe eſt nullum hominem eſſe lapidem, & contingit nullum hominẽ moueri,aut aliquem non moueri,eſſe negantia:tamen ſi rem ipſam rectè perpendamus,affirmationis habent formam,& affirmantia ſunt iudicanda. Quoniam uerbum contingere in huiuſmodi pronuntiatis, ſimilem habet rationem, atque uerbum eſt,in pronuntiatis, quæ tantùm ineſſe dicunt. In illis enim penes uerbũ eſt,affirmatio exiſtit,& negatio,ut id ſit negans,ubi uerbum eſt negatur, affirmans autem,ubi uerbum eſt,affirmatur,etiam ſi cætera negationem habeant: ut uidere licet in his pronuntiatis,lignum eſt non bonum,eſt non album,atque omnino omnia,quæ pronuntiant aliquid eſſe non hoc. Quod in hoc eodem libro,capite ultimo longa oratione oſtendemus. Sic in pronuntiatis modorum, ex uerbo contingere,aut quouis alio modo,ſumi debet ratio affirmationis,& negationis, ut negans ſit,ubi modus negatur;affirmãs,ubi modus affirmatur,etſi cætera negentur,ut in lib.de Interpretatione fuſius eſt explicatum. 12 Verumtamẽ quatenus expectat ad reciprocandi modum,iudicari debent affirmantia,aut negantia penes uerbum eſſe,quemadmodum nos anteà fecimus:ut hac in parte ſimilia ſint Pronuntiatis, quæ tantùm ineſſe declarant. 13 Poſtquam igitur hæc ita ſunt à nobis explicata,& loco principiorũ conſtituta,ſequitur iam ipſum negotium aggrediamur,doceamusq; ex quibus omnis cõſtituatur Ratiocinatio.ſcilicet conſtare ex pronuntiatis:tum quando, hoc eſt,cuiuſmodi eſſe debeant ipſa pronuntiata penes quantitatem,& qualitatem, ad efficiendam Ratiocinationem:

Universidad de Deusto
Biblioteca

vniuersa magis & cõmunis existat Ratiocinatio. Nam ipsa Demõstratio Ratiocinatio quędam est, non tamen omnis Ratiocinatio est demonstratio.

nem: tandem quomodò, id est, ex quanam medij collocatione. Nam tametsi præcipuum nostrum institutum sit agere de ipsa Demõstratione, ut in principio diximus: uerumtamen quia opus est priùs in omni disputatione explicetur genus, quodq; magis comune est, & ipsa Ratiocinatio communior sit multò Demõstratione, disputabimus priùs his duobus libris de Ratiocinatione, postea in duobus posterioribus de Demonstratione.

Scholia in cap. tertium.

DE reciprocatione in pronuntiatis modorum &c.) Quærit hoc loco Philoponus, cur inter pronuntiata, quæ modo sunt affecta non meminerit Aristoteles modi impossibilis, vt in libro de Interpretatione. Respondet ipse, & satis rectè, hunc modum iam contineri in modo necessario, idem enim est sumptus contraria ratione, nam quod necesse est esse, impossibile est non esse: & quod impossibile est esse, necesse est nõ esse. Sed alia suboritur hoc loco dubitatio, quæ mihi multò grauior videtur. Ea est, cùm Aristoteles proponat hoc loco, more Mathematicorum, vt initio diximus, principia, quæ sunt necessaria ad demonstrandas omnes coniugationes Syllogismorum, non videtur explicasse omnia principia, quibus vtitur in futuris demonstrationibus: nam ratio illa demonstrandi Syllogismos imperfectos, per eos, qui perfecti sunt reciprocatione, nõ nititur sola reciprocatione: sed etiam illo principio Logico, Quidquid sequitur ex consequente, sequitur ex antecedente. Ratio probandi per incommodum, nititur principio contradictionis, De omni re vera est affirmatio, aut negatio. Præterea Syllogismos tertiæ figuræ, præter has duas rationes demõstrãdi, probat etiam ratione expositoria, quæ nititur illo principio, Quæcunque sunt eadem alicui tertio, sunt eadem inter se: quorum principiorũ hîc nulla fit mentio, neq; interpretes, quos ego viderim, de hac dubitatione quidquam tradiderũt. Vellem sanè alium potiùs audire, quàm meũ interponere iudicium: dicam tamen quod nunc occurrit ex eodẽ Arist.

qui 1. de Demonstratione, cap. 8. docet nihil prohibere aliquas disciplinas despicere aliqua, ex his, quæ initiò prænoscenda sunt: hoc est, non esse necessarium eorum in principio admonere, si perspicua fuerint: vt nõ oporteret constituatur genus subiectum esse, si notum fuerit, nec illa principia communia, quæ axiomata vocantur, omnibusque apparent manifesta, vt si ab æqualibus æqualia auferãtur, quæ relinquũtur sunt æqualia. Ex his potest explicari proposita dubitatio. Cùm principium cõtradictionis, & illud alterum, Quæ sunt eadem alicui tertio, sunt eadem inter se, sint axiomata communia ex prima Philosophia petita, & omnibus perspicua, non erat necesse ea in principio exponere. Tertiũ illud principium, Quidquid sequitur ex cõsequente, sequitur ex antecedente, quamuis logicum sit, ac proprium huius artis, tamẽ quia satis notum est, & omnibus probatum, potuit citra vllam culpam prætermitti: meminit tamẽ Aristo. huius principij lib. 2. huius disputationis cap. 4. Hæc mihi nũc venerunt in mentem, si quis aliud attulerit, quod sit accommodatius habebo gratiam.

De modis tam vtilibus, quàm inutilibus Primæ figuræ Cap. 4.

ARGVMENTVM.

EXplicatur primùm ratio primæ figuræ, Medij, & extremorum definitio. Deinde exponuntur quatuor modi vtiles, & constantes, qui demonstrantur per illa duo principia, de omni, & nulla re dici. Traduntur etiam duodecim modi inutiles, qui refelluntur hoc ipso, quòd ex ijs nulla certa colligatur conclusio.

SEd quò faciliùs cuiusq; Ratiocinationis uim, & formã explicare possimus, eius partes sunt prius considerandæ: quæ duplices sunt, alteræ maiores, & proximæ: minores alteræ, & primæ. Partes maiores sunt Pronuntiata, ex quibus conclusio colligitur. In una, & simplici Ratiocinatione duo sunt tantùm Pronuntiata, quæ tametsi hoc communi nomine appellentur, tamen differentiæ gratia, alterum uocetur Propositio, alterum Assumptio. Propositio est primum pronuntiatum, quod continet attributum conclusionis, si directè concludatur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Assumptio est secundum, quod continet subiectum conclusionis. Ambo pronuntiata alio communi nomine sumptiones nominantur, quo uerbo sæpe utemur in hoc opere. Partes minores, & primæ sunt uerba simplicia, aut quæ habẽt rationem uerborũ simpliciũ, quæ nos in hoc loco terminos appellamus, qui continentur ternario numero, habentq; singuli propria nomina, Medium, Primũ seu maius extremum, Vltimum seu minus extremum. Medium est terminus, qui bis sumitur ante conclusionem. Maius extremum, quod iungitur cum Medio in Propositione, aut si mauis, quod futurum est attributum conclusionis, si directè concludatur. Minus extremum, quod iungitur cum medio in Assumptione, aut quod futurum est subiectum conclusionis. Vnde conclusio semper conflatur ex Maiori, & Minori extremo. Quarum partium hæc est ratio. Cum Ratiocinatio inuenta sit ad probandam quæstionem aliquam, omnis autem quæstio subiecto constet, & attributo, tertium quippiam sumatur est necesse, cuius ui, & interuentu attributũ cum subiecto iungatur, aut ab eo seiũgatur. Vnde cõmodè Medium appellatur, quòd sua natura inter duo extrema quæstionis intercedat. Ac proinde uis omnis, & ratio cuiusq; Ratiocinationis, ex solo Medio petẽda est. Nõ enim sumi potest ex ipsis extremis, cum ex eis cohalescat probanda cõclusio, quæ aliũde uim probationis accipiat oportet. Quapropter cùm tribus tantùm modis Medium coniungi possit cum extremis, ex hac triplici Medij collocatione tres oriuntur Ratiocinationum formæ, quæ à nobis figuræ nominantur. Prima figura ubi Medium subijcitur Maiori extremo, & dicitur de Minori: in qua figura, ueram habet rationem Medij: quia non solùm naturâ, sed etiam positione inter duo extrema est collocatum. Secunda, ubi medium dicitur de utroque extremo. Tertia, ubi utrique extremo subijcitur. Deinde in singulis figuris multæ sunt, ac uariæ duorum Pronuntiatorum coniugationes, quæ ex uaria Pronuntiatorum quãtitate, & qualitate nascuntur. Fiunt enim in singulis figuris triginta sex cõiugationes, quarum numerus hac ratione constat. Vnumquodq; Pronuntiatum sex modis uariari potest penes quantitatem, & qualitatem. Aut enim est uniuersum affirmans, aut uniuersum negans, aut particulare affirmans, aut particulare negans, aut indefinitum affirmans, aut indefinitum negans. Cùm igitur Propositio bis sex modis uariari possit, & cuiuis modo adiũgi possint sex Assumptiones totidem modis uariatæ, sexties sex efficient triginta sex. Ex quibus in prima figura sex tantum sunt utiles, reliquæ triginta inutiles. In secunda quoque figura sex utiles, & triginta inutiles. In tertia decem utiles, & reliquæ inutiles. Verum quia Indefinitum Pronuntiatum in Ratiocinationis compositione, eandem habet omnino rationem cum particulari, si ab hoc numero auferãtur omnes illæ coniugationes, in quibus continetur indefinitum Pronuntiatũ: hoc est, si non numerentur tanquam diuersæ ab ijs, ubi continetur particulare pronuntiatum; relinquuntur in singulis Figuris sexdecim tantùm cõiugationes, & modi, ex quibus in

1 CVm igitur tres termini sic inter se sunt affecti; vt vltimũ extremũ in toto Medio cõtineatur, & Mediũ in toto primo extremo aut sit, aut nõ sit, necessariò efficitur extremorũ perfecta ratiocinatio. Appello autem Mediũ hoc loco, quod ipsum quidẽ in alio cõtinetur, & aliud in ipso est, quod etiã situ, & collocatione medium existit. Extrema verò, quorum vnum in alio est: alterum, in quo aliud continetur. 2 Si enim a dicatur de omni b, & b de omni c, necessariò efficitur, vt a quoque de omni c, dicatur. Diximus enim antea quid appellemus dici de omni re. 3 Simili quoque ratione, si a de nullo b dicatur, b verò de omni

A. maius extremum.
B. medium.
C. minus extremum.

Figura quatuor sunt tantùm utiles, duodecim inutiles: totidem in secunda: in tertia sex utiles, & decem inutiles: quamquam in ipsis exponẽdis minore numero comprehendantur, quòd sæpe multi modi simul explicẽtur. Has igitur omnes tã utiles, quàm inutiles cõiugationes, cõstantes, & in cõstantes explicare oportet in unaquaq; Figura, ac primũ in ea, quæ naturâ, & dignitate primũ sibi uẽdicat locũ. 1 Statim igitur initiò duo priores modi utiles, & uniuersi simul explicantur, ad hunc modum. Cùm tres termini ita disponuntur, ut Primum extremũ de toto Medio affirmetur, aut negetur, ipsum autem Mediũ affirmetur de toto ultimo extremo: hoc est, si Propositio est uniuersa affirmãs, aut negans, Assumptio uero uniuersa affirmans, necessariò colligitur perfecta conclusio ex duobus extremis, primo, & ultimo constata. Dicitur autem Medium hoc loco, quod subijcitur Maiori extremo, & dicitur de minori, ut paulò ante docuimus, quod propterea non tãtum naturâ, sed etiam collocatione Mediũ est inter ambo extrema. Appellantur verò extrema in hac Figura duo illi termini, quorum unus continetur sub medio, scilicet minus extremum: alter sub quo medium continetur, quod est primum, & maius extremum. 2 Primus igitur modus utilis, & uniuersus est: si Propositio sumatur uniuersa affirmans, Assumptio item uniuersa affirmans, necessariò colligitur inde conclusio uniuersa affirmãs. Barbara.
Vt omne animal est substantia, omnis homo est animal, igitur omnis homo est substãtia. Demõstratur hæc coniugatio firma esse, id est, ex talibus sumptionibus necessariò sequi talem conclusionẽ, primo illo principio, & axiomate initiò proposito, dici de omni re: si enim substantia dicitur de omni animali, nihil sumitur sub animali, de quo non dicatur substantia: sed omnis homo sumitur sub animali: igitur de omni homine est necesse dicatur substantia. 3 Secundus modus utilis, & uniuersus est: si Propositio fuerit uniuersa negãs, Assumptio uerò uniuersa affirmans, sequitur necessariò conclusio uniuersa negãs. Vt nullũ animal est lapis, omnis homo est animal, igitur nullus homo est lapis. Demõstra-

A. substãtia.
B. animal.
C. homo.
Celarent.
A. lapis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Primus modus inutilis.

c, efficietur, vt a de nullo c dicatur. 4 Quòd si Primum extremũ ex toto Medio sequatur, Medium autem nulli cõueniat vltimo extremo, non erit extremorũ Ratiocinatio: nihil enim necessariò cõsequitur hoc ipso, quòd hæc sunt. Quoniam fieri potest, vt Primũ extremũ toti, & nulli vltimo extremo cõueniat. 5 Itaque neq; ex parte, nec vniuersè quidquam necessariò efficitur. Quòd si nihil necessariò concludatur, ex his nulla erit Ratiocinatio. Termini omni

Secundus modus inutilis.

inesse sunt, animal, homo, equus: nulli inesse, animal, homo, lapis. 6 Nec Ratiocinatio erit, cùm primum extremum in nullo Medio,

B.animal. C.homo.

tur secundo illo principio, dici de nulla re. Nam si nullum animal est lapis, nihil sumetur sub animali, de quo non negetur lapis: sed omnis homo sumitur sub animali, igitur de omni homine negabitur lapis. 4 Antequam progrediamur ad explicandos modos utiles particulares, exponendi sunt duo modi uniuersi inutiles. Primus est, cùm propositio sumitur uniuersa affirmãs, & Assumptio uniuersa negans. Terminis enim ita collocatis, nulla fieri potest è duobus extremis perfecta conclusio, nec sequitur propter sumptiones. Nam dantur in hac coniugatione termini omni inesse, ubi Primum extremum toti ultimo conueniat: & termini nulli inesse, ubi Primum extremum nulli ultimo cõueniat. Dari Terminos omni inesse est, cùm in ea dispositione, ueris existẽtibus ambabus sumptionibus, ex maiori extremo, & minori cohalescit conclusio uniuersa affirmans uera: dari uerò terminos nulli inesse est, cùm sumptis alijs terminis, eodẽ modo collocatis, ueris etiam existentibus sumptionibus, ex maiori extremo, & minori componitur cõclusio uniuersa negans uera. Vnde cõstat inutilem esse omnino eiusmodi coniugationem, quia incertum est cuiusmodi ex ea sequatur conclusio. In recta enim coniugatione Pronuntiatorũ, certa sequitur perpetuò conclusio, ita ut ueris existentibus ipsis Pronuntiatis, non possint maius extremum, & minus nisi uno modo in ueram conclusionem conuenire, nedum contrarijs modis. Nam inde quoq; efficitur, ut detur antecedens uerum, & consequens falsum, qua demonstrandi ratione utemur in omnibus modis inutilibus refutãdis. 5 Itaq; ex huiusmodi collocatione non modò nulla sequitur certa conclusio uniuersa, uerùm nec particularis: ac proinde cùm nihil necessariò efficiatur, nulla colligi potest cõclusio. Termini omni inesse sunt, animal, homo, equus. Vt omnis homo est animal, nullus equus est homo, atqui omnis equus est animal. Termini nulli inesse, animal, homo lapis. Vt omnis homo est animal, nullus lapis est homo, atqui nullus lapis est animal. 6 Secundus modus inutilis est, cùm ambæ sumptiones sumuntur uniuersæ negantes. Termini, in quibus primum extremum toti inest ultimo, scientia, linea, Medicina: ut nulla linea est scientia, nulla medicina est linea, omnis medicina est scientia.

& medium in nullo inest vltimo extremo. Termini omni inesse, scientia, linea, Medicina. Termini nulli inesse, scientia, linea, vnitas. 7 Perspicuum igitur est cùm termini sumuntur vniuersè, quando futura sit ratiocinatio, & quando non item. Tum etiã quãdocunq; fuerit Ratiocinatio, necessarium esse sic affectos esse terminos inter se, vt diximus: & contra si eo modo affecti fuerint, perspicuum futuram esse Ratiocinationem. 8 Si autem ex terminis, hic quidem vniuersè sumatur: ille verò ex parte sit affectus ad alterum. Si quidem quod vniuersum est, accommodetur ad maius extremum aut affirmatè, aut negatè: quod autem ex parte, ad minus extremũ affirmatè, Ratiocinatio perfecta efficiatur est necesse. 9 Cùm autem ad minus extremum accommodatur vniuersum, aut aliter affecti sunt termini, non potest fieri Ratiocinatio. Appello maius extremum, in quo Medium continetur: minus autem quod continetur in Medio. 10 Esto enim vt omne b sit a, & aliquod c sit b. Si igitur id est dici de omni re, quod initiò exposuimus, necessariò se-

scientia. Termini nulli inesse, scientia, linea, unitas. Vt nulla linea est scientia, nulla unitas est linea, nulla unitas est scientia. 7 Hactenus igitur cõstat cùm omnes termini sumũtur uniuersè, ita ut ambæ sumptiones sint uniuersæ, quãdo ex eis recta cõstituatur Ratiocinatio, ac necessariò sequatur cõclusio, & quãdo non item. Tũ etiã cõstat si futura sit Ratiocinatio ex duobus pronũtiatis uniuersis, sic esse disponẽdos terminos, ut præcepimus in duobus modis prioribus: & cõtrà si ita disponantur, & affecti sint, futurã esse ex ipsis firmã, & cõstantẽ Ratiocinationẽ, ut hæc uicißim reciprocentur. 8 Explicatis modis uniuersis, sequitur particulares omnes, tã utiles, quàm inutiles exponamus. Ac primũ duo utiles simul posßũt ad hũc modũ explicari, cùm termini ita sunt affecti inter se, ut alterũ extremum cum Medio iungatur uniuersè, alterũ ex parte, ita ut altera ex sumptionibus sit uniuersa, altera ex parte: si quidẽ Propositio fuerit uniuersa affirmãs, aut negãs: Assumptio particularis affirmans, necessariò inde sequitur perfecta conclusio. 9 Tamen si Assumptio sumatur uniuersa, & propositio particularis, aut aliter affecti sint termini, quàm in duobus modis proximè explicatis, nulla potest constare Ratiocinatio. Atque appello etiam hoc loco maius extremum, quod dicitur de Medio, & minus, de quo dicitur Medium. 10 Est ergo Primus modus utilis ex particularibus, cùm Propositio sumitur uniuersa affirmans, & assumptio particularis affirmans, sequitur conclusio particularis affirmans. Vt omne animal sentit, quoddam corpus est animal, igitur quoddam corpus sentit. Confirma-

Darij. A.sentire. B.animal. C. corpus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quitur, vt aliquod c sit a. 11 Quòd si nullũ b est a, & aliquod c est b, necessariò efficitur aliquod c non esse a. Explicatum enim est, quid appellemus de nulla re dici. Itaque perfecta erit Ratiocinatio. 12 Similis est etiam ratio si indefinitum fuerit pronuntiatum b c, atque affirmans. Eadem enim efficietur Ratiocinatio siue indefinitũ, siue in parte sumatur. 13 Si verò ad minus extremũ ac cõmodetur vniuersum, aut affirmans, aut negãs, nulla erit Ratiocinatio: siue propositio sumatur affirmans, siue negans, siue indefinita, siue in parte. 14 Vt si aliquod b est a, aut non est a, & omne c est b. Termini omni inesse, bonum, habitus, prudẽtia: nulli inesse, bonum, habitus, inscitia. 15 Rursus si nullũ c est b, & aliquod b est a, aut non est a, aut non omne b est a, neque hoc modo efficietur Ratiocinatio. Termini quidem omni inesse, album, equus,

Tertius modus inutilis, & quartus. Quintus, & sextus inutiles.

Ferio.

A. lapis. B. animal. C. corp⁹.

tur illo primo principio, dici de omni re. Si enim omne animal sentit, quidquid sumitur sub animali, de eo dicitur sentire: sed quoddam corpus sumitur sub animali, ergo de quodam corpore dicetur sentire. 11 Secundus modus utilis est, cum Propositio sumitur uniuersa negans, & Assumptio particularis affirmans, sequitur conclusio particularis negans. Vt nullum animal est lapis, quoddam corpus est animal, ergo quoddam corpus non est lapis. Confirmatur secundo principio, de nulla re dici. Nam si nullum animal est lapis, nihil sumitur sub animali, de quo non negetur lapis: sed quoddam corpus sumitur sub animali, ergo de quodã corpore negabitur lapis. Quare ex hac collocatione perfecta colligitur conclusio. 12 Eodem modo efficietur perfecta Ratiocinatio, si Assumptio sumatur indefinita affirmans, quoniam in compositione Ratiocinationum idem ualẽt pronũtiatum indefinitũ, & particulare. Vt omne animal sentit, corpus est animal, ergo corpus sentit. 13 Omnes alij modi, qui secuntur sunt inutiles. Primùm si Assumptio sumatur uniuersa, seu affirmans, seu negans: Propositio uerò particularis, aut indefinita, siue affirmans, siue negans, nulla fit utilis ratiocinatio. 14 Primùm autem fiunt duo modi inutiles tertius, & quartus, si propositio sumatur particularis affirmans, aut negans, assumptio uerò uniuersa affirmans. Termini omni inesse, bonum, habitus, prudẽtia. Vt aliquis habitus est bonus, uel non est bonus, omnis prudentia est habitus, omnis prudentia est bona: Nulli inesse, bonum, habitus inscitia. Vt aliquis habitus est bonus, aut aliquis nõ est bonus, omnis inscitia est habitus, nulla inscitia est bona. 15 Alij duo modi inutiles quintus, & sextus fiunt, si Propositio sumatur particularis affirmans, aut negãs, Assumptio uerò uniuersa negans, nulla enim sequitur conclusio. Termini omni

in esse,

cygnus: nulli inesse album, equus, coruus. Eædem fient Ratiocinationes si Propositio a b indefinita sumatur. 16 Neq; cùm ad maius extremum accommodatur vniuersum, aut affirmans, aut negans, ad minus autem extremũ, negans ex parte: nõ in quam fiet Ratiocinatio, siue indefinita, siue ex parte sumatur Assumptio. 17 Quemadmodum si omne b est a, & aliquod c non est b. Cui enim aliqua ex parte non cõuenit Medium, fieri potest vt huic tum omni, tum nulli conueniat primum extremum. Subijciantur enim termini, animal, homo, album. Deinde ex ijs albis, de quibus nõ dicitur homo, sumantur cygnus, & nix. Igitur animal de omni altero horum duorum dicetur, & de nullo altero. Quare nulla erit Ra

Septimus modus inutilis.

inesse, album, equus cygnus. Vt aliquis equus est albus, aut non est albus, nullus cygnus est equus, omnis cygnus est albus: Nulli inesse, album, equus, coruus. Vt aliquis equus est albus, aut non est albus, nullus coruus est equus, nullus coruus est albus. Eadem erit ratio si propositio sumatur indefinita. 16 Alij duo modi inutiles, septimus, & octauus fiunt, cùm Propositio sumitur uniuersa affirmans, aut negans: Assumptio uerò particularis, aut indefinita negans. Nulla enim ex huiusmodi collocatione sequitur cõclusio. 17 Primus itaq; modus inutilis ex his duobus est, cum Propositio sumitur uniuersa affirmans, & Assumptio particularis negans. Dãtur enim in hac cõiugatione Termini omni inesse, & nulli inesse: quia fieri potest, ut sumatur quoddam minus extremum, de quo in parte negetur mediũ, & ei omni conueniat primum extremum: tum etiã alterum minus extremum, de quo in parte negetur etiam Medium, & ei nulli cõueniat Primum extremum. Exempli gratia, si statuãtur Termini, animal, homo, album. Fit quidem inutilis Ratiocinatio, omnis homo est animal, quoddam albũ nõ est homo. Tamen quia pronuntiatum particulare est indefinitum quòd ad ueritatem; nam interdum est uerum propter se, ita ut eius subcontrarium sit etiam uerum. ut quidam homo est albus: interdum propter uniuersum, cui subijcitur, ut quidã homo est animal. Cum Assumptio est uera propter se, ut in proposita Ratiocinatione, quoddam album non est homo, non possunt dari termini omni inesse, & nulli inesse, quia sumpto subcontrario uero, quoddam album est homo, fiet utilis Ratiocinatio in tertio modo. Verumtamen probabitur esse inutilis Ratiocinatio per expositionem, si sub albo sumantur aliqua duo, de quibus omnino negetur homo: sed de altero eorum omnino dicatur animal, de altero omnino negetur, ut sunt cygnus, & nix. Tũc termini omni inesse erũt animal, homo, cygnus. Vt omnis homo est animal, aliquis cygnus nõ est homo, omnis cygnus est animal. Termini nulli inesse, animal, homo, nix. Vt omnis homo est animal, quædam

nix non

Universidad de Deusto
Biblioteca

8. modus inutilis.

tiocinatio. 18 Rursus esto vt nullum b sit a, & aliquod c non sit b. Atque constituantur termini inanimatum, homo, album. Desit b. Atque constituantur termini inanimatum, homo, album. Desinde ex ijs albis, de quibus non dicitur homo, sumantur cygnus, & nix. Inanimatum enim de horum altero omni dicitur, & de altero nullo dicitur. 19 Præterea quoniam indefinitum est pronuntiatum, aliquod c non est b: nam verum est si nullum c sit b, atque si non omne c sit b, propterea quòd aliquod c non sit b. Sumptis eiusmodi terminis, vt nullum c sit b, nulla erit Ratiocinatio, quòd iam antea dictum est. 20 Perspicuum igitur est propterea quod termini ita sunt affecti, nullam fieri ratiocinationem. Alioquin & in terminis hoc modo affectis fieret. Similiter enim demõstrabitur,

Quatuor modi inutiles. 9. 10. 11. & 12.

si sumatur assumptio vniuersa negãs. 21 Quòd si ambo interualla ex parte sumantur, aut affirmatè, aut negate, aut alterũ affirmãs,

nix nõ est homo, nulla nix est animal, ubi assumptio est uera, propter uniuersum pronuntiatum, cui subijcitur. 18 Secundus modus inutilis est, cùm Propositio sumitur uniuersa negans, & Assumptio particularis negans. Dantur enim termini omni inesse, & nulli inesse. Vt si statuãtur termini, inanimatum, homo, album, fiet quidem inutilis ratiocinatio, nullus homo est inanimatus, aliquod albũ non est homo. Tamen quoniam Assumptio est uera propter se, non possunt hoc modo dari termini omni inesse, & nulli inesse, ut antea dictum est, sed potest probari esse inutilis expositione, si sub albo sumantur cygnus, & nix, de quibus omnino negatur homo, ut assumptio sit uera propter uniuersum. Tũc termini omni inesse erũt inanimatum, homo, nix. Vt nullus homo est inanimatus, quædam nix nõ est homo, omnis nix est inanimata. Nulli inesse, inanimatũ, homo, cygnus, nullus homo est inanimatus, quidam cygnus non est homo, nullus cygnus est inanimatus. 19 Hoc idem alia ratione probatur. Quoniam assumptio particularis negans, indefinita est quòad ueritatẽ, ut diximus, quia potest esse uera propter se, & propter uniuersum pronuntiatum, ut aliquis homo non est lapis, uerũ est pronuntiatum, quia uerum est uniuersum, nullus homo est lapis: cùm autem assumptio sumitur uniuersa negans, nulla potest fieri ratiocinatio: iam enim hoc antea demonstratum est. Igitur si fuerit particularis negans, uera propter uniuersam, nulla fiet ratiocinatio. 20 Constat igitur ex his, cùm termini ita sunt affecti, ut assumptio sit particularis negans, nullam fieri ratiocinationem. Alioquin fieret etiam sumpta assumptione uniuersa negante. Eadem enim est utriusque demonstratio, cùm assumptio est particularis negans, uera propter uniuersam. 21 Tandem multi modi inutiles, omnes scilicet qui supersunt, simul expli-

alterum negans; aut alterum indefinitum, alterum definitũ, aut ambo indefinita, nulla erit prorsus ratiocinatio. Termini cõmunes omnium, animal, album, equus: Animal, album, lapis. 22 Perspicuum igitur est ex ijs, quæ dicta sunt, si extiterit Ratiocinatio ex parte in hac prima Figura, necessarium esse sic affectos esse terminos, vt docuimus: atque si ita affecti sint termini, necessariò fieri ratiocinationem. Si autem aliter afficiantur, nullo pacto fieri ratiocinationem. 23 Planũ etiam est, omnes in hac Figura Ratiocinationes perfectas esse: omnes enim per ea principia, quæ sumpta sunt initiò perficiuntur. Tum etiam omnes quæstiones per hanc Figurã demonstrari: scilicet eam, quæ continet aliquid omni inesse, & nulli inesse; alicui inesse, & alicui non inesse. Atque appello hanc Figuram primam.

explicantur: nam si indefinita pronuntiata sumantur tãquam particularia, sunt modi inutiles hoc loco quatuor; si uerò ut diuersa à particularibus, sunt omnes sexdecim. Cùm scilicet ambo pronũtiata (quæ interualla dicuntur duorum terminorum) sumuntur particularia, uel ambo quidem affirmantia, uel ambo negãtia, aut certè unum affirmans, alterum negans, aut unum indefinitum, alterum aliqua particulari nota definitum, aut ambo indefinita. Nulla enim sequi potest conclusio. In quibus omnibus termini cõmunes omni inesse sunt, animal, album, equus. Vt aliquod albũ est animal, aut nõ est animal, aliquis equus est albus, aut nõ est albus, omnis equus est animal. Nulli inesse, animal, albũ, lapis. Vt aliquod albũ est animal, aut nõ est animal, aliquis lapis est albus, aut nõ est albus, nullus lapis est animal. 22 Manifestũ igitur relinquitur ex ijs, quæ dicta sunt, si cõcludatur cõclusio ex parte in hac prima Figura, sic affectos esse terminos, quẽadmodum docuimus, ut scilicet Propositio sit uniuersa, Assumptio particularis affirmans: & contrà si termini ita sint affecti, necessariò colligi conclusionem. Si uerò aliter afficiantur, nullam collegi posse conclusionem. 23 Demum ex superiori disputatione planum factum est, omnes ratiocinationes huius figuræ perfectas esse: omnes enim confirmantur duobus illis principijs initiò propositis, dici de omni re, & de nulla re dici. Constat etiam omne genus quæstionis per hanc Figuram concludi, & demonstrari: uniuersum affirmans, uniuersum negans, particulare tam affirmans, quàm negans. Nam in secunda figura tantũ cõcluditur quæstio negans, in tertia quæstio particularis. Atq; his de causis appello hanc primã figuram: tum etiam, ut initiò capitis diximus, quia Mediam in ea habet ueram rationem Medij, cùm collocatione Mediũ existat inter duo extrema.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Omnes modi inutiles in prima Figura.

1 CVm sumptiones ambæ uniuersæ, & negantes.
2 Cùm propositio uniuersa affirmans, Assumptio uniuersa negans.
3 Propositio particularis, Assumptio uniuersa, ambæ affirmantes.
4 Propositio particularis, Assumptio uniuersa, ambæ negantes.
5 Propositio particularis affirmans, Assumptio uniuersa negans.
6 Propositio particularis negans, Assumptio uniuersa affirmans.
7 Propositio uniuersa, Assumptio particularis, ambæ negantes.
8 Propositio uniuersa affirmans, Assumptio particularis negans.
9 Ambæ sumptiones particulares affirmantes.
10 Ambæ sumptiones particulares negantes.
11 Propositio affirmans, Assumptio negans, ambæ particulares.
12 Propositio negans, Assumptio affirmans, ambæ particulares.

Scholia in cap. quartum.

AMbo pronũtiata Syllogismi Græcè vocãtur ab Aris. πρότασις, quòd proponãtur ad cõcludendũ aliquid, separãtur autem Periphrasi quadam: nam primum appellat πρότασιν πρὸς τὸ μεῖζον & interdũ πρὸς τῷ μείζονι, secũdum πρότασιν πρὸς τὸ ἔλαττον, id est, primum vocat pronuntiatum accommodatum ad maius extremum; alterum ad minus extremum. Vnde ab Alexandro, & alijs Græcis interpretibus vnum vocatur maior propositio, alterum minor propositio. Tamẽ Perionio, & alijs linguæ politioris visum est, vt primum pronuntiatum cum Cicerone appelletur Propositio: secundum Assumptio. His enim nominibus distinguit Cicero partes argumẽtationis primo de Inuentione. Videntur quoq; similibus nominibus Græcis separari, vt alterum dicatur πρότασις, alterum πρόσληψις. Quanquam, vt verum fatear, hæc nominum differentia non possit accipi ex Aristotele. Nam quemadmodum vtrumq; pronuntiatum dicitur πρότασις ab Aristotele, sic etiam vtrumq; ab eodẽ πρόσληψις, id est, assumptio appellatur: nõ quidem ambo simul, sed hac ratione. Si priùs sumptum fuerit pronuntiatum aliquod ad concludendam conclusionem: deinde cum eo adiungatur alterum, hoc secundũ quod adhibetur semper ab Aristotele πρόσληψις, id est, assumptio vocatur, siue

siue hoc sit maius, quod dicitur propositio, siue minus, quod dicitur assumptio. Idque apparet ex multis locis huius disputationis, ex quibus satis erit vnum, aut alterum in testimonium adferre. In secundo libro huius disputationis, cap. 27. Vbi docet ex enthymemate fieri integram ratiocinationem, si adiungatur illud pronuntiatum, quod deest; sic habet ἔαν μὲν ὃν μία λεχθῇ πρότασις, σημεῖον γίνεται μόνον, ἐὰν δὲ καὶ ἡ ἑτέρα προσληφθῇ, συλλογισμός, id est. Si quidem igitur vnũ exprimatur pronuntiatum, signum efficitur tantùm: si verò alterum assumatur, ratiocinatio. Dicitur igitur ab Aristotele illud pronuntiatum assumi, quod adiungitur ei, quod inerat in enthymemate. Constat autem illud, quod adiungitur, interdum esse pronuntiatum primum Syllogismi, quod dicitur propositio. Præterea in reuocatione Syllogismorum imperfectorum ad perfectos, ea pronuntiata, in quæ priora reciprocantur, dicuntur ab Arist. assumi, ac proinde assumptiones; vt primo libro, cap. 5. πάντες γὰρ ἐπιτελοῦνται προσλαμβανομένων τινῶν, id est, omnes enim perficiuntur assumptis quibusdam. Sic appellantur, quia assumuntur cum alijs, vt fiat Syllogismus in prima figura. At cõstat etiam illud pronuntiatum, quod assumitur per reciprocationem, vt reuocetur Syllogismus, interdum esse propositionem, vt in reuocãdis tribus modis prioribus secundæ figuræ. Nihilominus distinguemus duo pronuntiata cum Cicerone his nominibus, propositio, & assumptio, quæ iam recepta sunt in scholis bonarum literarum, quandoquidem huius appellationis causa probabilis reddi potest. Illud enim pronuntiatum, quod continet maius extremum, naturâ, & dignitate primum est in Syllogismo, commodè igitur appellabitur propositio, quòd primo loco proponatur. Alterum, quod continet minus extremum, secundum habet locum, vnde aptè vocabitur assumptio, quòd aßumatur tanquã socia cum propositione, ad colligendam conclusionem. Sed quemadmodum ambo dicuntur vno nomine pronuntiata, sic appellantur ambæ sumptiones. Nam suprà capite primo tam pronuntiatum demonstratiuum, quàm dialecticum, quatenus sumuntur in Syllogismo λῆψις, id est, sumptionem appellauit, & primo Topico. cap. 1. & 8. cap. 1. ambo pronuntiata dicuntur λήμματα id est, sumptiones.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Figura videtur ab Alexãdro definiri κοινωνίαν δύο προτάσεων κατὰ τὸ μέσον ὅρον, *id est, communio duorum pronũtiatorum penes Medium terminum. Eodem modo definitur in breui quodam Compendio Syllogismorum, quod fertur Græcè sine nomine autoris. Nam vis, & ratio Syllogismi in sola coniũctione duorum pronuntiatorũ ex Medij collocatione sita esse videtur. Quod etiam indicat Aristoteles infra, cap. 5. estatim initiò his verbis, Cùm autem vnum, & idem in alio toto ineſt, & in alio nullo ineſt: aut in vtroque omni, aut in vtroque nullo, eiusmodi appello secundam figuram. Atque sunt huiusmodi tres figuræ, tres species Syllogismi penes formam, & collocationem. Deinde continẽt singulæ sub se alias species, quæ appellantur modi, qui sunt quasi species infimæ. Potest autem modus definiri, certa coniugatio pronũtiatorum penes qualitatem, & quantitatem. Illæ verò formæ, Demonstratio, Syllogismus Dialecticus, & Sophisticus sunt species Syllogismi, quatenus accommodatur ad probandum aliquid.*

1 *Necessariò efficitur extremorum perfecta ratiocinatio.*)συλλογισμὸς, *id est, Ratiocinatio verbum est multiplex apud Aristotelem, atq; in hoc ipso opere. Nam interdum significat solam coniugationem duorũ pronũtiatorum, scilicet propositionis, & assumptionis, de qua significatione agemus inferiùs cap. 26. interdum solam conclusionem, vt in hoc loco, & in sequentibus sæpissimè. Nam vbicunque dicit* ἔσαι συλλογισμός, *erit ratiocinatio; nihil aliud significat, quàm futurã esse cõclusionẽ. Et cùm explicãs modũ aliquẽ inutilẽ dicit* οὐκ ἔσαι συλλογισμός *nõ erit ratiocinatio, sensus est, non efficietur conclusio, vnde nos in vertendo Græca nonnunquam vnam Græcam orationem gemina Latina explicamus, vt res dilucidior fiat; sic enim vertimus, nulla erit ratiocinatio, nec vlla sequetur conclusio. Vtraque significatio est accommodata ad vim verbi: nam cùm* συλλογίζεσθαι *sit ratione aliud ex alio colligere, coniunctio duorum pronuntiatorum dicitur Syllogismus, quia colligit conclusionem; & ipsa cõclusio Syllogismus; quia colligitur. Est & alia significatio huius nominis vulgaris pro tota compositione ex pronũtiatis, & conclusione. Contraria ratione fecit Cicero, qui conclusionem accepit aliquãdo pro toto Syllogismo, vt. 2. de Diuinatione, cõclusio autẽ*

rationis,

rationis ea probanda est, in qua ex rebus non dubijs, id, quod dubitatur efficitur.

2 *Si enim a dicitur de omni b. & c.)Quia res erat laboriosa tot, tamq; varios modos, & colligẽdi rationes animo retinere, excogitarũt Græci quædam vocabula, quæ hac in parte labenti memoriæ subuenirent, quæ his tribus versiculis continentur.*

τῦ πρώτυ σχήματος γράμματα, ἔγραψε, γραφίδι, τεχνικός,
τῦ δευτέρυ ἔγραψε, κάτεχε, μετρίου, ἄχολοι,
τῦ τρίτυ ἅπασι, σθεναρός, ἰσάκις, ἀσπίδι, ὁμαλός,
φέρις.

Singula singulos modos, & coniugationes declarant, quemadmodum fiant. Sunt enim in ipsis quatuor vocales significantes α, ε, ι, ο. α, *significat pronuntiatum vniuersum affirmans,* ε, *vniuersum negans,* ι, *particulare affirmans,* ο, *particulare negans. Prima vocalis in quouis vocabulo significat propositionem, secunda assumptionem, tertia conclusionem. Quæ sunt in primo versiculo, pertinent ad primam figuram, quæ in secũdo, ad secundã, quæ in tertio, ad tertiam, atque eodem ordine, quo explicantur ab Aristotele, feruntur hæc vocabula in Græcis codicibus. Quidam ascribunt ea Alexandro. Tamen in Commentarijs Alexandri non reperiuntur, nec in Commẽtarijs Græcis Philoponi, nec Magentini vlla fit eorum mentio; vnde existimo posteriùs inuenta fuisse. Latini eidem rei similia fecerũt Latina vocabula, plura tamẽ, quàm Græci: quia in prima figura non tantùm explicant quatuor modos perfectos, verũ etiã quinque illos imperfectos indirectè concludentes, quorum duos tradit Aristoteles. 7. cap. huius libri, tres autem addiderunt Theophrastus, & Eudemus. Continentur verò his quatuor carminibus.*

Barbara, celarent, darij, ferio, baralipton.
Celantes, dabitis, fapesmo, fresesomorum.
Cesare, Camestres, festino, baroco, darapti.
Felapton, disamis, datisi, bocardo, ferison.

Græca hoc præstant Latinis, quòd omnia sunt vocabula aliquid significantia, ex Latinis maior pars ficlitia sunt, nihil omnino significantia. Tamẽ ad eam rem, cui facta sunt, multò aptiora sunt Latina, quàm Græ-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ca. Nam Græca tantùm significãt Syllogismi cõpositionem, Latina verò præter compositionem, declarãt etiam ad quem modum perfectũ redigatur vnusquisque ex imperfectis, & qua ratione. Sũt ergo in his vocabulis quatuor vocales significãtes, similes omnino illis Græcis a, e, i, o. a significat pronũtiatum vniuersum affirmãs, e vniuersum negãs, i particulare affirmãs, o particulare negãs. Prima vocalis in vnoquoque vocabulo indicat propositionem, secunda assumptionem, tertia cõclusionem: si post tertiam alia sequatur, nihil significat, quoniam addita est ad explẽdum carmẽ, vt in Baralipton, & Frisesomorum. Insunt præterea in ipsis octo consonãtes significãtes, ex quibus quatuor sunt initiales, b, c, d, f. Ab his quatuor incipiũt quatuor modi perfecti primæ figuræ barbara, celarent, darij, ferio: ab eisdem incipiunt omnes alij modi. Significant igitur omnem modum imperfectum reuocari ad eum perfectum, qui incipit ab eadem consonante, vt Baroco ad Barbara. Aliæ quatuor continentur in medio vocabulo, aut in fine S, p, m, c, quæ declarant qua ratione debeat fieri reuocatio modi imperfecti, ad perfectum. S declarat pronuntiatum, quod significatur vocali proximè præcedente, esse reciprocandum simplici, vt aiunt, reciprocatione, vniuersum in vniuersum, parliculare in particulare; p significat esse reciprocandum ex parte, scilicet vniuersum in particulare, m in eo modo, vbi hoc elementum continetur, esse transmutandas sumptiones, scilicet propositionem in assumptionem, & contra, vt in Camestres, c verò declarat eum modum, vbi continetur, non posse redigi ad primam figuram reciprocatione pronuntiatorum, sed tantùm ratione ducente ad incommodum; vt Baroco. Scio hæc peruulgata esse, & puerilia: libuit tamen in his paulisper ludere, ne quidquam desiderarent studiosi adolescentes in his nostris Commentarijs.

2 Diximus enim antea quid appellemus dici de omni re.) Existimat Petrus Ramus Aristotelomastix ineptè, & contra rectam docendi rationem fecisse Aristotelem, qui quatuor modos perfectos primæ figuræ per duo illa principia, dici de omni re, & nulla re dici, demonstrauerit: & per hos quatuor reliquos imperfectos. Adductus ea ratione, quòd definitio, iudicio eiusdem Aristotelis, non sit demonstranda, sed ponenda, definiatur autem Syllogismus oratio, in qua quibusdã positis, ex ipsis aliud quippiã necessariò cõsequatur. Tamẽ neq; vim harũ demõstrationum intellexisse videtur, nec Aris. institutũ. Nõ demõstrat Aris. definitionẽ, & essentiã Syllogismi, quæ tãtũ sita est in cõmunione pronũtiatorũ penes vnũ mediũ. Quod autẽ inde necessariò colligatur conclusio, vis quædã est, & facultas propria Syllogismi, quemadmodũ ignis vrere, solis diẽ efficere. Nã quãuis cõtineatur in definitione, nil refert: solẽt enim res sæpe per proprietates definiri. Hãc igitur affectionẽ demõstrat Aristo. de singulis modis, & cõiugationibus, hoc est probat ex talibus sumptionibus talẽ colligi necessariò conclusionẽ. Instituit enim Aristo. tradere perfectã artẽ raciocinãdi instar artiũ Mathematicarũ, in quibus nihil tradere licet, quod aut principiũ nõ sit, aut per principia demõstratũ. Aris. igitur accõmodatè ad suũ institutũ, primũ omniũ principia cõstituit, deinde ex ipsis reliqua demõstrat. Vnde neq; reprehẽdendus est, quòd modos inutiles tã accuratè persequatur, singulos ratione refellens. Tradẽs enim artẽ more Mathematico nõ satis erat diceret reliquos modos esse inutiles, sed id demõstrare oportebat. Adfert enim hîc Arist. ea, quæ nõ sunt à natura in vniuerso cõstituta, nec habẽt ex ipsa natura certã rationẽ & essentiã, sed sunt opera ab animo nostro fabricata. Vnde erat necesse optimis fundamẽtis firmari, & cõstabiliri, ne quis mera esse figmẽta, & fallaces animi species criminaretur, vt fecit Epicurus, quihoc nomine vniuersam artẽ disserẽdi reprehendebat. Nam dic quæso, quænam ratio tradendi artem perfectam esset, si quis doceret ex tali pronuntiatorũ cõiunctione talẽ sequi necessariò cõclusionem, quòd hæc sit ratio Syllogismi, aut quòd vno vel altero exẽplo confirmetur? Sed de his satis, nõ enim est cõsiliũ in his scholijs omnibus reprehẽsionibus, & iniurijs Rami satisfacere: quãdo multorũ, & doctissimorũ hominũ iudicijs comprobatũ est Petrũ Ramũ nullo iudicio agressũ fuisse acerbã illã Arist. reprehẽsionem. Ex hoc vno scholio cætera Rami qualia sint patere poterit. Eiusdem farinæ est illa reprehensio Laurentij Vallæ in. 3. lib. suæ Dialecticæ, vbi ait se nescire cur secunda figura sit reuocãda ad primam, cùm possit etiam prima in secũdá referri: tertiam autem figuram inutilem esse. Verè quidem dicebat se id nescire: ignorabat

Universidad de Deusto
Biblioteca

rabat enim secundam figuram, & tertiam reuocari ad primam, nihil aliud esse, quàm per primam demonstrari.

7 *Perspicuũ igitur est, cùm termini sumuntur vniuersè &c.)* τὸς ὅρους καθόλου *non appello terminos vniuersos, sed vniuersè sumptos, ne quis imprudẽs deciperetur, quia nõ est idẽ terminos vniuersos esse, & vniuersè sumi. Vniuersi sunt, qui multis cõueniunt, vt homo, animal: dicũtur autem sumi vniuersè, cùm iunguntur inter se cum nota vniuersa, vt omnis homo est animal. Hoc idẽ discrimẽ docet Aristoteles in primo libro de Interpretatione, cap. 5. vbi ait, qui dicit hominem esse album, hominem vniuersum non sumere vniuersè. Quãquam doceat eo loco, solũ subiectum sumi posse vniuersè, nõ autem attributum, quòd nota vniuersa nõ iungatur attributo: hoc verò in loco ambo termini sumi dicuntur vniuersè, non quòd ambo notam habeant vniuersam, sed vt dixi, quòd inter se iungantur, cum vniuersa nota.*

De modis tam vtilibus, quàm inutilibus secundæ figuræ Cap. quintum.

ARGVMENTVM.

EXplicatur primùm ratio huius figuræ, atque Medij, & extremorum desinitio, & collocatio. Explicantur deinde quatuor modi vtiles, qui probantur per primam figuram: tres priores per reciprocationem, & per incommodum, quartus tantùm per incommodum: exponũtur etiam duodecim modi inutiles, ex quibus nulla potest colligi certa conclusio.

* SEcunda Figura, *ut iam antea docuimus est, ubi Mediũ dicitur de utroque extremo, & parte quæstionis, ita ut in utraq; sumptione sit attributum. Connectuntur in hac Figura sexdecim coniugationes, & modi, quatuor tantùm utiles, & duodecim inutiles, quemadmodum in prima Figura. Atque statim initiò proponũtur omnes modi vniuersi, tam utiles, quàm inutiles.* 1 *Est itaque hæc secunda Figura in modis vniuersis, cùm vnum & idem attributum de altero extremo affirmatur vniuersè, & de altero vniuersè negatur: aut de utriſq; vniuersè affirmatur, aut de utriſq; vniuersè negatur: ita ut ambæ sumptiones sint vniuersæ affirmãtes, aut negantes; aut una affirmans, altera negans. Vbi Mediũ est illud attributum, quod de utrisque dicitur, extrema verò, de quibus ipsum Mediũ dicitur. Quamuis autem Medium naturâ Medium sit inter extrema, quòd eius interuentu ipsa extrema conclusionem efficiant: tamen situ extra ipsa extrema est collocatum, ita ut primum omnium existat, quia ubique attributum est, quod naturâ, & dignitate prius est subiecto, quatenus ad attributionem attinet. Deinde post medium proximè sequitur maius extremum, quoniam est attributum cõclusionis, qua parte Medio est simile: tandem collocatur minus extremum lõgiùs à Medio, quia perpetuò subiectum est, tam in sumptionibus, quam in conclusione. Atque hoc ordine proponemus terminos in hac Figura ad connectendam ratiocinationem.* 2 *Primum autem illud intelligendum est, nullam in hac figura fieri perfectam ratiocinationem, nec perfectam colligi conclusionem, quia nõ potest probari illis duobus principijs initiò propositis: nihilominus firma cõnectitur ratiocinatio, & necessariò colligitur conclusio, siue omnes termini sumãtur vniuersè, ita ut ambæ sumptiones sint vniuersæ: siue non ita, sed una vniuersa, & altera particularis. Ac primùm cùm ambæ sumptiones sunt vniuersæ, fiet necessaria ratiocinatio si Medium de altero extremo vniuersè dicatur, de altero negetur, siue propositio sit vniuersa negans, assumptio vniuersa affirmans; siue contrà propositio affirmans, & assumptio negans: non autem aliter, vtpote si ambæ sint affirmantes, aut ambæ negantes.* 3 *Est igitur primus modus vniuersus, & utilis, cùm propositio est vniuersa negans, & Assumptio vniuersa affirmans: sequitur enim conclusio vniuersa negans. Vt nullus lapis est animal, omnis homo est animal, ergo nullus homo est lapis.* * *Est quidem hæc necessaria, & stabilis ratiocinatio, non tamen potest confirmari illo principio initiò proposito, de nulla re dici: quia nihil accipitur sub ipso subiecto propositionis negãtis. Tamen quemadmodum Mathematici postquam per prima principia demonstrarunt prima Theoremata, aut propositiones, ex demonstratis Theorematis demõstrant alia, quæ sequuntur: sic nos hoc loco, per primum figuram, quæ iam est confirmata*

1 CVm autem vnum & idem in aliquo toto inest, & in alio nullo inest: aut in vtroque omni, aut in vtroque nullo, eiusmodi appello secundam figuram. Medium in ipsa voco, quod de vtrisque dicitur: extrema verò, de quibus hoc Medium dicitur. Maius quidem extremum, quod prope Medium positũ est: Minus autem extremum, quod longiùs abest à medio. Collocatur verò Medium extra ipsa extrema, situ quidem primũ. 2 Ac nulla quidem existet perfecta Ratiocinatio in hac figura: nihilominus esse poterit siue vniuersè, siue non vniuersè termini sumantur. Terminis quidem vniuersè sumptis fiet Ratiocinatio, cùm medium in altero toto inest, & in altero nullo inest, vtrauis sumptio negans existat: aliter nequaquam fiet. 3 Esto enim, vt nullum n sit m, & omne x sit m.

M. mediũ. N. maius extremum. X. minus extremum.

Cesare. M. animal. N. lapis. X. homo.

Universidad de Deusto
Biblioteca

4 Quoniam igitur reciprocatur pronuntiatum vniuersum negãs, nullum m est n, sumptum verò est omne x esse m, quare nullum x est n. Hoc enim iam antea probatum est. 5 Rursus si omne n est m, & nullum x est m, nullũ x erit n. 6 Si enim nullum x est m, nullũ m erit x: atqui sumptum fuit omne n esse m, igitur nullum n erit x, effecta enim rursus est prima figura. 7 Quoniã verò reci

primis illis principijs demõstrabimus ratiocinationes huius, & tertiæ figuræ necessarias esse. Quod fiet dum redigentur ad primam figuram per reciprocationem. Nihil enim aliud est reuocare ratiocinationem huius, aut tertiæ figuræ ad primam, quàm ipsam demonstrare per primam figuram. Quæ ratio demonstrãdi nititur, tum reciprocatione, quæ iam initiò tãquam hypothesis est à nobis cõstituta: tum illo uerissimo & notissimo principio, quidquid sequitur ex consequẽte, sequitur ex ante cedente. Ex sumptionibus enim modi imperfecti secũtur sumptiones modi perfecti. 4 Proposita igitur ratiocinatio reuocatur ad secundũ modum primæ figuræ sola propositione reciprocata simpliciter, & uniuersè, hoc modo, nullum animal est lapis, omnis homo est animal, ergo nullus homo est lapis. Tamen Demonstratio habet hanc uim: probandum est ex talibus sumptionibus necessariò colligi talem conclusionem, quod ita explicatur. Erat propositio huius ratiocinationis, nullus lapis est animal, ergo per reciprocationem, nullum animal est lapis. Deinde quidquid sequitur ex consequente, sequitur ex antecedente: sed ex hoc consequente, nullum animal est lapis, cum illa assumptione, omnis homo est animal, sequitur necessariò, nullus homo est lapis, quoniam est in secundo modo utili primæ figuræ, quem iam probauimus esse necessarium: ergo eadem conclusio, nullus homo est lapis, sequetur necessariò ex primo antecedente, nullus lapis est animal, cum eadem assumptione, omnis homo est animal, qui est primus modus propositus huius figuræ. Quapropter hic modus colligẽdi necessarius & stabilis est. Similis est probandi ratio in alijs modis. 5 Secundus modus utilis est, cùm Propositio sumitur uniuersa affirmans, & Assumptio uniuersa negans; sequitur enim necessariò conclusio uniuersa negans. Vt omnis homo est animal, nullum lignum est animal, ergo nullum lignum est homo. 6 Perficitur etiam reuocatione ad secundum modum primæ figuræ assumptione, & conclusione reciprocatis simpliciter & uniuersè, & transmutatis sumptionibus, hoc modo, nullũ animal est lignũ, omnis homo est animal, ergo nullus homo est lignũ. Sed ratio habet hanc uim. Nullum lignum est animal, ergo nullum animal est lignum. Sed ex hoc pronuntiato loco propositionis, & illo omnis homo est animal loco assumptionis, sequitur necessariò, nullus homo est lignum, quia est in secundo modo primæ figuræ. 7 Rursus ex hac, nullus homo est lignũ, sequitur nullũ

Camestres.

M. animal.
N. homo.
X. lignum.

lignum

procatur vniuersum negans nullum x erit n, quare fiet eadem ratiocinatio. 8 Licet hæc eadem ostendere ratione ducente ad incommodum, & id quod esse non potest. 9 Perspicuum igitur est cum termini ita sunt affecti inter se, fieri Ratiocinationem: nõ tamẽ perfectam, quia non solum ex ijs, quæ initiò sumpta sunt, sed etiam ex alijs perficitur quod necessarium est. 10 Si verò m de toto n, & toto x dicatur, nulla erit Ratiocinatio. Termini omni inesse, substantia, animal, homo: nulli inesse, substantia, animal, numerus: me-

Primus modus inutilis.

lignum 'est' homo', quæ erat conclusio propositæ ratiocinationis: ergo eadem conclusio sequetur ex primo illo antecedente, nullum lignum est animal, loco assumptionis, & illa propositione, omnis homo est animal. Quare hic etiam modus necessarius est. 8 Non modò uia recta, sed etiam obliqua, id est ratione ducente ad incommodũ & id quod fieri non potest, confirmare possumus hos duos modos. Vt primum exempli gratia hoc modo. Si modus ille primus non est necessarius, fieri poterit, ut ueris existentibus sumptionibus, cõclusio sit falsa. Esto igitur, ut in proposito exemplo sumptiones sint ueræ, & conclusio falsa, nullus homo est lapis: contradicens erit uera, quidam homo est lapis. At ex illa uera propositione & concessa, nullus lapis est animal, & hac assumptione, quidam homo est lapis, sequitur necessariò, quidam homo non est animal, quia est ratiocinatio in quarto modo utili primæ figuræ, igitur si sumptiones sunt ueræ, conclusio erit uera, quidam homo non est animal: sed hæc contradicit illi assumptioni ueræ & concessæ, omnis homo est animal, dabuntur ergo contradicentes ueræ: atqui hoc nullo modo fieri potest, ergo modus ille colligendi erat necessarius, ita ut ueris sumptis Pronuntiatis, necessariò uera conclusio colligatur. Simili ratione cõfirmari potest secundus modus. Nititur autem hæc probandi ratio principio cõtradictionis. 9 Constat igitur in modis uniuersis, cum ita sunt affecti termini, ac ita sumuntur Pronuntiata, ut diximus, necessariam cõstari ratiocinationẽ, nõ tamen perfectam, & absolutam: quia non potest confirmari ex illis solis duobus principijs initiò propositis, dici de omni re, & de nulla re dici; sed etiam ex alijs demõstrandũ est necessariò sequi cõclusionẽ ex sumptionibus, ut pote reciprocatione, aut ratione ducẽte ad incõmodũ. 10 Sunt in modis uniuersis duo inutiles. Primus cùm ambæ sumptiones sunt affirmãtes: dantur enim termini omni inesse, & nulli inesse. Termini omni inesse sunt, substantia, animal, homo: ut omne animal est substãtia, omnis homo est substantia, omnis homo est animal. Nulli inesse, substãtia, animal, numerus. Vt omne animal est substãtia, omnis numerus est substãtia, nullus numerus est animal. Numerus enim substãtia est ex sententia Pythagoreorum. Tamen si loco numeri sumatur lapis, erunt ueri termini nulli inesse.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Secundus modus inutilis.

dium substantia. 11 Nec quando m de nullo n, & de nullo x dicitur. Termini inesse, linea, animal, homo: non inesse, linea, animal, lapis. 12 Planũ igitur est si futura sit ratiocinatio ex terminis vniuersè sumptis, necessarium esse, sic affectos esse terminos, vt initiò diximus. Si enim secus affecti sint, non efficitur necessariò ipsa conclusio. 13 Cùm autem Medium de altero tantùm extremo dicitur vniuersè, si quidẽ de maiori extremo vniuersè dicatur, aut affirmatè, aut negatè: de minori verò dicatur ex parte, atque contrario modo ipsi vniuerso, (dico autem contrario modo, vt si vniuersum fuerit negans, quod dicitur ex parte sit affirmãs: si verò vniuersum affirmans, quod ex parte sit negans) necessarium est fieri ratiocinationem negãtem ex parte. 14 Si enim nullum n est m, & aliquod x est m, necessariò sequitur aliquod x non esse n. 15 Nam quia reciprocatur vniuersum negans, nullũ m erit n: atqui sumptũest aliquod x esse m, quare aliquod x nõ erit n. Fit enim ratiocina-

11 *Secundus modus est, cùm ambæ sumptiones sunt negantes. Termini omni inesse, linea, animal, homo: ut nullum animal est linea, nullus homo est linea, omnis homo est animal. Nulli inesse, linea, animal lapis: nullum animal est linea, nullus lapis est linea, nullus lapis est animal.* 12 *Itaq; si futura est ratiocinatio ex sumptionibus uniuersis, necesse est ita sint affectæ, ut diximus: ut scilicet propositio sit negans, & assumptio affirmans: aut contrà propositio affirmãs, & assumptio negans: aliter nulla fiet* Ratiocinatio. 13 *Sequuntur deinde modi particulares in quibus duo tantùm sunt utiles, & cõstantes; scilicet cùm* Propositio *est uniuersa, & assumptio particularis; aut propositio negans, & assumptio affirmãs; aut contrà propositio affirmans, & assumptio negans. Sequitur enim ex his necessariò conclusio particularis negans.* 14 *Est ergo primus modus, cùm propositio est uniuersa negans, & assumptio particularis affirmans: colligitur enim necessariò conclusio particularis negans. Vt nullus lapis est animal, aliquod corpus est est animal, ergo aliquod corpus non est lapis.* 15 *Confirmatur hic modus dum reuocatur ad quartum modum utilem primæ figuræ reciprocata propositione simpliciter & in totum, quæ ratio ita explicatur. Nullus lapis est animal, ergo nullum animal est lapis: sed ex hac propositione, cum illa assumptione, aliquod corpus est animal sequitur necessariò, aliquod corpus non est lapis, quia est ratiocinatio in quarto modo primæ figuræ, igitur eadem conclusio sequetur ex primo antecedente, nullus lapis est animal, cum eadem assumptione, aliquod corpus est animal. Quare hic modus constans, ac necessarius est.*

16 *Secundus*

Festino.
M. animal.
N. lapis.
X. corpus.

tio per primam figuram. 16 Rursus si omne n est m, & aliquod x non est m, necessariò efficitur aliquod x nõ esse n. 17 Si enim omne x est n atque omne n est m, necessariò efficitur omne x esse m. Atqui sumptum fuit & constitutum aliquod x non esse m. 18 quòd si omne n est m, & non omne x est m, fiet ratiocinatio & cõclusio, nõ omne x est n. Demõstratio verò eadem est. 19 Si verò sumatur non omne n esse m, & omne x esse m, nulla erit ratiocinatio. Termini inesse animal, substãtia, cõruus: non inesse, animal, album, coruus. 20 Nec cum sumitur aliquod n esse m, & nullum x esse m. Termini inesse, animal, substantia, vnitas: nulli

Tertius modus inutilis.

Quartus inutilis.

16 *Secundus modus utilis est, cùm propositio sumitur uniuersa affirmans, & assumptio particularis negans. Vt omnis homo est animal, quidam lapis nõ est animal, ergo quidam lapis non est homo.* * *Hic modus non potest confirmari reciprocatione, nam particularis negãs non reciprocatur, uniuersa affirmans non potest reciprocari nisi in particularẽ; unde fieret ratiocinatio ex ambabus particularibus. Tamen confirmatur ratione ducente ad incommodum, ubi ratiocinatio concludens incommodum fit in primo modo primæ figuræ, atque ita probatur hic modus per primam figuram, quemadmodum alij.* 17 *Hac ratione. Si modus colligendi non est necessarius, fieri poterit, ut sumptiones sint ueræ, & conclusio falsa. Sint ergo in proposito exemplo sumptiones ueræ, & conclusio falsa, aliquis lapis non est homo, contradicens erit uera omnis lapis est homo. At ex illa prima propositione uera, omnis homo est animal, & hac loco assumptionis, omnis lapis est homo, sequitur necessariò omnis lapis est animal, quoniam est primus modus primæ figuræ: si ergo ambæ sumptiones sunt ueræ, conclusio erit uera, omnis lapis est animal; atqui hæc contradicit illi assumptioni, quæ fuit constituta uera, aliquis lapis non est animal: dabuntur ergo contradicentes ueræ. Cùm igitur hoc esse non posit, relinquitur hic colligendi modus constans, & necessarius.* 18 *Idem erit modus omnino, & colligendi ratio, si ita explicetur omnis homo est animal, non omnis lapis est animal, igitur nõ omnis lapis est homo. Atque eadem demonstratio per incõmodum. Quia non omnis idem est, quod aliquis nõ.* 19 *Sequuntur deinde omnes modi inutiles ex altera sumptione particulari. Primus est, cùm propositio est particularis negans, & assumptio uniuersa affirmans. Termini omni inesse sunt, substantia, animal, coruus. Vt non omne animal est substantia, omnis coruus est substantia, omnis coruus est animal. Nulli inesse, animal, albũ, coruus: ut non omne album est animal, omnis coruus est animal, nullus coruus est albus.* 20 *Secundus, cùm propositio est particularis affirmans, & assumptio uniuersa negãs. Termini omni inesse animal substantia, uni-*

Baroco.
M. animal.
N. homo.
X. lapis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ineſſe, animal, ſubſtantia, ſcientia. 21 Explicatum igitur eſt, cùm pronuntiatum vniuerſum oppoſitum eſt particulari, quando fiat, & quando non fiat Ratiocinatio. Cùm autem ambo pronuntiata ſumuntur eiuſdem formæ, ſcilicet ambo negantia, aut ambo affirmãtia, nullo modo erit Ratiocinatio. 22 Sumantur enim priùs ambo negantia, ſitq; vniuerſum, quod continet maius extremum: vt nullum n ſit m, & aliquod x non ſit m: fieri poterit omne x eſſe n, & nullum x eſſe n. Termini quidem nulli ineſſe, nigrum, nix, animal. 23 Terminos omni ineſſe non licet accipere, ſi aliquod x ſit m, & aliquod x non ſit m. 24 Si enim omne x eſt n, & ſumptũ eſt nullum n eſſe m, nullum x erit m: atqui ſumptum eſt aliquod x eſſe m, non igitur licet ſic accipere terminos.

Quintus modus inutilis.

tas. Vt quædã ſubſtantia eſt animal, nulla unitas eſt animal, omnis unitas eſt ſubſtantia. Nam ex ſententia Pythagoreorum unitates, & numeri ſubſtantiæ ſunt. Nulli ineſſe, animal, ſubſtantia, ſcientia. Vt quædam ſuſtantia eſt animal, nulla ſcientia eſt animal, nulla ſcientia eſt ſubſtantia. 21 Hactenus igitur explicatum eſt in modis particularibus, cùm pronuntiata ſumuntur contrario modo affecta, hoc eſt unum affirmans, alterum negans, quando ex ijs neceſſariò ſequatur cõcluſio, & quando non ſequatur. Si verò ambo ſumantur eiuſdem formæ, hoc eſt ambo affirmantia, aut ambo negantia, nulla fit conſtans ratiocinatio, nec ſequitur certa concluſio. 22 Eſt igitur in his primus modus, cùm ambæ ſumptiones ſunt negantes, propoſitio uniuerſa, & aſſumptio particularis. Fit enim ex hac coniugatione concluſio uniuerſa affirmans uera, & uniuerſa negans uera. Primò termini nulli ineſſe ſunt, nigrum, nix, animal. Vt nulla nix eſt nigra, aliquod animal non eſt nigrum, nullum animal eſt nix. 23 Non licet autem accipere in hoc modo terminos omni ineſſe, ſi aſſumptio particularis ſit uera propter ſe, ita ut eius ſubcontraria ſit etiam uera. 24 Quod per incommodum poteſt demonſtrari.

M. animal. N. lapis. X. corpus.

Sumantur hi termini omni ineſſe, nullus lapis eſt animal, aliquod corpus non eſt animal, ubi aſſumptio ita eſt uera, ut eius ſubcontraria ſit etiam uera, aliquod corpus eſt animal. Si ex his licet accipere hanc uniuerſam affirmantem ueram, omne corpus eſt lapis: ex hac loco aſſumptionis, & ipſa propoſitione ſumpta, ita ratiocinamur neceſſariò in ſecundo modo primæ figuræ, nullus lapis eſt animal, omne corpus eſt lapis, ergo nullum corpus eſt animal: ubi quia ueræ ſtatuuntur ſumptiones, eſt neceſſe ſit uera cõcluſio, nullum corpus eſt animal: ſed hæc cõtradicit illi ſubcontrariæ aſſumptionis, aliquod corpus eſt animal, quæ fuit uera cõſtituta, dabuntur igitur contradicentes ueræ: quod cum eſſe non poſſit, relinquitur non

25 Quamobrem ex indefinito pronuntiato hoc demonſtrandum eſt. Nam quia verum eſt pronũtiatum, aliquod x non eſt m, ſi nullum x ſit m, 26 cùm autem ſumebatur nullum x eſſe m, nulla erat ratiocinatio, manifeſtum igitur eſt neque nunc fore. 27 Rurſus ſunto ambæ ſumptiones affirmantes, & ſumatur eodem modo propoſitio vniuerſa: vt eſto omne n eſſe m, & aliquod x eſſe m: fieri poterit, vt omne x ſit n, & nullũ x ſit n. 28 Termini nulli ineſſe, album, cygnus, lapis. 29 Terminos omni ineſſe non licet accipere, propter eandẽ quam antea reddidimus cauſam: ſed ex indefinito pronuntiato oſtendere oportet. 30 Si verò vniuerſum ad minus extremum adhibeatur, atque aliquod n nõ eſt m, & nullum x eſt m: fieri poterit omne x eſſe n, & nullum x eſſe m.

Sextus modus inutilis.

Septimus modus inutilis.

tur non licere in hoc modo ſumere terminos omni ineſſe, ſi aſſumptio ſit uera propter ſe. 25 Cùm igitur pronuntiatum particulare indefinitum ſit penes ueritatem, ut ante dictum eſt, dabuntur hic termini omni ineſſe, ſi ſumatur aſſumptio particularis uera propter uniuerſam. Vt nullus lapis eſt animal, aliquod marmor nõ eſt animal, omne marmor eſt lapis. 26 Quod etiam licet hac ratione oſtendere. Si cum propoſitione uniuerſa negante, ſumatur aſſumptio uniuerſa negans, nulla fit ratiocinatio, ut antea demonſtratum eſt: ſi ergo ſumatur aſſumptio particularis negans, quæ idem ualeat, quod uniuerſa, qualis ea eſt, quæ eſt uera propter uniuerſam, nulla fiet conſtans ratiocinatio. 27 Secundus modus eſt, ſi ambæ ſumptiones ſumantur affirmantes, atq; propoſitio uniuerſa, & aſſũptio particularis: dantur enim termini omni ineſſe, & nulli ineſſe. 28 Termini nulli ineſſe, albũ cygnus, lapis: ut omnis cygnus eſt albus, aliquis lapis eſt albus, nullus lapis eſt cygnus. 29 Nõ autem licet accipere terminos omni ineſſe, ſi aſſũptio particularis ſumatur uera propter ſe, ut eius ſubcõtraria ſit etiã uera, quod ſimili ratione per incommodũ oſtẽdere licet. Ponãtur hi termini omni meſſe: omnis cygnus eſt albus, aliquod animal eſt albũ, ubi hæc aſſũptio ita uera eſt, uteius ſubcõtraria ſit etiam uera, aliquod animal nõ eſt albũ: ſi ex his licet accipere hãc uerã, omne animal eſt cygnus, ex eadẽ propoſitione uera, omnis cygnus eſt albus, & hac, quæ ponitur uera omne animal eſt cygnus, ſequetur neceſſariò in prima figura uera cõcluſio, omne animal eſt albũ, quæ cõtradicit illi ſubcontrariæ ueræ, aliquod animal non eſt albũ, quod eſſe non poteſt. Tamen quia particulare pronuntiatum incertam habet ueritatem, dabuntur termini omni meſſe, ſi ſumatur aſſumptio particularis uera propter uniuerſam: ut omne animal eſt ſubſtantia, aliquis homo eſt ſubſtantia, omnis homo animal. 30 Sunt præterea alij duo modi inutiles, cum propoſitio eſt particularis, & aſſumptio uniuerſa, am-

M. animal. N. lapis. X. marmor.

Octauus inutilis.

31 Termini ineſſe album, animal, coruus: nulli ineſſe, album, lapis, coruus. 32 Si autem affirmantia ſint pronuntiata, termini nõ ineſſe, album, animal, nix: termini verò ineſſe album, animal, cygnus. 33 Perſpicuum igitur eſt, cum eiuſdem formæ fuerint pronuntiata, atque alterum vniuerſum, alterum ex parte, nullam fieri ratiocinationem. 34 Sed nec fit ratiocinatio, ſi Medium vtrique extremo ex parte ineſt, aut vtrique non ineſt; aut alteri ineſt ex parte, alteri ex parte non ineſt; aut vtriq; nõ omni; aut indefinitè. 35 Termini communes omnium, album, animal, homo: album animal, inanimatum. 36 Planum igitur eſt ex ijs, quæ dicta ſunt, ſi ita termini ſint affecti inter ſe, vt dictum eſt, neceſſariò fieri ratiocinationẽ: atque ſi ratiocinatio fiat, neceſſariò ſic terminos affectos eſſe.

Quatuor modi posteriores inutiles. 9. 10. 11. 12.

37 Perſpicuum etiam eſt, omnes ratiocinationes in hac figura imperfectas eſſe. Quia non poſſunt

ſa, ambæ affirmantes, aut ambæ negantes. Dãtur enim termini omni, & nulli ineſſe. Ac primus ſi ambæ ſumantur negantes. 31 Termini omni ineſſe, albũ, animal, coruus: ut aliquod animal non eſt album, nullus coruus eſt albus, omnis coruus eſt animal: Nulli ineſſe, album, lapis, coruus: ut aliquis lapis non eſt albus, nullus coruus eſt albus, nullus coruus eſt lapis. 32 Secundus, ſi ambæ ſumptiones ſint affirmantes. Termini non ineſſe, album animal nix: ut aliquod animal eſt album, omnis nix eſt alba, nulla nix eſt animal. Termini ineſſe, album, animal cygnus: ut aliquod animal eſt albũ, omnis cygnus eſt albus, omnis cygnus eſt animal. 33 Manifeſtum igitur relinquitur, cùm ambæ ſumptiones ſumuntur affirmantes, aut ambæ negantes, una uniuerſa, altera particularis, nullam fieri ſtabilem ratiocinationem. 34 Tandem ſimul explicantur omnes modi inutiles ex duabus ſumptionibus particularibus, aut affirmãtibus, aut negantibus, aut una affirmãte, & altera negãte, aut ambabus cum hac nota nõ omne, aut ex indefinitis pronũtiata pro particularibus cenſeãtis. Qui omnes quatuor ſunt, ſi indefinita pronũtiata pro particularibus cenſeãtur, ſin minus, ſunt ſexdecim, ut in prima figura. 35 Termini cõmunes omnium ſunt: omni ineſſe, albũ, animal, homo: ut aliquod animal eſt albũ, aut nõ eſt albũ, aliquis homo eſt albus, aut nõ eſt albus, omnis homo eſt animal. Nulli ineſſe albũ, animal, inanimatũ: ut aliquod animal eſt albũ, aut nõ eſt albũ: aliquod inanimatũ eſt albũ, aut nõ eſt album: nullũ inanimatũ eſt animal. 36 Cõſtat igitur ex ijs quæ dicta ſunt, ſi termini ita ſint affecti, ut docuimus in modis utilibus, neceſſa iũ eſſe ex ipſis ratiocinationem fieri, ac colligi concluſionem: & cõtrà ſi fiat ratiocinatio, ſic debere terminos affectos eſſe, ac ſami pronuntiata. 37 Illud etiam manifeſtum eſt, omnes ratiocinationes huius figuræ imperfectas eſſe. Quia non poſſunt confirmari illis principijs de omni, & nulla re dici: ſed omnes perficiuntur, dum reuocantur ad primam figuram, aut per reciprocationem, quæ neceſſariò ineſt in terminis propoſitis: quoniam ex ſumptis pronuntiatis neceſſariò ſequuntur ea, in quæ reciprocantur, aut per hypotheſim, ut in ratione ducente ad incommodum. 38 Tum etiam nullam colligi in hac figura concluſionem affirmantem, ſed negantes omnes, tam uniuerſas, quàm particulares.

Perfectas eſſe. Omnes enim perficiuntur aſſumptis quibuſdam, quæ aut neceſſariò inſunt in terminis, aut ponuntur tanquam hypotheſes. Vt cùm oſtendimus per incommodum, & id quod fieri non poteſt. 38 Tum etiam nullam fieri ratiocinationem affirmantem in hac figura, ſed omnes eſſe negãtes, tam vniuerſas, quàm ex parte.

Omnes modi inutiles ſecundæ figuræ.

1 Ambæ ſumptiones uniuerſæ affirmantes.
2 Ambæ ſumptiones uniuerſæ negantes.
3 Propoſitio particularis negans, aſſumptio uniuerſa affirmans.
4 Propoſitio particularis affirmans, aſſumptio uniuerſa negans.
5 Propoſitio uniuerſa, aſſumptio particularis, ambæ negantes.
6 Propoſitio uniuerſa, aſſumptio particularis, ambæ affirmantes.
7 Propoſitio particularis, aſſumptio uniuerſa, ambæ negantes.
8 Propoſitio particularis, aſſumptio uniuerſa, ambæ affirmantes.
9 Ambæ ſumptiones particulares affirmantes.
10 Ambæ ſumptiones particulares negantes.
11 Ambæ ſumptiones particulares, propoſitio affirmans, aſſumptio negans.
12 Ambæ ſumptiones particulares, propoſitio negans, aſſumptio affirmans.

Scholia in cap. quintum.

1 Collocatur autem Medium extra ipſa extrema, ſitu quidem primum &c.) Quia Medium in hac figura perpetuò eſt attributum, collocatione obtinet primum locum. Nam attributum quà pertinet ad rationem attributionis, naturà, & dignitate prius eſt ſubiecto. Quamuis enim homo, ſi eius naturã ſpectemus, prior ſit albo, quia ſubſtantia: tamen in hac attributione, homo eſt

Universidad de Deusto
Biblioteca

mo est albus, si rationem attributionis consideremus, album est prius, & dignius, quoniam habet rationem formæ; & homo subiectum, rationem materiæ.

8 Licet hæc eadem ostendere ratione ducente ad incommodum, & id quod fieri non potest.) τὴν ἀπαγωγὴν εἰς τὸ ἀδύνατον, id est, ductum ad impossibile, interpretatur Perionius, rationem ducentem ad incommodum: Quam interpretationem ego retineo. Verùm vt intelligerēt studiosi adolescentes quid sit illud incommodum, adiungo ad interpretationem, & id quod fieri non potest, vt vna oratio Græca, gemina Latina sit explicata. Hoc enim est incommodum, sequi id, quod nullo modo constare potest. Sed in hac ratione explicanda Alexander, & alij Græci interpretes, vsque eò ducunt hanc demonstrationem, vt ostendant conclusionem primi Syllogismi, in hac secūda figura, veram esse: vt si vtamur eodem exemplo, quod habetur in Paraphrasi. Si hæ contradicentes non possunt esse simul veræ, omnis homo est animal, quidam homo non est animal, alterum pronuntiatum debet esse falsum, non illud, quod iam est cōcessum, omnis homo est animal, ergo alterum, quidam homo non est animal: vnde collectum est ex aliqua sumptione falsa, non ex illa, nullus lapis est animal, quæ fuit concessa vera, ergo ex illa hypothesi, quidam homo est lapis: quare contradicens erat vera, nullus homo est lapis, quæ erat conclusio prioris Syllogismi. Sic illi explicant totum hunc locum. Mihi tamen cum Latinis interpretibus non tam longè producēda videtur hæc demonstratio, sed sistendum esse, in eo incommodo, vbi colliguntur duo pronuntiata contradicentia simul vera. Consilium enim Aristotelis in hac ratione, non est probare conclusionem prioris Syllogismi veram esse: sed rationem colligendi esse necessariam, quoniam nisi id admitatur, sequitur inde illud incommodum, & impossibile, contradicētia simul esse vera. Similis est ratio in alijs omnibus coniugationibus, tam huius figuræ, quàm sequentis, quæ probantur per incommodum.

9 Quia non solum ex ijs, quæ initiò sumpta sunt &c.) Philoponus, & Magentinus sic interpretantur hunc locum. Hos Syllogismos imperfectos esse, quia eorum necessitas non potest perfici ex solis sumptionibus, quæ sumuntur in Syllogismo, sed ex alijs sumptis per reciprocationem, aut

aut ex hypothesi. Sed alia est interpretatio multò verior, quam agnouit Augustinus Niphus; vt per ea, quæ sumpta sunt initiò, intelligamus duo illa principia, dici de omni re, & de nulla re dici. Sensus enim est. Propterea hos Syllogismos imperfectos esse, quòd non possint confirmari solùm per illa duo principia, quemadmodū, qui sunt in prima figura, sed alia sint præterea necessaria. Cùm autem dicit non solùm, videtur significare per illa quoque principia demonstrari. Quod sic est intelligēdum. Quemadmodum in artibus Mathematicis Theoremata posteriora demonstrantur etiam per prima principia, non tamen proximè, & vt vulgò dicitur immediatè, sed alijs Theorematis prioribus intercedētibus: sic ratiocinationes secundæ, & tertiæ figuræ demonstrantur etiam per illa duo principia, non proximè, sed interueniente prima figura. Interuenit autem prima figura, assumptis alijs pronuntiatis, aut per reciprocationem, aut per hypothesim.

De modis tam vtilibus, quàm inutilibus tertiæ figuræ. Cap. sextum.

ARGVMENTVM.

EXplicatur primùm ratio huius figuræ, Medij, atque extremorum definitio, & collocatio. Deinde exponūtur sex modi vtiles, qui omnes perficiūtur per primam figuram: quintus quidem per incommodum tantùm, reliqui per incōmodū, & reciprocationem. Probantur etiā omnes ratione expositoria. Ostenduntur quoque decem modi inutiles, quòd ex ipsis nulla certa sequatur conclusio.

* SVpereſt explicanda tertia, & postrema Figura: cuius Mediū in utraq; sumptione subiectū est, nam de ipso dicitur utrumq; extremum. Fiunt in hac figura, ut antea diximus, sexdecim cōiugationes, si indefinita pronūtiata pro particularibus habeātur: ex quibus sex tantum sunt utiles, & constantes, decem inutiles. Sunt in hac figura plures coniugationes, & modi utiles, quàm in alijs quia pauciora sunt obseruanda. Nam in prima figura duo obseruanda sunt, scilicet ut propositio semper sit uniuersa, & assumptio semper affirmans. In secunda item duo, ut propositio semper sit uniuersa, & ne sint ambæ sumptiones affirmantes, aut negantes. In tertia unum tantùm obseruandum est, ut assumptio perpetuo

1 CVm verò eidem subiecto hoc quidem omni conuenit, illud verò nulli, aut ambo omni conueniunt, aut ambo nulli, eiusmodi figuram appello tertiam. Medium autem in ipsa dico, de quo ambo enuntiamus: extrema verò illa, quæ enuntiantur. 2 Maius quidem extremum, quod longiùs abest à Medio: minus verò, quod ipsi Medio propinquius est. Ponitur autem Medium extra ipsa extrema, ita vt collocatione sit vltimũ. 3 Nec quidem in hac figura perfecta fit vlla ratiocinatio. Nihilominus fieri poterit, siue omnes termini vniuersè iungantur cum Medio, siue nõ omnes vniuersè. 4 Cùm igitur termini vniuersè ponuntur, si sumamus omne s esse p, & omne s esse r, efficietur ratiocinatio necessariò cõcludens, aliquod r esse p. 5 Nã quia reciprocatur pro-

P. maius extremum.
R. minus extremum.
S. Medium.

sit affirmans. Vtra uerò existat particularis nihil refert. 1 *Primò uerò proponuntur omnes modi uniuersi, tam utiles, quàm inutiles, cùm scilicet extrema de eodem subiecto dicuntur uniuersè, ita ut ambæ sumptiones sint uniuersæ, siue ambæ affirmantes, siue negantes, siue una affirmans, altera negans, eiusmodi coniugatio dicitur in his tertia figura. Vbi medium est, de quo dicũtur ambo extrema: ipsa extrema, quæ de illo Medio dicuntur.* 2 *Quamuis autem Medium naturà medium sit inter extrema, quemadmodum in aliis figuris, quòd eius ui extrema coniungantur in conclusione: tamen situ extra ipsa extrema est collocatum; ita quidem ut ultimum obtineat locũ, quia perpetuò subiectum est. Vnde maius extremum habet primum locum, & longiùs distat à Medio: quia ubique est attributum: deinde sequitur minus extremum propiùs ad Medium accedens, quia in cõclusione subiectum est, qua parte est simile Medio: tandem collocatur Medium. Quo ordine collocabimus terminos, dum explicabimus hanc figuram.* 3 *Atq; in hac figura, quemadmodũ in secunda, nulla fit perfecta, & absoluta ratiocinatio, quia non potest confirmari illis duobus principijs, de omni, & nulla re dici, cùm nihil accipiatur sub ipso subiecto: nihilominus fit necessaria, & cõstans Ratiocinatio, siue ambæ sumptiones sumantur uniuersæ, siue una uniuersa, & altera particularis.* 4 *Primus ergo modus utilis est, cùm ambæ sumptiones sumuntur uniuersæ affirmantes: sequitur enim conclusio particularis affirmans. Vt omnis homo est animal, omnis homo est substantia, ergo aliqua substantia est animal.* * *Confirmantur ratiocinationes huius figuræ per primam, dum ad eam reuocantur, aut reciprocatione, aut per incommodum, quemadmodum illæ, quæ sunt secundæ figuræ.* 5 *Hic ergo primus modus reuocatur ad tertiũ modum primæ figuræ, assumptione reciprocata ex parte, quæ ratio ita explicatur. Omnis homo*

Darapti.

P. animal.
R. substãtia.
S. homo.

nuntiatũ affirmãs, aliquod r erit s. Quare quia omne s est p, & aliquod r est s, necessariò efficitur aliquod r esse p. Efficitur enim ratiocinatio & cũclusio per primã figuram. 6 Licet etiam per incõmodum, & id quod fieri non potest, 7 & expositione efficere demõstrationẽ. Si enim ambo extrema omni s insunt, si sumatur aliquid ipsius s, veluti n, huic & p, & r conuenient, vnde aliquod r erit p. 8 Præterea si nullum s est p, & omne s est r, erit ratiocinatio & conclusio necessariò efficiẽs aliquod r nõ esse p. 9 Eadem enim erit demonstrandi ratio, reciprocato pronuntiato r s. 10 Poterit etiam probari per incommodum, & id quod fieri non

homo est substantia, ergo quædam substantia est homo, sed ex sumpta propositione, omnis homo est animal, & hac, quædam substantia est homo, sequitur necessariò in tertio modo primæ figuræ, quædam substantia est animal, ergo eadem conclusio sequitur ex prima illa assumptione, omnis homo est substantia, & eadem propositione, omnis homo est animal: quare hic modus necessarius est. 6 *Potest etiam cõfirmari hic modus per incommodũ, & impossibile hoc pacto. Si hæc colligendi ratio nõ esset firma, ac possent sumptiones esse ueræ, & cõclusio falsa, aliqua substantia est animal, contradicens esset uera, nulla substantia est animal; sed ex hoc pronuntiato loco propositionis, & illa assumptione sumpta uera, omnis homo est substantia, sequitur necessariò in prima figura, nullus homo est animal, quod pronuntiatum contrarium est illi propositioni ueræ, omnis homo est animal, erunt igitur duo contraria pronũtiata simul uera, quod cùm esse non possit, relinquitur hic modus firmus, & stabilis.* 7 *Idem etiam probari potest ratione expositoria, si sumatur aliqua res singularis sub Medio contenta. Nam si omnis homo est animal, & substantia. sumatur sub homine Plato, in quo ita necessariò ratiocinamur, Plato est animal, & Plato est substantia, ergo aliqua substantia est animal: quoniam quæ sunt eadem alicui tertio, sunt eadem inter se.* 8 *Secundus modus utilis est, cùm sumitur propositio uniuersa negãs, & assumptio uniuersa affirmans, sequitur enim conclusio particularis negans. Vt nullum animal est lapis, omne animal est substantia, igitur aliqua substantia non est lapis.* 9 *Confirmatur etiam per primam figuram, assumptione reciprocata in particularem. Quæ demonstratio ita explicatur. Omne animal est substantia, ergo aliqua substantia est animal: sed ex hac loco assumptionis, & illa propositione, nullum animal est lapis, sequitur in quarto modo primæ figuræ, aliqua substãtia non est lapis, igitur eadem cõclusio sequetur, ex prima illa assumptione, omne animal est substantia, cum eadem propositione, nullum animal est lapis. Quare hæc colligendi ratio necessaria est.* 10 *Per incommodum etiam probari potest*

N. Plato.
Felapton.
P. lapis.
R. substãtia
S. animal.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Primus modus inutilis. potest, quemadmodum in prioribus. 11 Si verò ita sumatur, omne s est p, nullum s est r, nulla erit ratiocinatio nec sequetur vlla conclusio. Termini inesse animal, equus, homo. Non inesse animal, inanimatum, homo. 12 Nec erit vlla ratiocinatio nullaq; sequetur cõclusio, cùm ambo extrema de nullo s dicuntur. Termini inesse, animal, equus, inanimatum, Nõ inesse, homo, equus, inanimatum. Medium inanimatum. 13 Manifestum igitur est in hac figura, cum termini sumuntur vniuersè, quando erit, & quãdo nõ erit ratiocinatio. Cùm enim ambo termini sumuntur affirmãtes, erit ratiocinatio, & conclusio, alterum extremum alicui altero extremo conuenire: cùm autem ambo sumuntur negantes, nulla erit. Si verò alter sit negãs, alter affirmans, cùm maior fuerit negans, & alter affirmans, erit ratiocinatio & conclusio, alterum extremum alicui altero non inesse. Sin contrà se habeant, nulla erit ratiocinatio.

Secundus modus inutilis.

14 Quòd si alter ex terminis vniuersè iungatur cum medio, alter ex parte, & ambo fuerint affirmãtes, necesse est fiat ratiocinatio,

hæc coniugatio, eadem prorsus ratione, qua superior. si ex contradicente conclusionis, loco propositionis, & assumptione propositæ ratiocinationis, colligamus contrariam propositionis sumptæ in primo modo primæ figuræ. 11 Deinde explicantur duo modi inutiles uniuersi, in quibus nulla potest colligi certa conclusio. Primus est cùm propositio sumitur uniuersa affirmans, & assumptio uniuersa negans. Termini omni inesse, animal, equus, homo. Vt omnis homo est animal, nullus homo est equus, omnis equus est animal. Nulli inesse, animal inanimatum, homo. Omnis homo est animal, nullus homo est inanimatus, nullũ inanimatum est animal. 12 Secundus modus, cùm ambæ sumptiones ponũtur uniuersæ negãtes. Termini inesse, animal equus, inanimatũ: nullũ inanimatum est animal, nullũ inanimatũ est equus, omnis equus est animal. Nulli inesse homo, equus, inanimatũ: nullũ inanimatũ est hõ, nullũ inanimatũ est equus, nullus equus est homo. 13 Ex his igitur manifestum restat, cùm ambæ sumptiones ponuntur uniuersæ, quando ex eis sequatur conclusio, & quando non sequatur: cùm enim ambæ fuerint affirmantes, colligetur conclusio particularis affirmãs, cùm ambæ negantes, nulla colligetur. Si autem una affirmans, & altera negans, si quidem propositio fuerit negans, & assumptio affirmans, colligetur conclusio particularis negans. Si uerò contrà, propositio affirmans, & assumptio negans, nulla sequetur conclusio. 14 Sequuntur deinde duo modi particulares utiles. Si altera ex sumptionibus sumatur uniuersa, altera ex parte, ambæ affirmantes: utrauis eorum

vteruis eorum sumatur vniuersè. 15 Si enim aliquod s est p, & omne s est r, necessariò sequitur aliquod r esse p. 16 Nam quia reciprocatur pronuntiatum affirmans, aliquod p erit s. Quoniam igitur omne s est r, & aliquod p est s, aliquod etiam p erit r: vnde aliquod r erit p. 17 Rursus si omne s est p, & aliquod s est r, necessariò efficitur aliquod r esse p. Eadem enim est demonstrãdi ratio. 18 Licet etiam idem demonstrare per incommodum, 19 & expositione, quemadmodum in superioribus. 20 Si verò alter ex terminis fuerit affirmans, alter negans, atq; vniuersè sumarum

Disamis. P. homo. R. substãtia. S. animal.

sit uniuersa, necessariò sequitur conclusio particularis affirmans. 15 Primus ergo modus ex his est, cùm propositio sumitur particularis affirmans, & assumptio uniuersa affirmans. Vt aliquod animal est homo, omne animal est substantia, ergo aliqua substantia est homo. 16 Confirmatur hic modus, & colligendi ratio, dum reuocatur ad tertium modum primæ figuræ propositione, & conclusione reciprocatis simpliciter, & transmutatis sumptionibus. Vt omne animal est substantia, aliquis homo est animal, igitur aliquis homo est substantia. Tamen demonstratio habet hanc uim. Aliquod animal est homo, ergo aliquis homo est animal, sed ex hac loco assumptionis, & illa assumptione loco propositionis, omne animal est substantia, sequitur necessariò in prima figura, aliquis homo est substantia, rursus ex hac per reciprocationem, aliqua substantia est homo: igitur hæc postrema conclusio sequetur ex prima illa propositione, aliquod animal est homo, & eadem assumptione omne animal est substantia. Quapropter hæc coniugatio necessaria est. 17 Alter modus est, cùm propositio sumitur uniuersa affirmans, & assumptio particularis affirmans. Vt omne animal est substantia, aliquod animal est homo, ergo aliquis homo est substantia. Probatur eodem modo, si reuocetur ad tertium modum primæ figuræ, sola assumptione reciprocata simpliciter, omne animal est substantia, aliquis homo est animal, ergo aliquis homo est substantia. Quæ demonstratio eandem habet uim cum superiore. 18 Possunt etiam confirmari ambo modi per incommodum, quemadmodum superiores uniuersi: si ex contradicente conclusionis, & assumptione colligatur contradicens propositionis in prima figura, ut nullus homo est substantia, aliquod animal est homo, ergo aliquod animal non est substantia. Cùm autem cõtradicentia nõ possint simul esse uera, relinquũtur hi modi firmi, & constantes. 19 Tertiò confirmari possunt ratione expositoria, si sub Medio animali sumatur aliquod singulare animal, ut Socrates; hoc modo. Socrates est substãtia, & Socrates est homo, igitur aliquis homo est substantia. 20. Deinde explicatur modus utilis particularis negans, qui est quintus inter alios utiles. Cùm scilicet propositio sumitur

Datisi. P. substãtia. R. homo. S. animal.

Bocardo.

parti-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tur is, qui affirmat; cùm quidem minor est affirmans, erit ratiocinatio. Si enim aliquod s non est p, & omne s est r, necessariò efficitur aliquod r non esse p. 21 Si enim omne r est p, & omne s est r, omne s erit p: atqui sumptũ fuit aliquod s non esse p. 22 Demonstratur etiam sine ductu ad incommodum, si sumatur aliquid eorum, quæ sub s continentur, cui non cõueniat p. 23 Cùm autem maior terminus fuerit affirmans, minor autem particularis negans, nulla erit ratiocinatio. Vt si omne s est p, & aliquod s nõ est r. Termini ineſſe animatum, homo, animal. 24 Non licet autem accipere terminos nulli in esse, si aliquod s est r, & aliquod s non est r. 25 Si enim omne s est p, & aliquod s est r, aliquod r erit p,

Tertius inutilis.

P. homo. R. substãtia. S. animal.

particularis negãs, & assumptio uniuersa affirmãs. Vt aliquod animal nõ est homo, omne animal est substantia, ergo aliqua substãtia nõ est hõ. 21 Hic modus nõ potest probari reciprocatione, quia sumptio particularis negãs nõ reciprocatur, uniuersa affirmans reciprocatur in particularẽ, ex duabus aũt particularibus nihil colligitur. Sed confirmatur per incommodum, hac ratione. Si coniugatio non est necessaria, ut poßint esse ueræ sumptiones, & conclusio falsa, aliqua substantia non est homo, contradicens erit uera, omnis substantia est homo: sed ex hac, & illa assumptione uera, omne animal est substantia, sequitur in primo modo primæ figuræ, omne animal est homo. Si ergo sumptiones sint ueræ, hæc conclusio erit uera, at contradicit illi propositioni ueræ, aliquod animal non est homo. Cùm igitur hoc constare non poßit, hæc colligendi ratio erit necessaria. 22 Potest etiã probari ratione expositoria, si sumatur aliquid sub Medio, cui non conueniat maius extremum: ut leo sub animali, hoc modo, hic leo non est homo, hic leo est substantia, ergo aliqua substantia non est homo. 23 Est tamẽ in his modus inutilis, si propositio sumatur uniuersa affirmãs, & assumptio particularis negans. Termini omni ineſſe, animatum, homo, animal. Vt omne animal est animatum, aliquod animal non est homo, omnis homo est animatus. 24 Non autem possumus accipere terminos nulli ineſſe, si assumptio particularis negans ita sit uera, ut eius subcontraria particularis affirmãs sit etiam uera, quæ dicitur uera propter se. Vt si ita sit uera hæc, aliquod s non est r, ut etiam sit uera subcontraria aliquod s est r. 25 Quod per incommodũ demonstrari potest. Constituamus enim ex hypothesi, hos esse terminos nulli inesse, animatum, album, animal, ubi ueræ sunt ambæ sumptiones, omne animal est animatum, aliquod animal non est album, si ex his licet sumere nulli ineſſe, erit hæc uera, nullum album est animatum. Deinde quoniam assumptio particularis negans,

P. animrtũ. R. album. S. animal.

atqui constitutum fuit nullum r esse p. 26 Sed accipere oportet quemadmodum in superioribus. 27 Nam cùm indefinitum sit pronuntiatum, quod dicit aliquid in aliquo nõ ineſſe; quod in nullo ineſt, verum erit dicere in aliquo non ineſſe: cùm autem in nullo inerat, nulla erat ratiocinatio: manifestum igitur est, neque in his vllam fore. 28 Si verò terminus vniuersè sumptus fuerit negans, affirmans autem qui sumitur ex parte: si quidẽ maior terminus fuerit negans, minor autem affirmans, erit ratiocinatio atque conclusio. Si enim nullum s est p, & aliquod s est r, aliquod r nõ erit p. 29 Rursus enim erit prima figura, si pronuntiatũ r s reciprocetur.

negans, aliquod animal non est album, ita uera est, ut affirmans opposita sit etiã uera, aliquod animal est album, sumatur hæc affirmans, cum eadem propositione, omne animal est animatum, aliquod animal est album, sequitur in hac eadem figura, aliquod album est animatum, atqui constituta fuit illa uera ex hypothesi, nullum album est animatum, quæ erat conclusio nulli ineſſe, igitur darentur contradicentes ueræ, quod cùm esse non poßit, relinquitur non posse inueniri terminos nulli ineſſe, ubi assumptio est uera propter se. 26 Tamen si sumatur assumptio particularis negans, quæ sit uera propter uniuersam, quemadmodum in superioribus factum est, dabuntur termini nulli ineſſe; ut animal, inanimatũ, homo. Vt omnis homo est animal, aliquis homo non est inanimatus, nullũ inanimatum est animal. 27 Quod etiam ratione potest confirmari, cùm pronuntiatum particulare negans indefinitum sit quoad ueritatem, nam & propter se uerum esse potest, & propter uniuersum negans. Si uerum est, nullus homo est inanimatus, uerũ etiam erit, aliquis homo non est inanimatus, sed cùm sumebatur assumptio negans uniuersa, nullus homo est inanimatus, colligebatur inde nulli ineſſe, scilicet conclusio uniuersa negans uera: igitur si sumatur assumptio particularis negans, uera propter uniuersam, colligetur nulli ineſſe. 28 Postremus modus utilis est, cùm propositio sumitur uniuersa negans, & assumptio particularis affirmans. Vt nullum animal est lapis, aliquod animal est album, igitur aliquod album non est lapis. 29 confirmatur, quia reciprocata assumptione redigitur in primam figuram, ut nullum animal est lapis, aliquod album est animal, ergo aliquod album non est lapis. Sed demonstratio habet hanc uim. Aliquod animal est album, ergo aliquod album est animal, sed ex illa propositione, nullum animal est lapis, & hac assumptione, aliquod albũ est animal, sequitur necessariò in quarto modo primæ figuræ, aliquod album nõ est lapis, igitur eadem conclusio sequetur ex eadẽ propositione, & prima illa assumptione. Quapropter hic modus necessarius est.

Ferison.

P. lapis. R. album. S. animal.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quartus modus inutilis.

30 Cùm autem minor terminus fuerit negans, nulla erit ratiocinatio. Termini inesse, animal, homo, ferum: non inesse animal, scientia, ferum. Medium amborum, ferum. 31 Nec ratiocinatio erit, si ambo termini negantes ponantur cum Medio, ita vt alter sumatur vniuersè, alter ex parte. 32 Cùm igitur minor terminus vniuersè iungitur cum Medio, termini inesse animal, homo, ferum: non inesse, animal, scientia, ferum.

Quintus modus inutilis.

33 Cùm autem maior terminus sumitur vniuersè cum Medio, minor verò in parte; termini non inesse coruus, nix, album.

Sextus inutilis.

34 Non licet autem accipere terminos omni inesse, si aliquod s est r, & aliquod s non est r. Nam si omne r est p, & aliquod s est r, aliquod s erit p. At constitutum fuit nullum s esse p. 35 Sed ex indefinito pronuntiato est efficienda demonstratio. 36 Si verò vterque terminus in aliquo Medio inest, aut in aliquo non inest; aut alter inest in aliquo, alter non inest; aut certè alter inest in aliquo, alter non in omni, aut indefinitè, nulla erit prorsus ratiocinatio. 37 Termini cõmunes omnium, animal, homo, album: animal, inanimatum, albũ. 38 Manifestum igitur est quando in hac figura erit ratiocinatio, & quando non erit. Atque si termini ita sint affecti, vt dictum est, necessariò fieri ratiocinationẽ, & cõtrà, si fiat ratiocinatio, necesse esse sic terminos esse affectos. 39 Illud etiam perspicuum est omnes ratiocinationes huius figuræ imperfectas esse: omnes enim perficiuntur assumptis quibusdã. 40 Neque licere per hanc figurã vniuersam concludere cõclusionem, neque negantem, nec affirmantem.

30 Sed in his, ubi negans pronuntiatum fuerit uniuersum, tres sunt modi inutiles. Primus cùm propositio sumitur particularis affirmans, & assumptio uniuersa negans. Termini inesse, animal, homo, ferum. Vt aliquod ferum est animal, nullum ferum est homo, omnis homo est animal: nulli inesse, animal, scientia, ferũ. Vt aliquod ferum est animal, nullum ferum est scientia, nulla scientia est animal. 31 Alij duo modi sunt, cùm ambæ sumptiones sumuntur negantes, utrauis earũ sit uniuersa. 32 Est ergo secundus modus, cùm propositio est particularis negans, & assumptio uniuersa negans. Termini inesse, animal, homo, ferum: ut aliquod ferum non est animal, nullum ferum est homo, omnis homo est animal. Non inesse animal, scientia, ferum: aliquod ferum non est animal, nullum ferum est scientia, nulla scientia est animal. 33 Tertius modus est, cùm propositio sumitur uniuersa negans, & assumptio particularis negans. Termini non inesse coruus, nix, album. Vt nullum album est coruus, aliquod album non est nix, nulla nix est coruus. 34 Non possumus autem accipere terminos omni inesse, si assumptio particularis negans ita sit uera, ut eius subcontraria affirmans sit etiam uera. Quod per incommodum probari potest. Sumãtur hi termini omni inesse, animal, albũ, lapis, cùm sint hæ ueræ sumptiones, nullus lapis est animal, aliquis lapis nõ est albus, ubi assumptio ita uera est, ut eius subcontraria sit etiam uera, aliquis lapis est albus, si ex his licet sumere omni inesse, omne album est animal, ex hac propositione uera, & illa assumptione affirmate, ita fit ratiocinatio in prima figura, omne album est animal, aliquis lapis est albus, ergo aliquis lapis est animal, quæ conclusio contradicit illi propositioni, quæ fuit sumpta uera, nullus lapis est animal. Nõ igitur dari possunt hoc modo termini omni inesse. 35 Tamen cum particularis sumptio indefinita sit, dabuntur termini omni inesse, si sumatur particularis negans, quæ sit uera propter uniuersam. Vt animal, homo, inanimatum; nullum inanimatum est animal, aliquod inanimatum non est homo, omnis homo est animal. Nam in eisdem terminis demonstrauimus superiùs dari omni inesse, si ambæ sumptiones sumantur uniuersæ negantes. 36 Tandem explicantur omnes modi inutiles, qui fiunt ex duabus sumptionibus particularibus, aut indefinitis, siue ambæ sumantur affirmantes; siue ambæ negantes; aut una affirmans, altera negans, qui omnes sunt quatuor si indefinita pronuntiata pro particularibus habeantur sint minus, sunt sexdecim, ut in alijs figuris. 37 Termini communes omnium, omni inesse animal, homo, album: aliquod album est animal, aut non est animal: aliquod album est homo, aut non est homo: omnis homo est animal. Nulli inesse animal, inanimatum, album. Vt aliquod album est animal, aut non est animal: aliquod album est animatum, aut nõ est inanimatum: nullum inanimatum est animal. 38 Constat igitur ex his quando in hac figura fiat recta & constans ratiocinatio, & quando nulla fiat. Cum enim termini ita disponũtur & sunt affecti, ut explicatum est in sex modis utilibus, fit constans & necessaria ratiocinatio; & contrà, si recta est ratiocinatio, necesse est sic affectos esse terminos. 39 Constat etiam ex superiore disputatione omnes ratiocinationes huius figuræ imperfectas esse, quia nõ possunt per duo illa principia initiò proposita confirmari: sed omnes perficiuntur, & demonstrantur necessariò concludere, aut per primam figuram, dum ad eam reuocantur, aut reciprocatione, aut per incommodum; aut demonstratur earum necessitas expositoria ratione. 40 Tandem manifestum relinquitur nullam in hac figura colligi posse uniuersam conclusionem, nec affirmantem, neque negantem.

Quatuor modi posteriores inutiles. 7. 8. 9. 10.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Omnes modi inutiles tertiæ figuræ.

1 Propositio uniuersa affirmans, & assumptio uniuersa negans.
2 Ambæ sumptiones uniuersæ negantes.
3 Propositio uniuersa affirmans, assumptio particularis negans.
4 Propositio particularis affirmans, assumptio uniuersa negans.
5 Propositio particularis, assumptio uniuersa, ambæ negantes.
6 Propositio uniuersa, assumptio particularis, ambæ negantes.
7 Ambæ sumptiones particulares affirmantes.
8 Ambæ sumptiones particulares negantes.
9 Ambæ particulares, propositio affirmans, assumptio negans.
10 Ambæ particulares, propositio negans, assumptio affirmans.

Itaque duo sunt modi inutiles in omnibus figuris, alter cùm ambæ sumptiones sunt negantes, alter cùm ambæ sunt particulares, aut indefinitæ.

Scholia in cap. sextum.

25 Ante ea verba, quæ hoc numero 25. designantur, interponũtur in Græcis codicibus alia ad eandem demonstrationem pertinentia, quæ sunt hæc. Si enim nullum r est p, & aliquod s est r, aliquod s non erit p: atqui sumptum fuerat omne s esse p. Tamẽ ex interpretatione Alexãdri cõstat non esse hæc verba Aristotelis, sed ab ipso Alexandro adiecta fuisse, nam ea interpretatur tanquã sua. Nec habentur in interpretatione Boethi, nec Argyropyli: propterea sunt etiam à nobis prætermissa. Pertinẽt tamen, vt dixi, ad eandem demonstrationem, qua probatur cùm assumptio particularis negans est vera propter se, nõ posse dari terminos nulli in esse, alioqui ex illa conclusione negante vera, & subcõtraria assumptionis affirmãte & vera, colligeretur cõtradicens propositionis veræ.

32 Termini inesse animal, homo, ferum (&c). ἄγγιον non interpretor feram, vt Firminus, sed ferum, vt Boëthus, Argyropylus, & Perionius. Nam fera, si vt substantiuum nomen sumatur, in genere fœmineo, tantùm dicitur in animalibus: quanquam apud bonos autores non reperiatur in hac significatione, nisi numeri multitudinis. At ferum, vt nomẽ appositum, dicitur tam in animalibus, quàm in rebus vitæ expertibus: significat enim quidquid agreste est, ferox, asperum, & acerbum. Hac significatione accipitur hoc loco ab Aristotele: sumit enim hanc propositionem tanquam veram, aliquod ferum non est animal. Hæc autem, aliqua fera non est animal, non potest esse vera. De

De modis indirectè concludentibus in omnibus figuris, & quòd omnes ratiocinationes confirmentur per duos modos vniuersos primæ figuræ. Cap. septimum.

ARGVMENTVM.

Explicantur duo modi indirectè concludentes in prima figura, vnus in secunda, & duo in tertia. Deinde traduntur duo Theoremata. Primum, omnes ratiocinatinationes imperfectas perfici per primam figuram, aut reciprocatione, aut incommodo. Secundum, omnes ratiocinationes redigi tandem posse ad duos modos vniuersos primæ figuræ.

1 Illud etiam perspicuum est, quando in omnibus figuris nulla fiat ratiocinatio. Cùm quidem ambo termini affirmantes, aut negantes, atque in parte sumuntur cum Medio, nihil omnino efficitur necessariò. 2 Si tñ alter affirmans, alter negans sit, atque sumatur vniuersè is, qui negans est, efficitur ratiocinatio concludens minus extremum de maiore. 3 Vt si omne b, aut aliquod b est a, & nullum c est b: reciprocatis enim

* Hactenus explicauimus omnes modos, & coniugationes tam utiles, quàm inutiles in tribus figuris. Superest nunc alias quasdam tradamus coniugationes indirectè cõcludentes, quæ tametsi inutiles sint ad concludendum maius extremum de minore, ualẽt tamen ad concludendum minus de maiori: atq; propterea indirectè concludere dicuntur: quia non colligunt quod propositum est, sed aliud inuersum. Docendum etiam est omnes ratiocinationes confirmari per duos modos uniuersos primæ figuræ. 1 Ac primum cõstat iam ex superiori disputatione, cùm ambæ sumptiones sumuntur particulares, aut affirmantes, aut negantes, in nulla figura quidquam necessariò colligi posse. Nec si ambæ sumantur negantes, etiam si uniuersæ fuerint. 2 Tamen si altera ex sumptionibus sit affirmãs, altera negãs: atque ea, quæ negans est, uniuersa sumatur, si quidem nõ ualet eius modi coniugatio ad concludendum maius extremum de minore, semper tamen ualet ad concludendum indirectè minus extremum de maiore in parte. Sequitur enim semper conclusio particularis negans, in qua minus extremum dicitur de maiore: idq; in omnibus figuris. 3 In prima figura duo sunt tantùm huiusmodi coniugationes, & modi: unus ubi ex propositione uniuersa affirmante, & assumptione uniuersa negante sequitur cõclusio specialis negans indirectè. Vt omne animal est substantia, nullus lapis est animal, ergo aliqua substantia non est lapis. Fapesmo.
A. substãtia.
B. animal.
C. lapis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

pronuntiatis, necessariò efficitur aliquod a non esse c. 4 Similiter etiam in alijs figuris. Semper enim efficitur ratiocinatio per reciprocationem. 5 Manifestum etiam est, indefinitum pronuntiatum pro particulari affirmante positum, eandem efficere ratiocinationem in omnibus figuris. 6 Perspicuum autem est omnes imperfectas ratiocinationes perfici per primam figuram, aut enim demõ-

Pis. Confirmatur hic modus, ac demonstratur necessariò concludere, per quartũ modum directũ huius primæ figuræ. Nam reciprocatis ambabus sumptionibus, & transmutatis colligitur eadem conclusio in quarto modo directè, ut nullum animal est lapis, aliqua substantia est animal, igitur aliqua substantia non est lapis: quæ demonstratio quam uim habeat, & quemadmodum sit explicanda, satis docuimus in superioribus, ubi explicuimus quid sit reuocare ratiocinationẽ aliquam ad primam figuram. Secundus modus est, cùm propositio sumitur particularis affirmans, & assumptio uniuersa negans. Vt aliquod album est animal, nullus coruus est albus, ergo aliquod animal nõ est coruus. Reuocatur quoq; ad quartum modum primæ figuræ, ac per eum confirmatur reciprocatis etiam sumptionibus, ac transmutatis. Vt nullum album est coruus, aliquod animal est album, ergo aliquod animal non est coruus. 4 Simili ratione fiunt in alijs figuris, ac reciprocatione confirmantur per quartum modum primæ figuræ. Sed in secunda figura, unicus est tantum modus, scilicet cùm propositio est particularis affirmans, & assumptio uniuersa negans. Vt aliquod animal est equus: nullus homo est equus, ergo aliquod animal nõ est homo. Reuocatur ad quartum modũ primæ figuræ, & confirmatur reciprocata sola assumptione, & transmutatis sumptionibus. Vt nullus equus est homo, aliquod animal est equus, ergo aliquod animal non est homo. Potest etiam concludi eadem conclusio in eadem secũda figura, transmutatis solùm sumptionibus. Vt nullus homo est equus, aliquod animal est equus, ergo aliquod animal nõ est homo. In tertia figura duo sunt huiusmodi coniugationes & modi: alter cùm propositio est uniuersa affirmãs, & assumptio uniuersa negans: alter cùm propositio est particularis affirmans, & assumptio uniuersa negans, qui duo simul possunt explicari. Vt omnis homo, uel aliquis homo est animal, nullus homo est leo, ergo aliquod animal non est leo. Reuocantur ad quartum modum primæ figuræ reciprocata sola propositione, & transmutatis sumptionibus. Vt nullus homo est leo, aliquod animal est homo, ergo aliquod animal non est leo. 5 Si naturam & uim pronuntiati indefiniti spectemus, eãdem habet uim in ratiocinatione, atque particulare: quare indefinitum affirmans, pro particulari affirmante positum, & negans pro particulari negante, eãdem efficit ratiocinationem, atque particulare in omnibus figuris. 6 Ex superiori quoque disputatione manifestum apparet omnes imperfectas ratiocinationes perfici, & demonstrari necessarias esse per primam figuram.

Ferio.

Frisesomorum.
A. animal.
B. album.
C. coruus.

stratione recta, aut per incommodum & impossibile concludũtur omnes, vtroq; verò modo efficitur prima figura. Cùm demõstratione quidẽ recta perficiũtur, quia per reciprocationẽ cõcludũtur omnes: ipsa vero reciprocatio primã efficit figurã. 7 Cùm autem per incõmodum & impossibile demonstrantur, quia falso posito, ratiocinatio fit per primam figuram. Vt in vltima figura. Si omne c est a, & omne c est b, sequitur aliquod b esse a. Nam si nullum b est a, & omne c est b, nullum c erit a. Atqui sumptum & concessum erat omne c esse a. Similis est ratio in alijs. 8 Licet etiam redigere omnes ratiocinationes ad ratiocinationes vniuersas primæ figuræ. Manifestum enim est, omnes ratiocinationes secundæ per illas duas perfici, non tamen omnes eodem modo: sed vniuersas reciprocato pronũtiato negãte: particulares verò ambas, ductu ad incommodum & impossibile.

ram. Omnes enim probantur, aut uia & demonstratione recta, aut uia obliqua per id quod fieri non potest. Atque utroq; modo illæ ratiocinationes, quibus priores propositæ demonstrãtur fiunt in prima figura. Nam recta uia probantur ratiocinationes reciprocatis pronũtiatis, facta uero reciprocatione iam est ratiocinatio in prima figura. 7 Demonstratio quoque quæ ducit ad incommodum & impossibile in prima figura, quod fiet manifestum repetito primo modo extertia figura. Vt omnis homo est animal, & omnis homo est substantia, ergo aliqua substantia est animal. Probatur esse necessaria per incommodum: si antecedens est uerum, & consequens falsum, aliqua substantia est animal, contradicens erit uerum, nulla substantia est animal, sed ex hoc, loco propositionis, & illa assumptione, omnis homo est substantia, sequitur in prima figura, nullus homo est animal, quæ conclusio contraria est sumptæ, & concessæ propositioni; omnis homo est animal; quod cùm esse non possit, relinquitur prima ratiocinatio perfecta. Itaque ratiocinatio concludens incommodum ad primam probandam, fit in prima figura, atque ita omnes probantur per primam figuram. 8 Non tantũ ratiocinationes imperfectæ per primã figurã perficiũtur eo, quo docuimus modo. Verum etiam omnes quotquot sunt reuocantur ad duos modos uniuersos primæ figuræ, ac per eos demonstrantur, tanquam omnium perfectissimos. Quod primũ apparet in secunda figura. Nam duo modi priores uniuersi, reciprocato pronũtiato negante, rediguntur ad secundum modum primæ figuræ, duo particulares per incommodum, sumpta contradicente conclusionis loco assumptionis, & seruata eadem propositione. Vbi tertius modus reuocatur ad secundum primæ figuræ, & quartus ad primum.

A. animal.
B. substãtia.
C. homo.

Universidad de Deusto
Biblioteca

9 Quæ autẽ sunt in prima figura ex parte, perficiũtur per se ipsas, sed possunt etiam demonstrari per secundam figuram ductu ad incommodum & impossibile. 10 Vt si omne b est a, & aliquod c est b, aliquod c erit a. Si enim nullũ c est a, & omne b est a, nullum c erit b. Hoc enim scimus per secundam figuram. 11 Similis est demonstratio in negante. Nam si nullum b est a, & aliquod c est b, aliquod c non erit a. Si enim omne c est a, & nullum b est a, nullum c erit b. Hæc enim erat secunda figura. 12 Quare quia omnes ratiocinationes secundæ figuræ redigũtur ad ratiocinationes vniuersas primæ figuræ: ratiocinationes verò particulares primæ figuræ reuocantur ad ratiocinationes secundæ; manifestum relinquitur ratiocinationes particulares primæ redigi tandem ad vniuersas eiusdem figuræ. 13 Quæ verò in tertia figura connectuntur, si quidem termini accipiantur vniuersè, continuò perficiuntur

9 Duo uerò modi particulares primæ figuræ perficiuntur per seipsos, quia probantur illis duobus principijs de omni, & nulla re dici. Possunt etiã reuocari ad duos modos uniuersos, si priùs reuocentur ad secundam figuram ratione ducente ad incommodum & id quod fieri non potest. 10 Tertius enim modus primæ, qui est particularis affirmans, reuocatur per incommodum ad secundum secũdæ figuræ, hoc modo. Omne animal est substantia, aliquod corpus est animal, ergo aliquod corpus est substantia: si enim non sequitur, ut sit antecedens uerum, & consequens falsum, contradicens erit uerum, nullum corpus est substantia, at ex propositione, omne animal est substantia, & hac assumptione, nullum corpus est substantia, sequitur in secundo modo secundæ figuræ, nullum corpus est animal, quod contradicit assumptioni concessæ, aliquod corpus est animal. 11 Quartus modus primæ figuræ reuocatur ad primum secundæ, hac ratione. Nullum animal est lapis, aliqua substantia est animal, ergo aliqua substantia non est lapis. Nam si non sequitur, ut posit esse antecedens uerum, & cõsequens falsum, contradicens erit uerum, omnis substantia est lapis: at ex prima propositione, nullum animal est lapis, & hac assumptione, omnis substantia est lapis, sequitur nulla substantia est animal, contradicens assumptionis concessæ, quæ ratiocinatio est in primo modo secundæ figuræ 12 Si igitur omnes modi secundæ figuræ reuocantur ad duos uniuersos primæ, & particulares primæ reuocãtur per incommodum ad secundam figuram, hac intercedente tandem reuocabũtur ad modos uniuersos eiusdem primæ figuræ. 13 Ratiocinationes etiam tertiæ figuræ, omnes rediguntur ad duos modos uniuersos primæ figuræ, ac per eos probantur.

Darij ad Cameſtres.
A. ſubſtãtia.
B. animal.
C. corpus.

Ferio ad celarent.
A. lapis.
B. animal.
C. ſubſtãtia.

per illas ratiocinationes primæ figuræ. 14 Cùm autem termini sumuntur in parte, perficiũtur per ratiocinationes particulares primæ figuræ: hæ verò redactæ sunt ad illas. igitur quæ sunt particularis in tertia figura, ad illas etiam reuocantur. 15 Perspicuum igitur relinquitur omnes quotquot sunt ratiocinationes reuocatum iri ad ratiocinationes vniuersas primæ figuræ. Explicatũ igitur est, quemadmodum ratiocinationes, quæ tantum inesse quippiam, aut nõ inesse demonstrant, sint affectæ, & quæ sunt eiusdem figuræ per se, & quæ sunt aliarum figurarum, si inter se conferantur.

probãtur. Nã duo priores modi tertiæ figuræ, cõtinuò perficiũtur, ac probantur per modos uniuersos, nõ quidẽ reciprocatione sed per incõmodũ & impossibile. Primus quidẽ modus rediguntur ad secundũ primæ figuræ. Et secũdus, ad primum. 14 Ratiocinationes uerò particulares reuocãtur ad particulares primæ figuræ, ita quidẽ, quod tertius, & quintus modus per incommodũ reuocantur continuò ad modos uniuersos primæ. Tamen quartus, & sextus, tam incommodo, quàm reciprocatione nõ possunt reuocari nisi ad particulares primæ. Atqui iam est demõstratum particulares primæ reuocari ad modos uniuersos eiusdem figuræ per secundam figuram, igitur particulares tertiæ, etiam si multis intercedentibus, tãdem ad modos uniuersos primæ figuræ reuocantur, ac per eos perficiuntur. 15 Itaq; omnes quotquot sunt ratiocinationes ad duos modos uniuersos primæ figuræ reuocantur, ac per eos confirmantur. Atque ut tandem concludamus, explicatum satis est, quemadmodum ratiocinationes omnes, quæ concludunt tantũ inesse quippiam, aut non inesse, affectæ sint. Scilicet quam uim & naturam habeant in sua quæq; figura. Tum quæ sunt diuersarum figurarum, qua ratione distinguantur. Constat enim non tantùm differre Medij collocatione, sed etiam reuocatione ad duos modos uniuersos primæ figuræ. Nam aliæ sola reciprocatione ad eos protinus rediguntur, aliæ per incommodum, aliæ non continuò, sed alijs intercedentibus.

Scholia in cap. septimum.

DVabus collectionibus indirectè concludẽtibus in prima figura, quas attulit Aristoteles, tres alias addiderunt Theophrastus, & Eudemus, quas etiam probauit Porphyrius, vt ait Boëthus. 2. libro de Syllogismo Categorico: quanquã Alexãder soli Theophrasto eas ascribere videatur, Eæ sũt quas Latini appellant illis vocabulis Baralipton, celantes, dabitis. Non

Universidad de Deusto
Biblioteca

tamen oportebat hos modos tanquam diuersos adiungere, quia nihil differunt à tribus modis prioribus primæ figuræ, cùm eandem habeant omnino pronuntiatorum collocationem. Nam figuræ, & modi, non distinguntur ab Aristotele ex conclusione, sed ex sola sumptionũ coniunctione. Alioquin non differrent, primus, & secundus modus secundæ figuræ, nec tertius, & quartus. Quòd autem inferant hi tres modi cõclusionem indirectè, inde fit, quia prima conclusio, quam concludunt, in aliam reciprocatur. Non enim hæc est prima duorum modorũ conclusio, quam indirectè colligunt, sed illa, quam concludunt directè, deinde ea intercedente concludunt aliam indirectè, in quam prima reciprocatur. Quæ indirecta conclusio remotior est ab ea pronuntiatorum coniugatione. Idem etiam contingit in duobus modis vniuersis secundæ figuræ, & in tribus affirmantibus tertiæ figuræ. Qua de re agit Aristoteles in secundo libro huius disputationis, cap. 1. Ibi enim docet quinam Syllogismi, præter primam conclusionem, aliam colligant, scilicet ij, quorum cõclusio reciprocatur. Itaque quòd tres modi priores primæ figuræ, præter primam conclusionem aliam colligant, vis quædam est accidẽtaria & affectio Syllogismi, non ratio & forma, quæ diuersos efficiat Syllogismorũ modos & species.

De ratiotinationibus ex varia pronuntiatorum coniunctione, ac primùm ex ambobus necessarijs. Cap. octauum.

ARGVMENTVM.

PRimùm explicantur varia pronuntiatorũ genera, ex eo quòd modo sunt affecta, aut modo carent. Docetur deinde ex pronuntiatis necessarijs eadem omnino ratione fieri ratiocinationes, atque ex ijs quæ tantùm inesse dicunt, atque eadem arte probari omnes præter quartum modum secundæ figuræ, & quintũ tertiæ, qui non probantur incommodo, sed expositione.

* QVia consilium nostrum in hoc opere est tradere cõmunem artem ratiocinandi in re qualibet, atque ex omni genere pronuntiatorum, non satis est explicauisse formas omnes & rationes colligẽdi, uerùm etiam docere oportet, quemadmodũ ex quouis genere pronuntiati, in quauis colligendi forma ratiocinatio efficiatur. Sunt enim uaria pronuntiatorum genera, quæ tum ex rerum uarietate tum ex uaria pronuntiandi ratione oriuntur.

a Nam

1 QVoniam autem aliud est inesse quippiam in aliquo, aliud ex necessitate inesse, aliud contingere inesse: multa enim insunt quidem, non tamen ex necessitate: alia neq; ex necessitate, neque omnino insunt: contingit autem ea inesse: 2 manifestum inde est ratiocinationes ex his singulis confectas diuersas esse, nec constare ex terminis eodem modo affectis; sed aliam ex necessarijs, aliam ex ijs, qui tantùm inesse significant, aliam ex contingentibus. 3 In necessarijs igitur ferè eadem est ratio, atque in ijs quæ tantùm inesse dicunt. Si enim termini disponãtur eodem modo, tum in ea ratiocinatione, quæ tantũ sumit inesse: tum in ea, quæ sumit ex necessitate in esse, aut nõ inesse; modò efficietur, modò nõ efficietur ratiocinatio. 4 Tantùm differet hoc ipso, quòd terminis adiungitur ex necessitate inesse, aut non inesse. 5 Nam pronũ

1 Nam in ipsis rebus aliud quidem est inesse quippiam in aliqua re, aliud ex necessitate inesse & cõuenire, aliud cõtingere & posse inesse. Multa enim insunt, non tamẽ ex necessitate, ut in homine Grammaticum esse, aut sedere. Alia uerò neq; ex necessitate, nec ullo modo insunt reuera: possunt tamẽ inesse. Vt in homine ambulare, quamuis non ambulet. Vnde ex his diuersa oriuntur pronuntiatorum genera. Nam alia est uis eius pronuntiati, quod tantùm declarat attributum inesse in subiecto, ut homo est animal, homo est albus: siue enim necessariò insit, siue non necessariò, uerum est: alia eius, quod dicit necessariò conuenire, ut necesse est hominem esse animal: alia eius, quod significat posse conuenire, ut cõtingit hominem lauari. 2 Quapropter ratiocinationes, quæ ex his singulis cõficiuntur, diuersas esse est necesse: cum non constent omnes ex terminis, & pronuntiatis eodem modo affectis, & similibus: sed aliæ ex necessarijs pronuntiatis, aliæ ex ijs, quæ tantùm inesse declarant, aliæ ex cõtingentibus. 3 Primùm igitur doceamus qualis efficiatur ratiocinatio ex ambobus pronũtiatis necessarijs. Vbi facilis est explicatio. Efficitur enim eadem omnino ratione, atque ex ambobus pronuntiatis, quæ tantum inesse declarãt, quam rationem explicauimus superius in tribus figuris. Iidem enim reperiuntur in utrisque modi utiles, & inutiles, ut ex alijs necessariò colligatur conclusio, ex alijs nulla colligatur. 4 Tantũ differẽt hac parte, quòd in his ratiocinationibus, quas modò tractamus, adiungitur terminis pronuntiatorũ modus ille necessarius, quo significãt pronũtiata necessariò aliquid in aliquo inesse, aut nõ inesse. Vt necesse est omne animal esse substantiã, necesse est omnẽ hominẽ esse animal, ergo necesse est omnẽ hominẽ esse substantiã. 5 Causa huius similitudinis duplex est, prima quia pronũtia-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tiatum negans eodem modo reciprocatur: atque illud principium in toto esse atque de omni re dici, simili ratione reddemus. 6 In alijs igitur eodem modo demonstrabitur per reciprocationem, cõclusionem necessariò colligi, quemadmodum in ijs, quæ tãtùm inesse dicunt. 7 Sed in secunda figura cùm pronuntiatum affirmãs fuerit vniuersum, particulare verò negans: atque etiam in tertia cũ vniuersum fuerit affirmans particulare negans, non erit similis demonstrandi ratio. 8 Sed necesse est exposito aliquo termino, cui neutrum attributum (particularis scilicet sumptionis vtriusque fi-

tum negans eadem omnino ratione reciprocatur in necessarijs, atq; in ijs, quæ tantùm inesse declarant: scilicet uniuersum, in uniuersum; particulare non reciprocatur, quod in contingentibus contra fit: in affirmãtibus quoq; eadem est reciprocandi ratio. Secunda causa est, quòd illa duo principia, scilicet affirmans, aliquid in toto aliquo attributo contineri, aut attributum de omni re dici, & negans, de nulla re dici, eandem habent in his rationem, ut per ipsa possimus probare omnes ratiocinationes primæ figuræ directè concludentes. 6 In alijs etiam figuris eadem ratione possumus demõstrare ratiocinationes imperfectas, redigentes eas in ratiocinationes perfectas primæ figuræ per reciprocationem. 7 Tamen non possumus quartum modum utilem secundæ figuræ, nec quintum tertiæ per incommodum demonstrare, quemadmodum superiùs fecimus: quia cõtradicens conclusionis particularis negantis necessariæ est pronuntiatum affirmans uniuersum contingens, unde ratiocinatio cõcludens incommodum, constaret ex altera sumptione necessaria, & altera contingente: quæ mistio nõdum est explicata. Atqui demonstratio non debet fieri ex ignotis, sed ex notis, & iam exploratis. 8 Sed uterq; modus probãdus est expositione, si sub ipso subiecto eius sumptionis, quæ est particularis sumatur aliquid, de quo toto negetur attributum; atq; in eo efficiatur ratiocinatio in eadem figura, ex utrisq; uniuersis. Exẽpli causa, sit hæc ratiocinatio in quarto modo secundæ figuræ. Necesse est omnẽ hominem esse animal, necesse est aliquod corpus non esse animal, ergo necesse est aliquod corpus non esse hominem. Ita probatur expositione, quod hæc conclusio necessariò colligatur. Sumatur aliquid sub corpore, de quo toto negetur animal, sit illud lapis, atq; efficiatur ratiocinatio. Necesse est omnem hominem esse animal, necesse est nullum lapidem esse animal, ergo necesse est nullum lapidem esse hominem, quæ est in secundo modo eiusdem figuræ, atq; probari potest reciprocatione. Rursus necesse est nullum lapidem esse hominem; sed lapis aliqua pars est & species corporis, ergo necesse est aliquod corpus non esse hominẽ, quæ erat prima conclusio. Simili ratione in tertia figura sit hæc ratiocinatio. Necesse est

aliquod

guræ) cõueniat, in eo ratiocinationem efficere. In hoc enim necessaria efficietur ratiocinatio. 9 Quòd si in eo, quod expositum est necessaria efficitur ratiocinatio, fiet etiã in illo aliquo. Quod enim expositum est, illud aliquid est. Efficitur autem vtraq; ratiocinatio in propria figura.

aliquod animal non esse hominem, necesse est omne animal esse substantiam, ergo necesse est aliquam substantiam non esse hominem. Probatur expositione si sumatur sub animali equus, hoc modo, necesse est nullum equum esse hominem necesse est omnem equum esse substantiam. ergo necesse est aliquam substantiam non esse hominem. Fit ergo necessaria ratiocinatio in eo, quod exponitur, ex utrisq; uniuersis. 9 Quod si in eo quod exponitur, & sumitur sub illo subiecto, efficitur necessaria & firma ratiocinatio atq; necessariò colligitur conclusio, fiet etiam ex illo subiecto affecto nota particulari. Quoniam quod sumitur per expositionem, est illud subiectum particulare, ut in primo exemplo, lapis est illud aliquod corpus, & in secundo, equus est illud aliquod animal. Atq; utraq; ratiocinatio expositoria, ut manifestò apparet, fit in eadem figura, in qua efficitur ea, quæ demonstratur ex expositione.

Scholia in cap. octauum.

2 *Aliam ex ijs, qui tantùm in esse significant.) Quam Aristoteles vocat τὴν ὑπάρχειν τὸ κατηγορεῖσθαι, quidam appellãt propositionem simplicẽ, alij absoluram, sed neutri vt mihi videtur accommodatè ad loquendi modum, quo vtitur Aristoteles in hac arte disserendi, nam simplex propositio dicitur ab Aristote. vt apparet ex libro de interpretatione, in qua tantùm vnum de vno dicitur. Vnde & simplex etiam dicitur, quæ non constant ex multis, quæ à Græcis interpretibus Categorica vocatur. Absoluta nullum sensum videtur habere hoc loco. A veteribus interpretibus appellatur inexistens, sed hoc minus Latinè dicitur. Ego malui cùm ipso Aristo. hac Periphrasi eam explicare, vt dicatur pronuntiatum, quod tantùm inesse dicit, aut tantum inesse declarat. Nam hac Periphrasi vtitur inferiùs Arist. cap. 9. τὸ δὲ Β τῷ γ ὑπάρχον μόνον, id est, ipsum b in ipso c inesse tantum. Et rursus inferiùs cap. 10. cùm ait ὡς τὸ Α τῷ Β μηδενὶ ἐνδέχεσθαι, τῷ γ ὑπάρχειν μόνον, id est, atq;*

Universidad de Deusto
Biblioteca

ipsum a nulli b contingat, in ipso verò c insit tantùm, paulò quoque inferiùs in eodem capite, eadem vtitur Periphrasi.

2 *Aliam ex contingẽtibus, &c.) verbũ ἐνδέχεσθαι, τὸ ἐνδεχόμενον id est, contingere, & contingens vsurpatur plerunq; ab Aristotele in tota hac disputatione pro modo, qui exprimi debet in ipsis pronuntiatis, quemadmodum in libro de intẽperatione, vbi agitur de hoc genere enũtiationum, quæ modum habent: vnde est hîc vocabulum artis, quod religiosè obseruandum est, vt semper eodem modo explicetur Latinè, vt in omnibus proprijs vocabulis artium fieri debet. A me semper vertetur in hoc loco Latinè contingere, & cõtingens. A Firmino modò exponitur cõtingens, modò accidens, modò quod fieri potest, quæ varietas obscuram efficit disputationem. Cùm autem Aristoteles vtitur hoc verbo, non tanquam modo pronuntiatorum, sed vt eo declaret aliquid fieri posse, tum commodè potest explicari Latinè, quod fieri potest, quod euenire potest, aut etiam alijs modis. Pro eodem vtitur interdum ἐνχωρεῖν, id est, licere, seu fieri posse.*

3 *In necessarijs igitur eadem est ratio, atq; in ijs, quæ tãtùm inesse dicunt) ex hoc loco apparet, quidquid dicat Burana, & alij pronuntiata, quæ tantùm inesse dicunt, non pertinere solùm ad eas res, quæ sunt contingentes redactæ iam in actum, sed communiter ad omnem materiam, dummodò nullum habeant modum adiunctũ. Significat enim hoc loco Aristoteles, atq; etiam in fine capitis præcedentis, illa esse pronuntiata, quæ tantùm inesse declarant, ex quibus docuit fieri ratiocinationes superiùs, explicans tres figuras. Atqui eo loco non docebat Aristoteles quemadmodum fiant ratiocinationes ex pronuntiatis rerum contingentiũ, aut necessariarum, sed in quauis materia. Itaque pronũtiatum, quod tantùm inesse declarat, illud est, quod nõ habet modum adiunctũ in quacunque sit materia. Nam quod adfert Burana ex principio huius capitis, vbi dicit Arist multa inesse, nõ tamẽ ex necessitate, id inquã nõ confirmat eius sententiã. Non enim dicit Arist. omnia quæ simpliciter insunt, nõ esse necessaria; sed multa inesse nõ necessariò, vt significaret aliud esse necessario, aliud simpliciter inesse. Est enim hoc commune, quod in omnibus dicitur rebus, illud priuatum, in quibusdã tantũ.*

Sed

8 *Sed necesse est exposito aliquo termino, &c.) ratio expositoria, quæ vtitur hoc loco Aristoteles, longè diuersa est, vt probè obseruauit Alexander, ab ea, qua vsus est superiùs probans modos tertiæ figuræ. Quoniam ibi quod sumitur per expositionem est aliquid singulare, subiectum sensibus: hîc autem est aliquid commune: debet enim ex eo fieri pronuntiatum negans vniuersum, vt efficiatur ratiocinatio ex vtrisq, vniuersis. Vnde non rectè Firminus per id, quod exponitur, interpretatur rem singularem: quoniam ex subiecto singulari non potest fieri pronuntiatum vniuersum.*

Mistio pronuntiati necessarij, & eius, quod tãtùm inesse declarat in prima figura. Cap. nonum.

ARGVMENTVM.

EX altera sumptione necessaria, & altera, quæ tantùm inesse dicat, si propositio sit necessaria, sequitur cõclusio necessaria: si autem propositio inesse declarans, & assumptio necessaria, non potest colligi necessaria conclusio, sed quæ tantùm inesse dicat.

1 EVenit autem interdum, vt cùm alterum pronuntiatũ necessariũ sit, necessaria efficiatur ratiocinatio atque conclusio, non tamen vtrumuis necessarium existat, sed id, quod ad maius extremum accommodatur.

2 Vt si sumatur ex necessitate omne b esse a, aut nullum b esse a: atque omne c esse b tantùm, sic enim sumptis pronuntiatis, ex ne- A. maius extremum. B. medium. C. minus extremum.

* QVamuis ex duobus pronuntiatis necessarijs eodem modo fiat ratiocinatio, atque ex ijs, quæ tantum inesse declarant: si tamẽ permisceantur necessaria pronuntiata, quæ inesse tantùm declarant, & contingentia, non est in omnibus idem ratiocinandi modus. Vnde primùm docendum est, quemadmodum ex una sumptione necessaria, & altera, quæ tantũ inesse dicat, efficiatur ratiocinatio in singulis figuris. 1 Ac primum omniũ in prima figura, ex altera sumptione necessaria, & altera, quæ tantùm inesse dicat, necessaria colligitur conclusio: nõ tamen si utrauis sit necessaria, sed si necessaria existat propositio. 2 Vt si necesse est omne animal esse substãtiã, & omnis homo est animal, necesse erit omnẽ hominem Barbara. A. substãtia.

cessitate omne c erit a, aut nõ erit a. 3 Nam quia omne b ex necessitate est a, aut non est a, ipsum autem c aliquid est eorum, quę sub b continentur, perspicuum est ipsum c ex necessitate alterum horum esse. 4 Quod si pronũtiatum a b non est necessariũ, pronuntiatum autem b c necessarium est, non sequetur conclusio necessaria. 5 Si enim sequatur, efficietur aliquod b ex necessitate esse a, per primam, & tertiam figuram. 6 Hoc autem falsum est, nam fieri potest eiusmodi esse b, vt contingat nullum b esse a. 7 Præterea expositis terminis fiet manifestum, non sequi necessariam conclusionem. Exempli causa, si a sit motus, b verò animal, c autẽ sit homo. Nam ex necessitate quidẽ omnis homo est animal, & omne animal mouetur, nõ tamen ex necessitate, neq; ipse homo.

B.animal. C.homo. Celarent. A. lapis. B.animal. C.equus.

minem esse substantiã. Tum si necesse est nullum animal esse lapidem, & omnis equus est animal, necesse erit nullũ equũ esse lapidẽ. 3 Probãtur enim illis duobus principijs, de omni, & nulla re dici. Nam si omne animal necessariò est substantia, & homo est aliquid ipsius animalis, necessariò omnis homo erit substantia. Et si necessariò nullum animal est lapis, atque equus species animalis est, necessariò nullus equus erit lapis. 4 Si autem propositio nõ sumatur necessaria, sed quæ tantũ inesse dicat, & assumptio sumatur necessaria, non colligetur inde conclusio necessaria. 5 QLod primùm incommodo probari potest. Si enim inde colligeretur semper necessaria conclusio, ex ipsa conclusione, & assumptione necessaria, colligeretur propositio particularis necessaria per primam, & tertiam figuram. Iam enim demonstratum est ex duabus necessarijs semper colligi necessariam conclusionem; ut si elementis proponatur exemplum. Omne b est a, omne c necessariò est b, ergo omne c necessariò est a. Ex hac conclusione, & assumptione, ita licet colligere. Omne c necessariò est a, omne c necessariò est b, ergo aliquod b necessariò est a. Idem colligitur per primã figuram, si assumptio reciprocetur. 6 Hoc autem quod colligitur non est omnino uerum. Nam potest subiectum propositionis atque omnino ipsa propositio eiusmodi esse, ut quamuis sit uera non tamen necessaria, sed possit attributũ nulli subiecto conuenire, utpote si sumatur in rebus contingẽtibus, qualis hæc, omne animal uigilat, ubi particularis necessaria, aliquod animal necessariò uigilat, est falsa. Eadem est demonstrandi ratio in ratiocinatione negante. 7 Res tamen fiet dilucidior si ex terminis significantibus cõnectatur ratiocinatio, in qua propositio sumatur ex rebus contingentibus: ut omne animal mouetur, omnis homo necessariò est animal, igitur omnis homo necessariò mouetur. Vbi manifestò apparet conclusio falsa.

8 Eadem

8 Similis est ratio, si negans fuerit propositio a b, nã eadem est demonstratio. 9 In particularibus autem ratiocinationibus, si vniuersum pronuntiatum fuerit necessarium, conclusio quoque erit necessaria; si autem particulare necessarium existat, non erit necessaria conclusio, siue negans, siue affirmans sit pronuntiatum vniuersum. 10 Esto igitur primùm vniuersum pronuntiatũ necessariũ, atque esto vt ex necessitate omne b sit a, atque aliquod c sit b, necessariò efficitur, vt aliquod c ex necessitate sit a. 11 Quoniam c sub ipso b continetur, atque sumptum est omne b ex necessitate esse a. 12 Similis est ratio, si negans fuerit ratiocinatio, eadẽ enim erit demonstratio. 13 Si verò particulare pronũtiatum sit necessarium, non sequetur necessaria cõclusio, nihil enim accidit impossibile, quemadmodum neque in ratiocinationibus vniuersis. Eadẽ est ratio in negantibus: termini, motus, animal, album.

8 Eadem est ratio, si sumatur propositio negans, atque eadem demonstrandi ratio. Propositis enim terminis significantibus, ex ueris sumptionibus sequetur falsa conclusio. Vt nullum animal currit, necesse est omnem hominem esse animal, ergo necesse est nullum hominem currere. Sequetur tamen conclusio uera, quæ tantùm inesse declaret. 9 At uerò in ratiocinationibus particularibus, si sumptio uniuersa fuerit necessaria, sequetur inde necessaria conclusio, quoniam ea sumptio est propositio; si autem sumptio particularis fuerit necessaria, non colligetur inde necessaria conclusio. Idque tam in ratiocinatione affirmante, ubi propositio uniuersa est affirmans: quàm in negante, ubi propositio uniuersa est negans.

Darij. A.viuere. B.animal. C.corpus.

10 Sed proposito exemplo res erit manifesta, ac primùm sumamus uniuersum pronuntiatum necessarium, ut necesse est omne animal uiuere, aliquod corpus est animal, igitur necesse est aliquod corpus uiuere. 11 Demonstratur illo principio, de omni re dici: si enim omne animal necessariò uiuit, atque aliquod corpus sub animali continetur, necessariò consequitur, ut aliquod corpus uiuat. 12 Eadem est ratio in ratiocinatione negãte, ut si necesse est nullum animal esse lapidem, atque aliquod corpus est animal, necesse erit aliquod corpus nõ esse lapidem, probatur enim per principium, de nulla re dici. 13 Si autem assumptio, quæ est particularis, fuerit necessaria, non colligetur necessaria conclusio. sed ea, quæ tãtum inesse dicat. Nam si hæc colligatur, nihil inde eueniet impossibile neque falsum, quemadmodum neque in uniuersis ratiocinationibus, si ex assumptione necessaria colligatur conclusio, quæ tãtùm inesse dicat. Nam si colligatur necessaria in uniuersis, demonstratum antea est sequi falsum, si ex ipsa

Ferio.

P & assum-

& assumptione colligatur particularis propositio necessaria. Eadem est ratio in negantibus. Termini accommodati ad utramque, affirmantem scilicet, & negantem sunt, motus, animal, albũ, ut omne animal mouetur, aut nullum animal mouetur, (ambo enim pronnntiata possum esse uera, cum sint contingentia quamuis non simul, nec eodem tempore) aliquod albũ necessariò est animal, (ut cygnus) igitur aliquod album mouetur, aut aliquod abum non mouetur.

Scholia in cap. nonum.

CONtrouersa est apud interpretes Aristotelis sententia, quòd ex propositione necessaria, & assumptione, quæ tãtùm inesse dicit, colligatur necessaria conclusio, multisq; probari non potuit; adeo vt Theophrastus, & Eudemus ipsius Aristotelis discipuli, non dubitauerint hac in parte à magistri sententia discedere, reddita ratione cur eam nõ probarent. Quamuis aũt non fuerit nobis animus in his scholijs longas persequi interpretum controuersias, sed ea tantùm obseruare, quæ ad explicanda verba Aristotelis faciant: tamẽ quoniam hæc dubitatio grauis est, & breuiter explicari potest: simul etiam pertinet ad hunc locum illustrãdum, nõ existimaui ab scholio alienam esse. Theophrastus igitur, & Eudemus his adducti rationibus magistrum deserunt. Primo quòd conclusio semper imitetur deteriorem partem antecedentis. Cùm ergo pronũciatum, quod tantùm inesse dicit deterius sit necessario, si alterum pronuntiatũ tantùm inesse pronuntiet, conclusio debet esse eiusdem generis, non autem necessaria. Deinde propositis exẽplis demonstrant ex veris sumptionibus falsam colligi conclusionem. Primum est, omne quod ambulat, necessariò mouetur; omnis homo ambulat, igitur omnis homo necessariò mouetur. Secundum, omne animal necessariò est substantia, omne ambulans est animal, igitur omne ambulans necessariò est substantia. Quæ conclusio ex eo falsa esse constat, quia reciprocatur in hanc, aliqua substantia necessariò est ambulans, aut quod idem est, necessariò ambulat, quæ proculdubiò falsa est. Tertiò id appertiùs apparet in syllogismo particulari; omne animal necessariò est substantia, aliquod album est animal, igitur aliquod album necessariò est substantia; quæ falsa est; quia reciprocatur in hanc falsam, aliqua substãtia necessariò est alba

alba. His omnibus respondendum est, vt Aristotelem ab iniuria vindicemus. Ad primam rationem dicendum est, conclusionem sequi partem deteriorem in quantitate solùm, & qualitate; si enim altera ex sumptionibus fuerit partilaris, conclusio debet esse particularis. Et si altera ex sumptionibus fuerit negans, conclusio debet esse negans. In alijs autem affectionibus pronuntiatorum, non est necesse sequatur, nec imitetur partem deteriorem: cùm enim falsum sit multò deterius vero, ex vna sumptione vera, & altera falsa, potest sequi conclusio vera. Ad dissoluendas alias rationes intelligendum est, duplex esse necessarium, alterum simpliciter & omnino, vt hominem esse animal; alterum ex hypotesi & adiectione, vt hominẽ moueri, dum ambulat: non enim simpliciter necessarium est hominem moueri, nec ambulare, tamen mouerì, dum ambulat, cum hac adiectione est necessarium. Quod genus necessarij explicauit Aristoteles in libro de Interpretatione, cùm docuit omne quod est, quando est, necesse esse vt sit. Hinc soluitur ratio, quæ adfertur in primo exemplo. Si propositio sit necessaria ex hypothesi, sequitur conclusio necessaria cum eadem hypothesi. Quoniam igitur illa propositio, omne quod ambulat, necessariò mouetur, est necessaria ex hypothesi, scilicet dum ambulat, eodem modo est necessaria conclusio, omnis homo necessariò mouetur: scilicet dum ambulat. Hæc enim hypothesis est intelligenda in conclusione, quod apparet, si ipsa hypothesis exprimatur in Syllogismo, tanquam duplicatio, quæ debet adiungi maiori extremo, vt Aristoteles præcipit in hoc primo libro, cap. 38. ac proinde debet in conclusione cõcludi de minori extremo, hoc modo, omne quod ambulat, necessariò mouetur, dum ambulat, omnis homo ambulat, igitur omnis homo necessariò mouetur, dum ambulat. Sed possèt hîc quispiã ita dubitare, omne genus dicitur de specie sibi subiecta simplici necessitate, non hypothetica: motus genus est ambulationis, igitur hoc pronuntiatum, quidquid ambulat necessariò mouetur, perinde est necessarium simpliciter, ac illud, omnis homo necessariò est animal. Respondendum est, si in his spectemus sola accidentia, simplicem esse necessitatem; simpliciter enim ambulatio necessariò est motus: tamen si accommodentur ad subiecta non esse inter ipsa subiecta necessitatem

Universidad de Deusto
Biblioteca

simplicem, sed hypotheticam, quoniam hæc accidentia non conueniunt subiectis necessariò: itaq; res, quæ ambulat, quemadmodum non ambulat necessariò, sic nec mouetur necessariò, nisi dū ambulat. Si verò propositio sit necessaria simpliciter & omnino, sequitur conclusio omnino necessaria: tamen est exponenda conclusio, quemadmodum exponitur assumptio. Ex his dissoluuntur posteriores rationes. Illa enim assumptio, omne ambulās est animal, nō significat ipsam ambulationem esse animal, sed omnem rem, quæ ambulat, esse animal. Eodem modo intellecta conclusio est vera, & necessaria, omnis res, quæ ambulat, necessariò est substantia, quæ non reciprocatur in hanc, aliqua substantia necessariò ambulat, sed aliqua substantia necessariò est res, quæ ambulat, quæ vera est: non enim significat, aliquā substantiā necessariò ambulare, sed necessariò esse eam rem, cui accidit ambulare. Eadem ratione dissoluitur altera ratio. Vera est hæc, aliquod album necessariò est substantia, id est aliqua res alba, quæ non reciprocatur in hanc, aliqua substantia necessariò est alba, sed aliqua substantia necessariò est ea res, cui accidit albam esse. Eadem est obseruanda ratio in aliis figuris.

13 *Nihil enim accidit impossibile &c.) Secuti sumus in Paraphrasi primā interpretationem Alexandri, quæ facilior est, & eam solam sequitur Philoponus, vt sumptum sit impossibile pro falso. Adfert tamen aliam Alexander, scilicet ex assumptione particulari necessaria non colligi conclusionem necessariam: tamen non posse hoc demonstrari per incommodum & impossibile. Si enim sumatur contradicens conclusionis cum assumptione, poterit sequi falsum, non tamen impossibile. Vt si ita ratiocinemur, omne animal mouetur, aliquod corpus necessariò est animal, ergo aliquod corpus necessariò mouetur, sumpta cōtradicente, contingit nullum corpus moueri; cum assumptione, aliquod corpus necessariò est animal, sequitur contingit aliquod animal non moueri, quæ coucluſio non aduersatur illi propositioni, omne animal mouetur.*

Mistio

Mistio pronuntiati necessarij, & eius, quod tātùm inesse dicit in secunda figura. Cap. decimum.

ARGVMENTVM.

IN secūda figura, in tribus modis prioribus, si pronuntiatum negans, quod semper est vniuersum, sit necessarium, sequitur conclusio necessaria: si autem affirmans, non sequitur necessaria, sed quæ tantùm inesse dicit. In quarto modo vtrūuis existat necessariū, nunquam sequitur necessaria cōclusio.

1 IN secunda autem figura, si negās pronuntiatum necessariū existat, conclusio quoque erit necessaria: si verò affirmans, nō erit necessaria. 2 Esto enim primùm negās necessarium, atque necesse sit nullum b esse a, & omne c sit a. 3 Quoniam igitur reciprocatur negans pronuntiatum, necesse est nullum a esse b, omne verò c est a, vnde necesse est nullum c esse b. 4 Quoniam c sub a continetur. 5 Eadem est ratio si negans pronūtiatum ad c adhibeatur. 6 Si enim necesse est nullum c esse a, necesse est nullum a esse c, omne verò b est a, vnde necesse erit nullū b esse c: effi-

A. medium. B. maius extremum. C. minꝰ extremum.

1 *Sed iam uideamus qualis sit hæc mistio in secūda figura, ac primùm in modis uniuersis. Vbi si ea sumptio, quæ negās est, sumatur necessaria, colligetur conclusio necessaria. Quia facta reuocatione ad primam figurā, erit necessaria propositio. Si autem affirmans sumatur necessaria, non colligetur conclusio necessaria, sed quæ tantùm inesse dicat.* 2 *Quod in singulis modis uidere licet.* Cesare. *Primùm, si necesse est nullum lapidem esse animal, & omnis homo est animal, necesse erit nullum hominum esse lapidem.* 3 *Confirmatur hæc colligendi ratio, quia reciprocata propositione in totum, fit ratiocinatio in prima figura, ex propositione necessaria: ut necesse est nullum animal esse lapidem, omnis homo est animal, ergo necesse est nullum hominem esse lapidem.* 4 *Hanc autem collectionē in prima figura necessariam esse, ex eo antea probatū fuit, quia demonstratur illo principio, de nulla re dici; si enim necesse est nullum animal esse lapidē, & omnis homo sub animali continetur, necesse erit nullum hominē esse lapidē.* 5 *Eadem ratione fit recta ratiocinatio in secundo modo, ubi assumptio est negās. Vt si omnis hō est animal, & necesse est nullum lignum esse animal, necesse est nullū lignū esse hominem.* 6 *Confirmatur, quia reciprocata assumptione simpliciter & in totum, & transmutatis sumptionibus, fit ratiocinatio in*

Cesare. A. lapis. B. animal. C. homo.

Camestres A. animal. B. homo. C. lignum.

citur enim rursum prima figura. Quare necesse est nullum c esse b. 7 Reciprocatur enim similiter. 8 Si autem affirmans pronũtiatum sit necessarium, non erit cõclusio necessaria. Esto enim vt omne b ex necessitate sit a, atq; nullum c sit a. 9 Reciprocata igitur negante fit prima figura. Demonstratum autem est in prima figura, quòd nisi sit necessaria propositio negans, nec erit necessaria conclusio. Quare neque in his necessaria colligetur. 10 Præterea si conclusio est necessaria, efficietur aliquod a necessariò nõ esse c. Nam si necesse est nullum c esse b, necesse erit nullum b esse c. Tum verò necesse est aliquod a esse b, siquidem sumptũ est omne b ex necessitate esse a, vnde necesse est aliquod a non esse c. 11 Atqui nihil vetat eiusmodi sumptũ esse a, vt possit omne a esse

A. animal.
B homo.
C. motus.

prima figura, ubi ex propositione necessaria, colligitur necessaria conclusio, ea scilicet, in quam hæc reciprocatur. Vt necesse est nullum animal esse lignũ, omnis homo est animal, ergo necesse est nullum hominem esse lignum, unde sequitur, necesse est nullum lignum esse hominem. 7 Reciprocatur enim in his simile in simile, scilicet necessariũ in necessarium: quẽadmodum illud, quod tantùm ineſſe dicit, in aliud simile. 8 At uero si affirmans pronũtiatum sit necessariũ, non colligitur conclusio necessaria, sed quæ tantùm ineſſe declaret. Quod in secundò modo experiri possumus, si ita ratiocinemur. Necesse est omnem hominẽ esse animal, nihil quod mouetur est animal, ergo necesse est nihil quod mouetur esse hominem. Non inquam licet colligere hanc conclusionem. 9 Quod tribus rationibus demonstrari potest, prima est, quia reciprocata assumptione negante, & transmutatis sumptionibus, fit ratiocinatio in prima figura, hoc modo: nullum animal mouetur, necesse est omnem hominem esse animal, ergo necesse est nullum hominem moueri. At iam antea demonstratum est, in prima figura non colligi cõclusionem necessariam, nisi cum propositio est necessaria. 10 Secunda ratio est ab incommodo, quòd ex ueris sumptionibus sequeretur falsa cõclusio, scilicet aliquod animal necessariò non moueri. Nam ex conclusione reciprocata simpliciter, & propositione reciprocata ex parte, colligetur ea particularis conclusio, in quam reciprocatur assumptio, sed necessaria. Erat cõclusio, necesse est nihil quod mouetur esse hominem, reciprocetur, necesse est nullũ hominem moueri: erat propositio, necesse est omnem hominem esse animal, reciprocetur, necesse est aliquod animal esse hominem. Ex quibus ita ratiocinemur. Necesse est nullum hominem moueri, necesse est aliquod animal esse hominẽ, ergo necesse est aliquod animal non moueri. 11 Quæ cõclusio sæpe falsa reperietur, quia potest medium quod sumitur, ut animal, tale esse, & sic affectũ ad mi-

nus extremum, ut moueri, ut quamuis sit uera illa assumptio, nihil quod mouetur est animal, & ea, in quam reciprocatur, nullum animal mouetur, affirmãs cõtraria possit etiam interdum esse uera, omne animal mouetur, utpote si sumatur ex rebus contigentibus, ubi falsa erit illa particularis conclusio, necesse est aliquod animal non moueri. 12 Tertiò idem probari potest propositis terminis significantibus, in quibus apparebit non colligi conclusionẽ simpliciter necessariũ, nisi ex hypothesi, ut si sumatur assũptio, nullũ albũ est animal, nã quia albũ accidit animali, non est impossibile hanc esse ueram, atq; ita ratiocinemur. Necesse est omnem hominem esse animal, nullum album est animal, sequitur quidem nullum album est homo, non tamen necesse est nullum album esse hominem, quia reciprocatur in hãc, necesse est nullum hominem esse album, quæ falsa est, cùm possit homo albus esse. 13. Quamuis enim uera existente assumptione, nullum album est animal, sit necessaria conclusio ex hypothesi, non tamen simpliciter & omnino: atqui oportebat simpliciter necessariam esse, quia propositio necessaria est simpliciter, necesse est omnem hominem esse animal. Verum quia album ita conuenit quibusdam animalibus, ut ab ipsis reuera separari non possit, sumamus aliud exẽplũ, ubi assumptio facilius possit esse uera, quale erit. Necesse est omnem hominem esse participem rationis, nullum ambulans est particeps rationis, ergo necesse est nullum ambulans esse hominem, quæ falsa est. 14 Eadem est ratio in ratiocinationibus particularibus. Si enim negans pronũtiatum sit uniuersum, ut in tertio modo, atque id sumatur necessarium, affirmans autem particulare tantùm ineſſe declarans, colligitur cõclusio necessaria. Si autem affirmans pronuntiatum sit uniuersum, ut in quarto modo, atq; id sumatur necessarium, negans uerò particulare non necessarium, non colligetur necessaria

conclusio.

c. 12 Præterea propositis terminis demonstrari licet, non colligi conclusionem simpliciter necessariam, sed his tantum positis necessariam. Exempli causa, sit a animal, b homo, c verò album: atq; pronuntiata eodem modo sumantur, fieri poterit nullum albũ esse animal, vnde fiet nullum album esse hominem, non tamẽ ex necessitate, quia potest homo albus esse, 13 non quidem dum nullum album est animal. Itaque his ita positis, necessaria est conclusio, tamẽ simpliciter & omnino nõ est necessaria. 14 Similis erit ratio in ratiocinationibus ex parte: cùm enim negãs pronuntiatũ vniuersum ponitur, & necessariũ, conclusio quoque est necessaria: cùm autẽ affirmãs ponitur vniuersum, & necessariũ, negans verò sumitur particulare, & non necessariũ, nõ efficitur cõclusio necessaria.

15 Esto igitur primùm negans pronuntiatum vniuersum, atq; necessarium. Atque necesse sit nullum b esse a, & aliquod c sit a.
16 Quoniam igitur reciprocatur negans pronuntiatũ, necesse erit nullũ a esse b, aliquod verò c est a, quare necesse erit aliquod c esse b. 17 Rursum esto vt affirmãs vniuersũ sit, & necessariũ, atq; adhibeatur affirmatio ad ipsum b maius extremum, si ex necessitate omne b est a, & aliquod c nõ est a, manifestum quidem est aliquod c non esse b, nontamen ex necessitate. Iidem enim termini erunt accommodati ad demonstrationem, qui sumũtur in ratiocinationibus vniuersis.

Festino. A. animal. B. arbor. C. viuens.

cõclusio. 15 Ac primùm id experiamur in tertio modo, ubi propositio, quæ est uniuersa negans, sumatur necessaria. Necesse est nullã arborẽ esse animal, aliquod uiuẽs est animal, ergo necesse est aliquod uiuẽs non esse arborẽ. 16 Cõfirmatur quia reciprocata propositione, efficietur ratiocinatio in quarto modo primæ figuræ, ex propositione necessaria. Vt necesse est nullũ animal esse arborẽ, aliquod uiuens est animal, ergo necesse est aliquod uiuens non esse arborem. Quam collectionem rectã esse, demonstratum est iam in prima figura: si uerò assumptio affirmans sit necessaria, non colligetur necessaria conclusio, quia facta reuocatione ad primam figuram, assumptio affirmans erit ibi necessaria, ex qua non sequi necessariam conclusionem illic est demonstratum. 17 In quarto uerò modo, si propositio, quæ est uniuersa affirmãs sit necessaria, & assumptio particularis negãs tantũ inesse dicens, sequitur quidem conclusio, quæ tantùm inesse dicit, nõ tamẽ necessaria. Quod eisdem terminis propositis in ratiocinationibus uniuersis probari potest, ubi antecedens erit uerum, & consequens falsum, ut necesse est omnem hominem esse animal, aliquod album nõ est animal, ergo necesse est aliquod album non esse hominem, quæ conclusio falsa est, quia fieri potest, ut omnia alba sint homines. Sed hoc manifestius apparebit, si sumãtur alij termini, ubi conclusio faciliùs possit esse falsa, utpote si loco albi sumatur ambulare, quod soli animali conuenit, atque constituamus nullum animal ambulare. Omnis homo necessariò est animal, aliquod ambulans non est animal, ergo necessariò aliquod ambulans non est homo. falsa est, quia potest fieri, ut omne ambulans sit homo, si solus homo ambulet: nec satis est conclusionem esse necessariã ex hypothesi, nam cùm propositio simpliciter sit necessaria, oporteret & conclusionem simpliciter necessariam esse. Assumptio uerò aliquod ambulans non est animal, non propterea uera est, quòd aliqua res ambulet, quæ non sit animal, sed quia nullum animal ambulat.

Baroco.

18 Si autem

18 Sed neque si negans pronuntiatum, quod particulare sumitur, necessarium fuerit, erit necessaria conclusio. Nam per eosdem terminos fit demonstratio.

18 *Si autem propositio uniuersa affirmans tantũ inesse dicat, & assumptio particularis negans sit necessaria, neque ex ijs sequetur necessaria conclusio. Nam in eisdem terminis paulò transmutatis, apparebit antecedens uerum, & consequẽs falsum: ut si demus aliquo tempore solum hominem ambulare, & ratiocinemur, omne ambulans est homo, necesse est aliquod animal non esse hominem, ergo necesse est aliquod animal non ambulare.*

Scholia in cap. decimum.

2 *Esto enim primùm negans necessarium, atq; necesse sit nullum b esse a &c.) Græca sic habent,* ὰ τὸ ᾱ τῷ μεν β μηδενὶ ενδεχέσθω, *id est, verbum de verbo, atque ipsum a nulli b contingat, vel quod idem est, nullum b contingat esse a. Tamen quia hoc in loco non agitur de mistione contingentis, sed necessarij, & eius, quod tantùm inesse dicit, ne imperiti adolescentes, quibus hæc scribuntur, hoc verbo conturbarentur, negatum contingens interpretor vbique necessarium. Aristoteles enim sæpe hoc capite, loco pronuntiati necessarij verbi negati, sumit pronuntiatum modi contingentis negati; quod idem valet. Quod diligenter obseruauit Alexander. Idem enim est, nullum b contingit esse a, atque necesse est nullum b esse a. Quod apparet ex illis quatuor ordinibus pronuntiatorum modalium, quæ adferuntur in libro de Interpretatione: cõtinentur enim hæc ambo pronuntiata in tertio ordine, qui à Latinis illo ficto vocabulo Iliace appellatur. Itaque non est hoc pronuntiatum Aristotelis contingens, sed contingentis negatio. Verùm Burana vir alioqui doctus reprehendit hac in re Alexandrum. Ait enim huic pronuntiato nullum b cõtingit esse a, non æquipollere hoc, necesse est nullum b esse a, sed illud potiùs, necesse est aliquod b non esse a: quòd in quarto modo necesse, mutetur quantitas pronũtiatorum in quouis ordine ex illis quatuor. Verùm quod pace tanti viri dixerim, non satis videtur rem hanc perpendisse. In illis enim ordinibus, in quarto modo mutatur quantitas pronuntiati: modo enuntiandi tantùm, non sensu, nam cùm omnia quatuor pronun-*

Universidad de Deusto
Biblioteca

tiata idem omnino polleant, eãdem habere debent omnino quantitatem. Itaque huic, necesse est nullum b esse a, æquipollet hoc, non contingit aliquod b esse a, quod enuntiandi modo videtur particulare, propter notam particularem aliquod: tamẽ quia præcedit nota negationis, efficit illam notam vniuersam negãtem, nam idem est nõ aliquod, quod nullum. Docent enim Logici, notas cõtradicentes, nullũ, aliquod; omne, aliquod non, idẽ valere præposita negatione. Si ergo ex nota negationis, & nota particulari efficiatur vna nota, quæ simul sit nota negationis, & subiecti, apparebit pronũtiatum prolatione quoque vniuersum, nullũ b contingit esse a. Nã idem omnino est nullum b cõtingit esse a, quod nõ contingit aliquod b esse a, & ambo æquipollent illi, necesse est nullum b esse a. Hæc pro Alexãdro. Burana verò, cui hæc Alexãdri sententia non videbatur vera, ait hoc loco contingẽs sumi pro necessario, quo nihil absurdius dici poterat. Quãuis enim cõtingens interdum sumatur pro possibili, vt est commune necessario, & non necessario: nunquam tamen sumitur pro solo necessario, vt idem sit cõtingens esse, quod necesse est esse, cùm alterum contineatur in primo ordine pronuntiatorum modalium, alterũ in quarto. Immo verò si sumeretur cõtingens pro necessario, non essent hæc pronũtiata Aristotelis necessaria, sed cõtingentia, verbi negati. Si enim vbi dicit, nullũ b cõtingit esse a, loco verbi cõtingit ponatur necesse, nullũ b necesse est esse a, iam fit cõtingens, pertinet enim hoc ad secũdum ordinem: nam idem valet, quod nõ est necesse vllum b esse a, quod æquipollet illi, cõtingit nullum b esse a. Atqui Aristoteles hoc loco nõ sumit pronũtiata cõtingentia verbi negati, sed necessaria. Tamẽ erroris causa fuit Buranæ, vt apparet ex eius verbis, quòd nihil interesse putauit inter hæc, nullum b cõtingit esse a, & cõtingit nullum b esse a, cùm hoc sit in secũdo ordine, illud in tertio.

17 *Rursum esto vt affirmans, &c.)* In hac parte cõtextus explicãdi forsan lõgior fui in Paraphrasi, quàm par erat, quia suboriũtur hîc dubitationes quædam aduersum hunc locum, quæ ex paraphrasi ita explicata facilè tolluntur.

18 *Nam per eosdem terminos fit demonstratio &c.)* In quibusdam codicibus additur post hæc verba ἐνὸς μόνου μεταλαμβανομένου, id est, vno tantùm

tantùm commutato, quam additionem non putat Alexander necessariã esse. An hæc verba sint Aristotelis incertum est: hoc tamẽ cõstat terminos in hac ratiocinatione transmutandos esse, vt in Paraphrasi apparet; nam in priori demonstratione medium erat animal, homo maius extremum, ambulans minus; in hac verò medium est homo, maius extremum ambulans, animal minus.

Est autem intelligendum, in tota hac mistionum disputatione, cùm ratiocinationes secundæ, & tertiæ figuræ reuocãtur ad primam, vt per eam probentur, demonstrationem habere eam vim, quam docuimus superiùs in explicatione trium figurarum, scilicet niti illo principio Logico, quidquid sequitur ex consequente, sequitur ex antecedente. Ne igitur toties ea demõstratio repeteretur, hac admonitione satis esse putaui.

Mistio pronuntiati necessarij, & eius quod tantũ inesse dicit in tertia figura. cap. vndecimum.

ARGVMENTVM.

IN tertia figura, in modis affirmantibus, si pronuntiatum vniuersum sit necessarium, siue sit propositio, siue assumptio, efficitur necessaria cõclusio, si aliud, non item. In negantibus verò, si vnum vniuersum negans sit necessarium, sequitur necessaria conclusio, non aliter. Quare in quinto modo, qui vulgò dicitur Bocardo, nunquam colligitur necessaria conclusio.

1 IN vltima verò figura, cùm termini vniuersè iungũtur cum medio, atque ambo pronuntiata sunt affirmantia, vtrumuis necessarium existat, erit conclusio necessaria: si verò alterum sit negans, alterum affirmans, si quidem negans fuerit necessarium, erit etiã ne-

1 SVpereſt huiuſmodi miſtionem explicemus in tertia figura, ac primùm in duobus modis prioribus, qui cõſtant ex utriſq; ſumptionibus uniuerſis; ubi in primo modo affirmante ſiue propoſitio, ſiue aſſumptio ſit neceſſaria, ſequitur cõcluſio neceſſaria; in negãte uerò, ſi propoſitio, quæ eſt uniuerſa negãs, ſit neceſſaria, ſequitur concluſio neceſſaria; ſi autem aſſumptio, quæ eſt affirmans, nõ colligitur

Universidad de Deusto
Biblioteca

A. maius extremum.
B. minus.
C. medium.

cessaria conclusio; si autem affirmans, non erit necessaria. 2 Sint enim primùm ambo pronuntiata affirmantia, atq; omne c sit a, & sit b; sit tamẽ necessariũ omne c esse a. 3 Quoniam igitur omne c est b, & aliquod b erit c, propterea quod reciprocatur vniuersum pronuntiatum in particulare. Vnde si ex necessitate omne c est a, atque aliquod b est c, necesse est aliquod b esse a. 4 Quoniam b sub c continetur: quare efficitur rursum prima figura. 5 Eadẽ ratione demonstrabitur, si pronuntiatum, omne c est b sumatur necessarium. 6 Reciprocatur enim aliquod a est c. Quare si ex necessitate omne c est b, & aliquod a est c, ex necisitate aliquod a erit b. 7 Rursum esto pronuntiatum a c negans, affirmans autem b c, atque negans sit necessarium. 8 Quoniã igitur reciprocatur affirmans, aliquod b erit c, atqui necesse est nullũ c esse a,

Darapti.
A. animal.
B. substãtia.
C. homo.

ligitur conclusio necessaria, sed quæ tantùm inesse declarat. 2 *Primùm igitur in primo modo, si propositio est necessaria, & assumptio tantùm inesse declarans, colligitur cõclusio necessaria. Vt omnis homo necessariò est animal, omnis homo est substãtia, ergo aliqua substãtia necessariò est animal.* 3 *Confirmatur, quia reciprocata aßũptione in parte, fiet ratiocinatio in prima figura ex propositione necessaria, ut omnis homo necessariò est animal, aliqua substantia est homo, igitur necessariò aliqua substantia est animal.* 4 *Quam collectionem necessariam esse, per illud primum principiũ demonstratur, quòd omnis homo necessariò est animal, & aliqua substantia sumitur sub homine, unde est necesse aliqua substantia sit animal.* 5 *Rursus si assumptio fuerit necessaria, sequitur etiam necessaria conclusio, ut omnis homo est animal, omnis homo necessariò est substantia, igitur aliqua substantia necessariò est animal.* 6 *Probatur etiam per primam figuram: tamen non est reciprocanda assumptio, ut in priori, sed potiùs propositio, & assumptio fieri debet propositio, ut maneat semper idem pronũtiatum necessariũ, atq; in prima figura propositio sit necessaria, hoc modo. Omnis homo necessariò est substantia, aliquod animal est homo, igitur aliquod animal necessariò est substantia, unde sequitur, aliqua substantia necessariò est animal, quæ erat prima conclusio.* 7 *In secundo uerò modo, si propositio, quæ est negans, sit necessaria, sequitur necessaria cõclusio. Vt necesse est nullum hominem esse lapidem, omnis homo est corpus, ergo necesse est aliquod corpus non esse lapidem.* 8 *Confirmatur, quia reciprocata assumptione, fiet in quarto modo primæ figuræ, ex propositione necessaria. Vt necesse est nullum hominem eße lapidem, aliquod corpus est homo, igitur necesse est aliquod corpus*

necesse erit aliquod b non esse a: 9 quia b sub c continetur. 10 Si verò pronuntiatum affirmans sit necessarium, non erit conclusio necessaria. Sit enim assumptio b c affirmans, & necessaria: propositio verò a c negans, non necessaria. 11 Quoniam igitur reciprocatur pronuntiatũ affirmãs, ex necessitate aliquod b erit c, vnde si nullũ c est a, & aliquod b necessariò est c, aliquod b non erit a; nõ tamen ex necessitate. Demonstratũ enim est in prima figura, cùm negans pronuntiatum non fuerit necessarium, nec conclusionem fore necessariam. 12 Præterea ex terminis perspicuũ esse potest. Esto enim vt a sit bonum, b animal, c verò equus. Nullus igitur equus sit bonus, quandoquidem fieri potest, necesse autem est omnem equum esse animal, non tamen necesse est aliquod animal non esse bonum: siquidem fieri potest, vt omne animal sit bonum. 13 Quòd si hoc fieri non potest, alium terminum ponere oportet

pus non esse lapidem. 9 *Quæ colligendi ratio probatur illo principio, de nulla re dici; si enim necesse est nullũ hominẽ esse lapidẽ, & aliquod corpus sub homine sumitur, necesse erit aliquod corpus non esse lapidẽ.* 10 *Si tamẽ assumptio affirmans sit necessaria, & propositio negans non necessaria, sed tantùm inesse declarans, non colligetur conclusio necessaria. Vt si nullus homo est lapis, & omnis homo necessariò est substãtia, non sequitur, ergo aliqua substantia necessariò nõ est lapis.* 11 *Quod demõstratur duabus rationibus. Prima est, quia si redigatur ad primã figurã, reciprocata aßũptione, erit aßũptio affirmãs necessaria; ut nullus homo est lapis, aliqua substantia necessariò est homo, ex quibus sequitur, aliqua substantia non est lapis, non tamen neceßariò. Quoniam demonstratum est in prima figura, atq; in hoc quarto modo, nõ colligi conclusionem neceßariã, nisi propositio negãs sit neceßaria.* 12 *Secunda ratio. Quamuis in exẽplo proposito cõclusio necessaria sit causa materiæ subiectæ; tamẽ sumptis alijs terminis apparebit ex ueris sumptionibus, falsam esse conclusionem. Vt si termini sumantur, bonum, animal, equus: atq; sumatur uera hæc propositio, nullus equus est bonus, cùm enim sit in rebus cõtingentibus, uera esse potest. Est igitur ratiocinatio, nullus equus est bonus, omnis equus necessariò est animal, ergo aliquod animal necessariò non est bonum. Falsa est conclusio, quia fieri potest, ut omne animal sit bonum.* 13 *Quòd si hoc non existimatur fieri posse, propterea quòd multa sunt animata uenenata: loco boni sumatur uigilare, aut dormire: nullus equus uigilat, omnis equus necessariò est animal, non sequitur, aliquod animal necessariò non*

A. lapis.
B. substãtia,
C. homo.

Universidad de Deusto
Biblioteca

vigilare, aut dormire. Nam omne animal vtriusque horum est capax. Cùm igitur termini vniuersè iunguntur cum medio, dictum iam est quando colligatur necessaria conclusio. 14 Si verò alterũ pronuntiatum sit vniuersum, alterum ex parte, atque ambo affirmãtia, cùm vniuersum fuerit necessarium, erit etiam conclusio necessaria. Demonstratio eadem est, quæ in prioribus, reciprocatur enim particulare affirmans. 15 Si igitur necesse est omne c esse b, atq; aliquod a sub c continetur, necesse est aliquod a esse b. Quòd si necesse est aliquod a esse b, necesse erit aliquod b esse a, reciprocatur enim. 16 Similis est ratio, si propositio a c, cùm sit vniuersa, sumatur necessaria, 17 quia b sub c continetur. 18 Si autẽ particulare pronuntiatum sit necessarium, non est conclusio necessaria. Sumatur enim assumptio b c particularis, & necessaria, atq; omne c sit a, non tamẽ ex necessitate. 19 Reciprocata igitur assumptione b c efficitur prima figura, vbi pronuntiatũ vniuersum non est necessarium, particulare verò est necessarium: cùm autem ita se habebant pronuntiata, non erat cõclusio necessaria, quare nec in his necessaria erit. 20 Idem etiam perspicuum erit propositis terminis. Esto enim a vigilia, b autem bipes, c verò animal. Necesse igitur est aliquod c esse b, omne verò c sit a, quia fieri potest, non tamen est necesse aliquod b esse a; non enim necessarium est aliquod bipes dormire, aut vigilare. 21 Eadem ratione demonstrabitur per eosdem terminos, si propositio a c sit particularis, & necessaria, neque enim conclusio erit necessaria. 22 Cùm autem ex terminis alter affirmatur, negatur alter, si is, qui negatur, vniuersè iungatur cum medio, & necessariò, erit etiam necessaria conclusio. 23 Si enim necesse est nullum c esse a, atque aliquod c est b, necesse est aliquod b non esse a. 24 Si verò pronuntiatum affirmãs necessariũ ponatur, siue vniuersum, siue particulare, aut particulare,

*uigilat, cùm omne animal uigilare possit. Atq; ex his manifestum est iam, quando in duobus modis uniuersis colligatur conclusio necessaria. 14 Sequitur explicemus hanc mistionem in modis particularibus, ac primùm in duobus affirmantibus; in quibus si pronuntiatũ uniuersum fuerit necessariũ, & particulare nõ necessariũ, sed tãtùm inesse declarãs, sequetur cõclusio necessaria. Quod eadẽ ratione demõstratur, atq; in modis uniuersis, quia reciprocato particulari, efficitur ratiocinatio in prima figura, ex propositione uniuersa. * Primùm cùm propositio est particularis, licet ita ratiocinari. Aliquod animal est equus, omne animal necessariò est substantia, igitur aliqua substantia necessariò est equus. 15 Cõfirmatur, quia reciprocata propositione, & transmutatis sumptionibus, ita cõnectitur in prima figura, omne animal necessariò est substantia, aliquis equus est animal, igitur aliquis equus necessariò est substantia. Vnde sequitur per reciprocationem, aliqua substantia necessariò est equus, quæ erat prima conclusio. 16. Eadem est ratio in altero modo, ubi propositio est uniuersa, si ea necessaria ponatur. Vt omne animal necessariò sentit, aliquod animal est equus, ergo aliquis equus necessariò sentit. Nam reciprocata assumptione, aliquis equus est animal, colligitur eadem conclusio in prima figura. 17 Vbi probatur illo principio, dici de omni re, quia omne animal necessariò sentit, & equus sumitur sub animali. 18 Si autem particulare pronuntiatum sumatur necessarium, non colligetur necessaria conclusio. Quod in modo proximè explicato experiri licet, omne animal sentit, aliquod animal necessariò est equus, ergo aliquis equus necessariò sentit: non inquam colligi potest hæc conclusio. 19. Quia reciprocata*

Disamis.
A. equus.
B. substãtia.
C. animal.

Datisi.
A. sentire.
B. equus.
A. animal.

assumptione, aliquis equus necessariò est animal, fit ratiocinatio in prima figura, ubi propositio uniuersa non est necessaria, & assumptio particularis est necessaria. Ex quibus docuimus eo loco, non sequi necessariam conclusionem: quapropter neq; in hoc modo huius figuræ colligetur. 20 Quod etiam alia ratione probare licet; quamuis enim in proposito exemplo conclusio reuera sit necessaria, causa materiæ subiectæ; tamen sumptis alijs terminis significantibus, ex particulari assumptione necessaria, nõ poterit colligi conclusio necessaria, quin sit falsa. Vt si termini ponãtur uigilia, bipes, animal, omne animal uigilat (quoniam hoc fieri potest,) aliquod animal necessariò est bipes, non sequitur, ergo aliquod bipes necessariò uigilat; neq; enim dormit aliquod bipes, nec uigilat necessariò. 21 Per eosdem terminos transmutatos demonstrare possumus, si propositio sit particularis necessaria, non colligi necessariam cõclusionẽ: ut aliquod animal necessariò est bipes, omne animal uigilat, non sequitur, aliquod uigilans necessariò est bipes, cùm fieri possit, ut nullum bipes uigilet. Nec satis est, sit necessaria ex hypothesi, cùm propositio sit necessaria simpliciter. 22 Superest explicetur hæc mistio in duobus modis particularibus negantibus; in quibus si negãs pronuntiatũ fuerit uniuersum, (ut in ultimo modo) atq; necessariũ, sequetur necessaria cõclusio. 23 Vt si necesse est nullũ animal esse lignũ, atq; aliquod animal est corpus, necesse erit aliquod corpus nõ esse lignũ. 24 Si aũt in his modis pronuntiatũ affirmãs sumatur necessariũ: siue sit uniuersum, ut in quinto modo, siue particulare, ut in ultimo: aut particulare negans necessariũ, ut in quinto modo,

Datisi.

Disamis.

Ferison.
A. lignum.
B. corpus.
C. animal.

Universidad de Deusto
Biblioteca

culare negans necessarium, non efficietur necessaria conclusio.
25 Cætera enim eadem, quæ in prioribus dicemus. 26 Cùm igitur vniuersum affirmans est necessarium, termini sunt, vigilia, animal, homo; medium homo: 27 cùm autem particulare affirmans est necessarium, vigilia, animal, album: necesse enim est aliquod album esse animal, atque fieri potest, vt nullũ album vigilet, non tamẽ est necesse aliquod animal non vigilet. 28 Cùm verò particulare negans necessarium fuerit, bipes, quod mouetur, animal; mediũ animal. 29 Manifestum igitur est non esse ratiocinationem, quæ tantùm inesse concludat, nisi ambo pronũtiata tantùm inesse dicãt.

to modo non efficietur necessaria conclusio. Vnde in quinto modo, utrauis necessaria existat, nunquam colligitur cõclusio necessaria. 25 Atq; in modo vltimo colligi necessariam conclusionem, si propositio negans sit necessaria, non autem si assumptio, eisdem rationibus probare possumus, quibus usi sumus in superioribus modis, scilicet reuocatione ad primam figuram. 26 Sed propositis terminis significantibus hoc idem probare possumus in utroq; modo. Ac primùm in quinto modo, si assumptio uniuersa affirmans sit necessaria. Termini esse possunt uigilia, animal, homo. Aliquis homo non uigilat, omnis homo necessariò est animal, igitur aliquod animal necessariò non uigilat, falsa est hæc cõclusio. 27 In sexto modo si assumptio particularis affirmãs sit necessaria, termini esse poßunt uigilia, animal, album; nullum album uigilat, aliquod album necessariò est animal, (ut Cygnus) ergo aliquod animal necessariò uigilat, falsa est conclusio. 28 In quinto modo, si propositio partitularis negãs sit necessaria, termini esse poßunt, bipes, quod mouetur, animal: aliquod animal necessariò non est bipes, omne animal mouetur, ergo aliquid, quod mouetur necessariò non est bipes, quæ cõclusio eò falsa est, quòd fieri poßit, ut sola bipida animalia moueantur, quod intelligitur de motu progreßionis. 29 Perspicuum igitur relinquitur ex superiori disputatione, non concludi conclusionem, quæ tantùm ineße declarat, nisi ex ambabus sumptionibus, quæ tantùm ineße declarẽt. Quamuis enim docuerimus superiùs ex altera sumptione necessaria, interdum non sequi cõclusionẽ necessariã, sed quæ tãtùm ineße dicat, ut in prima figura, cùm assumptio est necessaria; nõ tamẽ sequitur ea cõclusio ex necessaria assũptione, quia necessaria est, sed quia ineße dicit; modus enim necessitatis nihil facit ad inferendã eã cõclusionẽ, quoniã eo detracto, sequitur eadẽ cõclusio. Vt in hac ratiocinatione uidere licet. Omne animal mouetur, omnis homo necessariò est animal, igitur omnis homo mouetur; si auferatur modus necessitatis ab assumptione, eadem colligetur conclusio. Quapropter, quatenus pertinet ad inferendam conclusionem,

30 At verò posse necessarium concludere, si alterum tantùm pronuntiatum necessarium existat. 31 In vtrisque verò tam affirmãtibus, quàm negantibus ratiocinationibus, necesse est alterum pronuntiatum simile esse conclusioni. Simile inquam, vt si conclusio tantùm inesse dicat, alterum quoque pronuntiatum tantùm inesse dicat: si autem conclusio necessaria, alterum pronuntiatum necessarium. 32 Hoc itaque perspicuum est non futuram conclusionẽ necessariam, nec quæ tantùm inesse dicat, quin sumatur pronũtiatum necessariũ, aut quod inesse tantùm declaret. 33 Atq; de necessario, quemadmodum efficiatur, & quid differat ab eo, quod tãtùm inesse declarat, fere satis dictum est.

nem, ea assumptio accipienda est tanquam inesse tantùm declarãs. Eadem est ratio in aliis modis. 30 Tamen ad inferendam necessariam conclusionem non est necesse ambas sumptiones sint necessariæ, satis enim est altera sit necessaria. 31 Hoc tamen obseruandum est, tam in ratiocinationibus affirmantibus, quàm negantibus. Vt alterum pronuntiatum simile sit cõclusioni. Nam si conclusio tantùm inesse concludat, aliquod pronuntiatum sumi debet, quod tantùm inesse dicat, immo, ut dictum est, utrunque debet esse huiusmodi: si uerò cõclusio est necessaria, alterum saltem pronuntiatum debet esse necessarium. 32 Constat igitur non posse concludi necessariam conclusionem, quin sumatur aliquod pronũtiatum necessarium. Nec concludi, quæ tantùm inesse dicit, quin sumantur similia pronuntiata. 33 Atque satis explicasse uidemur unde efficiatur necessaria conclusio, scilicet ex ambabus sumptionibus necessarijs, atque interdum ex altera necessaria. Et quid interfit inter necessarium, & quod tantùm inesse declarat; nempe non omne, quod tantùm inesse declarat, necessarium, & perpetuum esse, sed aliquod posse non esse; necessariam uerò semper esse.

Scholia in cap. vndecimum.

11 VNde si nullũ c sit a, & aliquod b necessariò est c. &c.) Græca habẽt τὸ δὲ μὴ ὑπάρχειν τινὶ τῷ ἐνδέχεσθαι id est, aliquod b est c. Sic habent omnia exemplaria, tam Græca, quàm Latina, quæ ego viderim. Tamen quia constat ex oratione proximè præcedente, in hoc eodem numero, hoc pronuntiatum sumi ab Arist. tanquam necessarium, adiũxi ego in versione modũ necessariũ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

12 *Nullus igitur equus sit bonus, quãdoquidem fieri potest &c.) Græca habent* τὸμενδὴ ἀγαθὸν ἵνδ' ἐχεται μηδ' ἑνὶ ἵππῳ ὑπάρχειν, *id est, bonũ igitur contingit nulli equo ineſse. Verùm Ariſtoteles nõ vtitur hoc pronuntiato, vt modi contingentis, quia nondum agit de huiuſmodi miſtione: ſed vt obſeruauit Alexander, vtitur eo tanquam ineſſe tantùm declarante, addidit autem verbum contingere, vt ſignificaret ſumptum eſſe ex materia contingente, vt poſſet eſſe verum. Propterea nos vertimus, nullus igitur equus ſit bonus, quandoquidem fieri poteſt.*

15 *Si igitur neceſſe eſt omne c eſſe b, atque aliquod a ſub c cõtinetur &c.) In hoc modo oritur dubitatio multò grauior, quàm in prima figura. Nõ enim ſi propoſitio particularis ineſſe dicit, & aſſũptio eſt neceſſaria, ſequitur ſemper concluſio neceſſaria, vt apparet manifeſtò in hoc exẽplo. Aliquis homo ambulat, omnis homo neceſſariò eſt animal, falſa erit cõcluſio, aliquod animal neceſſariò ambulat. Similis dubitatio adfertur in primũ modũ, cùm propoſitio ineſſe dicit. Reſpõdere poſſumus, aut concluſionẽ eſſe neceſſariã ex hypotheſi, nam homine ambulãte, neceſſariũ eſt aliquod animal ambulare: aut quod verius eſt, propoſitionẽ habere hũc ſenſum, aliquis homo eſt ea res, quæ ambulat, vtpote Socrates, aut Plato. Quoniam vt fiat reuocatio ad primam figuram, ita debet reciprocari, aliqua res, quæ ambulat, eſt homo: quo modo vera eſt concluſio, aliquod animal neceſſariò eſt ea res, quæ ambulat, vt Socrates aut Plato: aliter autem non ſequetur neceſſaria concluſio, ſed quæ tãtùm ineſſe dicat.*

29 *Maxima eſt controuerſia apud interpretes de vero ſenſu huius loci, ſcilicet concluſionem, quæ tantùm ineſſe declarat, non colligi niſi ex vtriſque ſumptionibus tantùm ineſſe declarantibus, cùm ipſe Ariſtoteles aliud docuerit in explicãda hac ipſa miſtione. Mihi ille ſenſus vi ſus eſt verus, quem appoſui in Paraphraſi, ſcilicet cùm cõcluſio ineſſe declarans ſequitur ex altera ſumptione neceſſaria, modum illum neceſſitatis nihil omnino conferre ad concluſionẽ, nec ei præbere vllam vim, ac propterea pronuntiatum illud accipiendum eſſe tanquam ſi tantùm ineſſe dicat.*

De con-

De contingenti, quid ſit, & eius reciprocatione. Cap. 12.

ARGVMENTVM.

DEfinitur contingẽs, quod cùm nõ ſit neceſſarium, ſi ſtatuatur eſſe, nihil ſequitur impoſsibile. In contingentibus affirmantia pronuntiata reciprocãtur in negantia. Duplex traditur huiuſmodi contingens, vnum, quod plerumque fit, habetque certam cauſam; alterum indefinitum, quod tam natum eſt eſſe, quàm non eſſe. De ijs tantùm contingentibus, quæ plerumque fiunt, eſt ſcientia, & demonſtratio.

1 POſt hæc autem de cõtingenti dicamus, quando, quomodo, & ex quibus efficiatur ratiocinatio. 2 Appello verò contingere, atque contingens, quod cùm non ſit neceſſarium, ſi tamen ponatur eſſe, nullum inde ſequitur incommodũ, nec aliquid, quod fieri non poſsit. 3 Neceſſariũ enim homonymè contingere dicimus. 4 Hoc autem eſſe cõtingens, perſpicuum eſt ex

1 QVemadmodũ ex neceſſarijs pronũtiatis, tum ipſis ſolis, tum iũctis cum ijs, quæ tantum ineſſe declarant, conficiatur ratiocinatio, dictum eſt hactenus. Nunc ſequitur doceamus, quando ex contingentibus pronuntiatis, quo modo inter ſe compoſitis, & ex quibus ratiocinatio efficitur, & colligatur concluſio contingens. Idq; tam ex ſolis contingentibus, quàm ex eiſdem miſtis cum neceſſarijs, & ijs quæ ineſſe dicunt. 2 Priũs tamen explicare oportet quid ſit contingens, quam habeat reciprocationem, & quotuplex ſit, ut hoc modo faciliũs intelligamus quod ſit contingens pronuntiatum. Contingens igitur, & contingere, ſi proprie ſumatur id dicitur eſſe, quod cùm non ſit neceſſariũ, immo uerò cùm omnino non exiſtat, ſi tamẽ conſtituatur eſſe, nihil inde conſequitur, quod fieri nõ poſsit, aut incommodum ſit. Ita ut contingens neq; ſit neceſſarium, nec impoſsibile, neq; exiſtat adhuc, ſed eſſe poſsit: idq; dicitur eſſe proprium contingens. Vt cras fore bellum nauale, Socratem ambulaturum hodie. 3 Quamuis enim ſuperiùs docuerimus uno modo dici contingens, quod eſt neceſſariũ: impropriẽ tamen, & nomine tantùm neceſſarium appellatur contingens, non propria ratione. Quemadmodum homo pictus impropriè, & nomine ſolo appellatur homo: dicitur enim neceſſariũ contingens eo ſolo nomine, quòd non ſit impoſsibile, ut cõtingit hominẽ eſſe animal. 4 Tamen hoc eſſe cõtingens, quod definiuimus, ex affirmationibus, & negationibus cõtradicentibus confirmare poſſumus.

Cap. 3.

negationibus, & affirmationibus oppositis. Nam non contingit esse, & impossibile est esse, & necesse est non esse, aut eadem sunt, aut sese mutuò consecuntur. Quare & quę his sunt opposita, scilicet contingit esse, & non impossibile est esse, & non necesse est non esse, aut etiam eadem sunt, aut sese mutuò consecuntur. 5 Quoniam de omni re dicitur affirmatio, aut negatio. 6 Erit ergo cõtingens non necessarium, & non necessarium contingens. 7 Accidit autem omnibus pronuntiatis, quæ ex contingenti constãt, vt in se mutuò reciprocentur. Dico autem non affirmãtia in negãtia, sed

Constituatur enim primùm affirmatio contingit esse, deinde ẽ regione eius negatio contradicens, non contingit esse. Rursus sub affirmatione contingit esse, collocentur non impoßibile est esse, non necesse est non esse. Eodem modo sub illa negatione nõ contingit esse, horum contradicentia impoßibile est esse, & necesse est non esse. Si igitur hæc tria, quæ in secũdo ordine continentur, non contingit esse, impoßibile est esse, necesse est non esse, aut eadem sunt, aut se mutuò cõsecuntur. Eadem quidem sunt significatione, non uoce: tamen se mutuò consecũtur, & idem ualent. Illa quoq; tria horum contradicentia, quæ in primo ordine continentur, aut eadem sunt, aut se mutuò consecuntur: scilicet contingit esse, non impoßibile est esse, non necesse est non esse.

Contingit esse	*Non contingit esse*
Non impoßibile est esse	*Impoßibile est esse*
Non necesse est non esse	*Necesse est non esse.*

5 *Quod demonstratur illo principio contradictionis, de omni re dicitur affirmatio aut negatio. Nam si huic affirmationi, contingit eße, non possunt conuenire illi duo modi affirmati, impoßibile est eße, necesse est non esse, quia conueniũt suo cõtradicenti; necessariũ est ipsi cõueniant illorum cõtradicentia, & negantia, nõ impoßibile est esse, & nõ necesse est non eße. Si igitur huic affirmationi contingit eße, conuenit hæc negatio, nõ neceße est non eße, uerum est quod diximus contingens non eße necessarium: non enim est necessarium non eße, neq; id quod necessarium est eße. Si etiam ipsi conuenit hæc altera negatio, non impoßibile est eße, uerè definitũ est, quo posito nihil sequitur impoßibile. 6 Quapropter concludendum est contingens eße non necessarium, & contrà non necessarium eße contingens. si quidem non sit sed poßit eße. 7 Pronuntiata uerò, quæ de huiusmodi rebus contingentibus efficiuntur, & modi sunt contingentis, omnia in se mutò reciprocãtur, affirmationes scilicet in negationes. Non quidem quæ affirmãtia sunt, in negãtia, ubi modus negetur; sed quæ speciem habẽt affirmationis,*

quæ speciem habent affirmationis, per oppositionem. 8 Vt quod contingit esse, in id, quod contingit non esse; & quod contingit omni, in id, quod contingit nulli, aut non omni: item quod alicui contingit, in id, quod cõtingit non omni. 9 Eodem modo fit in alijs. 10 Nam quia contingens non est necessarium, quod autem non est necessarium potest non esse, manifestum est quòd si contingit b esse a, contingit etiam nõ esse a. Et si contingit omne b esse a, contingit etiã nullum b esse a. Eadẽ est etiam ratio in particularibus affirmationibus, quoniam eadem est demonstratio. 11 Sunt autem huiusmodi pronuntiata affirmantia, non negantia: verbum enim contingere eũdem habet locum in oratione, atq; verbum esse, quemadmodum priùs dictum est. 12 His explicatis rursum dicamus contingere dici duobus modis. Vno, quòd plerunq; fit, & deserit necessarium: vt hominem canescere, aut crescere, aut

mationis, (hoc ipso quòd modus affirmatur,) in opposita, ubi non modus, sed uerbum negetur, ita ut affirmatio, & negatio penes uerbũ spectẽtur. 8 Quod exemplis fiet manifestum, ut contingit Socratem lauari, in id, contingit Socratem non lauari: & contingit omnem hominem ambulare, in id, contingit nullũ hominem ambulare, aut non omnem hominem ambulare; & contingit aliquem hominem sedere, in id, contingit aliquem hominem non sedere. 9 Eadem ratione reciprocantur quæ æqui pollent contingentibus. Vt non impoßibile est ambulare, in id, non impoßibile est non ambulare. Et non neceße est non ambulare, in id, non necesse est ambulare. 10 Quod hac ratione confirmatur, contingẽs, ut dictum est, non; est necessarium, quod autem non est necessarium, potest eße, & non eße, igitur si contingit Socratem lauari, contingit etiam non lauari. Et si contingit omnem hominem ambulare, contingit nullũ ambulare. Et in particularibus etiam, si contingit aliquem hominem sedere, contingit aliquem non sedere. Nam eadem est in omnibus demonstratio. 11 Omnia tamen huiusmodi pronuntiata sunt reuera affirmantia, non negantia, quia modus contingens affirmatur. In his enim, ut antea dictum est. 3. cap. modus contingens, aut uerbũ contingere, eandem habet uim, atq; uerbum esse, ut quemadmodum in alijs pronuntiatis, quæ modo carent, ex uerbo esse dicitur affirmatio, & negatio: sic etiam in his ex uerbo contingere. 12 Verum his ita expositis doceamus quot modis dicatur hoc contingens, quod definitum est à nobis. Dicitur quidem duobus modis. Nam uno modo id dicitur contingens, quod ut plurimum ita euenit, paramq; deficit à necessario; ut hominem canescere, augeri, imminui, atq; omnino quidquid suapte natura ita natum est fieri, ut hominem nasci cum quinq; di-

minui, aut omnino quod natum est esse. 13 Hoc enim non habet continuam necessitatem, propterea quòd non semper est homo. 14 Cùm autem est homo, aut ex necessitate, aut plerunque est. 15 Altero modo contingens dicitur indefinitum, quod hoc modo, & aliter fieri potest; vt ambulare animal, 16 aut eo ambulãte terræmotum fieri. Atq; omnino quod fortuitò euenit. Nihil enim magis hoc modo, quàm contrario natum est fieri. 17 Reciprocatur igitur vtrunque contingens per opposita pronuntiata, non tamen eodem modo. Sed id, quod plerunq; natũ est esse, propterea quod

gitis in singulis manibus, sub canicula ardores fieri. 13 Ex his enim contingentibus, quod prius expositum est exempli causa, non habet continuam, & perpetuam necessitatem, duabus de causis: una est ex parte subiecti, quia homo non semper est; non enim semper adolescit, ut augeatur, nec semper ad senectutẽ peruenit, ut imminuatur, & canescat, (nã sic accipio non semper esse hominẽ) cùm multi priusquam ad senectutem perueniant, moriantur: alij recens nati intereãt, in quibus non possunt hæc inesse. 14 Altera causa est ex parte attributi. Nam cùm peruenit homo ad eam ætatem, in qua hæc possit accipere, aut necessariò, aut ut plurimũ hæc accipit, necessariò quidẽ uidetur augeri, & minui; plerunq; uerò canescere. Quidam enim eius sunt temperamenti, ut in senectute non canescant; unde canescere utraque de causa est contingens. 15 Altero modo dicitur contingens indefinitum, & incertum: quod item duplex est, unum quod æquè cadit in utranq; partem, ut animal ambulare. Hoc propterea indefinitum dicitur, quia non magis hoc, quàm alio modo fieri solet, tam enim frequenter fit, ut ambulet animal, quàm nõ ambulet. 16 Alterum est, quod raro accidit, ut ambulante animali fieri terræmotum, fodientẽ reperire thesaurum, ac demũ quidquid casu & fortuitò euenit. Hoc etiam dicitur cõtingens indefinitum, tum quia nõ habet certam aliquam causam, qua propter fiat; tum etiam quia tametsi raro accidat, suapte natura non magis aptum est hoc modo, quàm contrario euenire, cùm in neutram partem certa sit causa. Nisi hoc contingens rarum cõtrarium sit eius, quod suapte natura plerunq; fieri solet, ut hominem nasci cum pluribus quinq; digitis, aut paucioribus. Hoc enim non potest indefinitum appellari contingens, hoc secundo modo, cùm in unam partem habeat certam & naturalem causam, sed primo tantùm modo, quia in hãc partem, qua raro euenit, fortuitam, & accidentariam habet causam. 17 Vtrunq; contingens reciprocatur per contraria pronuntiata, eo modo, quo antea explicauimus; ut si contingat esse, contingat etiam non esse. Non tamen utrunq; reciprocatur eadem ratione, & causa. Illud enim quod suapte natura plerunque ita natum est fieri,

propterea

non necessariò est, sic enim contingit hominem non canescere. Indefinitum verò, quia non magis hoc, quàm illo modo natum est esse, aut fore. 18 Atq; de contingentibus indefinitis non est scientia, nec ratiocinatio demonstratiua, propterea quòd medium incertum est. 19 De ijs autem est, quæ plerunq; ita nata sunt fieri; immo verò disputationes, & considerationes ferè de huiusmodi cõtingentibus suspiciũtur. 20 De illis autẽ potest fieri ratiocinatio, non tamen consueuerũt in quæstionem venire. Hæc igitur explicabuntur magis in sequentibus. 21 Nunc verò dicamus quando, & quomodo, & quænam erit ratiocinatio ex contingentibus pronuntiatis. 22 Quoniam autem contingere hoc in illo inesse duobus modis intelligi potest, aut enim in quo illud inest, aut in

propterea reciprocatur in contrarium pronuntiatum, quia non est omnimo necessarium. Nam idcirco si contingit hominem canescere, contingit nõ canescere, quia illud canescere non omnino necessarium est. Indefinitum uerò contingens quamuis non sit necessarium, aliam causam magis manifestam habere uidetur reciprocationis, scilicet quia non magis natum est hoc, quàm alio modo fieri. Cùm enim tam facilè natum sit animal ambulare, quàm non ambulare, si cõtingit ambulare, contingit etiam non ambulare. 18 Vnde in huiusmodi contingentibus indefinitis, nec uersatur scientia, nec demonstratio; quia cùm mediũ non habeat certam aliquam rationem, non magis natum est conuenire, quàm non conuenire. Vnde ex eo non magis licet hoc, quàm contrarium colligere. 19 In ijs uerò contingentibus, quæ ut plurimùm ita nata sunt fieri, uersatur scientia, & demonstratio. Maxima enim pars Philosophiæ naturalis in ijs posita est, quoniã omnia ferè quæ sub cœlo fiunt, talia esse solent. In disputationibus quoq; Dialecticis, & Rhetoricis, in consultationibus huiusmodi contingentia spectantur. Habetur autem de ijs scientia, & demonstratio, non quia contingentia, sed quia proxima sunt necessarijs, & habent certam aliquam causam, qua fiant. 20 De contingentibus autem indefinitis potest quidem fieri ratiocinatio; non tamen ueniunt hæc in quæstionem, nec de his suscipitur disputatio. Sed hæc magis explicabuntur in sequentibus; nam in primo libro de Demõstratione docebitur, de ijs, quæ casu & fortuitò fiunt, non esse scientiã, nec demonstrationem. Cap. 24.
21 Quoniam igitur aliqua contingentia in disputationem uenire solent, docendum est quemadmodũ ex pronuntiatis contingentibus fiat ratiocinatio, & quænam recta, quæ minus recta ex huiusmodi pronuntiatis coalescat. 22 Primùm tamen explicãdum est quem sensum habeat illud principium de omni dici, in his pronuntiatis cõtingentibus. Duobus quidem modis intelligi potest, cùm dicimus

contingere

quo contingit illud ipsum inesse. 23 Id enim de quo b, contingere esse a, alterum horum significat, aut id de quo dicitur b, aut de quo dici contingit. 24 Illud autem, de quo dicitur b, cõtingere esse a, aut omne b contingere esse a, nihil differt. 25 Manifestum igitur est duobus modis dici posse contingere omne b esse a. 26 Primum igitur dicamus, si quod est c cõtingit esse b, & quod est b cõtingit esse a, quænam, & qualis efficiatur ratiocinatio. Sic enim ambo pronuntiata accipiuntur contingentia. 27 Cùm autem id, quod est b contingit esse a, alterum pronuntiatum tantùm inesse declarat, alterum contingens est: vnde ab ijs quæ sunt eiusdem formæ incipiendum est, quemadmodum in alijs.

cõtingere hoc illud esse. Aut enim significat, id quod hoc est, cõtingere illud esse: aut quod contingit esse hoc, contingere illud esse. 23 Exempli causa, contingit albũ moueri, duo significare potest, aut id, quod est album, contingit moueri, aut quod contingit esse album, contingit moueri. 24 Cùm autem dico id, quod est album, contingit moueri, perinde accipi uolo, ac si dicerem contingit omne albũ moueri, quoniam idem est. 25 Quapropter in huiusmodi contingentibus, illud principium dici de omni, duobus modis potest accipi. Vt contingit omne album moueri. Aut enim significat quidquid accipitur sub albo, contingere moueri, aut quidquid contingit esse album, cõtingere moueri. Simili ratione accipiendum est alterum principium, de nullo dici. 26 Ac primum dicẽdum est ex duobus pronuntiatis contingentibus quænã efficiatur ratiocinatio, & qualis colligatur cõclusio. Vt si sumatur cõtingit omne albũ moueri, & contingit omnẽ hominẽ esse album. 27 Si autem sumamus, omne album contingit moueri, & omnis homo est albus, alterum pronuntiatum est contingens, alterum tantùm inesse declarat. Sed prius docendum est quo modo fiat ratiocinatio ex duobus contingentibus, quemadmodum in superioribus prius explicauimus, quo modo fieret ex duobus necessarijs.

A. moueri. B. album.

A. moueri. B. album. C. homo.

Scholia in cap. 12.

2 *Appello verò cõtingẽs &c.) Nõ definitur hîc pronũtiatiũ contingens, vt Suesanus, & alij quidam putant, sed res contingens, vt inde intelligamus quale sit pronuntiatum contingens.*

6 *Erit ergo contingens non necessarium, & non necessarium contingens, &c.) videtur hæc aliquo modo pugnare cum ijs, quæ docuit supra cap. 3.*

cap. 3. Ibi enim explicans varia significata contingentis, dixit tria significare, quod necessariũ est, quod non est necessariũ, & quod possibile est contingere, vbi possibile distinguit à non necessario, quasi non necessarium id dicatur, quod reuera est, non tamen necessariò: possibile verò, quod nondum est, sed potest esse. Hoc ipsum dicitur contingens hoc loco, scilicet quod nondum est, sed potest esse, vt sentit Alexander, & ferè omnes interpretes, & constat ex eodem Aristotele, non tantùm hoc loco, sed supra cap. 8. vbi id appellat cõtingere inesse, quod nec est necessariò, nec omnino est, sed contingit esse. Si igitur hoc dicitur contingens hoc loco, quod ibi appellat possibile diuersum à nõ necessario, hoc ipsum contingens, quod nunc defiaitur, nec est appellandum necessarium, neq; non necessarium, sed possibile. Respondendum est, eo loco id tantùm appellari non necessarium, quod iam est, sed non ex necessitate, vt Platonẽ sedere: hoc autem in loco non hoc tantùm, sed etiam quod nondũ est, posse tamen esse. Itaq; cõtingens, quod hîc definitur, est hoc ipsum nõ necessarium, & contrà huiusmodi nõ necessarium est cõtingens.

9 *Eodem modo fit in alijs &c). Ex hoc loco dissolui potest dubitatio, quæ adferri solet ab interpretibus paulo superiùs, numero. 4. Vbi demonstrans Aristoteles ex affirmationibus, & negationibus oppositis, contingens non esse necessarium, non concludit non esse necessarium, quod probandum erat, sed non esse necessarium nõ esse. Potest tamen probari ex hoc loco, si quæ æquipollent contingentibus eodem modo reciprocantur. Nam si quod cõtingit esse, nõ necesse est non esse: quod nõ necesse est nõ esse, non necesse est esse; ergo quod contingit esse, nõ necesse est esse. Sed hac probatione non potuit Arist. vti eo loco, quia nondum explicauerat reciprocationem contingentium.*

17 *Reciprocatur igitur vtrũque contingens, &c.) Secutus sum in toto hoc loco explicãdo interpretationem Alexandri, & Magentini. Superiùs numero 10. reddidit Aristoteles causam communem, cur cõtingẽs reciprocetur per oppositas affirmationes, & negationes; scilicet non esse necessarium: nũc explicat magis causam in vnoquoque genere contingẽtis. Docet igitur contingẽs, quod plerumque fit, & causam habet certam, propterea reciprocari in oppositam negationem, quia nõ est omnino*

Universidad de Deusto
Biblioteca

necessariũ, sed vt dictum est, deserit necessarium. Vnde si cõtingit hominem canescere, cõtingit non canescere. Itaq; in hoc cõtingenti nõ est alia causa reciprocãdi, præter illã cõmunem. Cõtingens autẽ indefinitũ, præterquam quod nõ est necessariũ, habet hãc priuatã causam reciprocationis, quòd non magis natum est hoc, quàm illo modo euenire, cùm in neutram partem habeat definitam causam. Si enim tam est natum animal ambulare, quàm non ambulare, si contingit ambulare, contingit etiã non ambulare. Nec est hæc interpretatio aliena à verbis Arist. vt putat Burana, cõstat enim vel ijs, qui mediocriter versati sunt in Græca oratione Arist. articulũ dãdi casus τῷ sæpe causam significare, vt idẽ sit τῷ, quod hoc ipso, aut propterea quod, vt in extrema parte definitionis Syllogismi, τῷ ταῦτα εἶναι, propterea quod hæc sunt, & in explicanda prima figura τῷ πάντως ἔχειν τοὺς ὅρους, propterea quod termini ita sunt affecti, & alijs in numeris in locis. Vnde iuxta Alexandrũ interpretor hunc locum, τῷ μὴ ἐξ ἀνάγκης ὑπάρχειν, propterea quod non necessariò est. Et statim inferiùs τόδε ἀόριστον τῷ μᾶλλον ὅτως ἢ ἐνδέχεται ἢ ἔχειν, ἢ ἐξειν, id est, indefinitum verò, quia non magis hoc, quàm illo modo natum est esse, aut fore. Alij tamẽ existimãt Arist. docere hoc loco, in quale contingẽs reciprocetur vnũquodq; contingẽs, scilicet cõtingẽs, quod plerunq; natũ est esse, in contingẽs nõ necessariũ, vt per cõtingens nõ necessariũ, intelligatur cõtingens illud rarũ, contrariũ eius, quod plerũq; fit: vt hominẽ non canescere: cõtingens verò indefinitũ reciprocari in contingẽs eiusdem generis, quod tam natum est hoc, quàm illo modo euenire. Iuxta quam interpretationem articulus ille τῷ non significat causam, sed alterã partem, in quã reciprocatur contingẽs. Vt in hoc eodem capite superiùs numero. 8. τὸ ἐνδέχεσθαι ὑπάρχειν, τῷ ἐνδέχεσθαι μὴ ὑπάρχειν. Quod contingit esse, in id, quod contingit non esse. Vnde ad hũc sensum, sic est vertẽdus totus hic locus. Reciprocatur igitur vtrumq; contingẽs per opposita pronũtiata, non tamen eodem modo: sed id quod plerunq; natum est esse, in id, quod nõ necesse est esse: sic enim contingit hominem non canescere. Indefinitum verò in id, quod non magis hoc, quàm illo modo natum est esse, aut fore. Ego hanc interpretationem propterea non recepi, quòd Aristoteles non solùm illud contingens appellat

appellat nõ necessarium, quod rarum est, & cõtrarium eius, quod plerumque fit, sed omne cõtingẽs: sic enim definitum est. Indicaui tamẽ hoc scholio vtramq; interpretationem, vt liberum esset cuius eligere, quã magis probauerit.

19 Immo verò disputationes, & cõsiderationes ferè de huiusmodi contingentibus suscipiũtur &c.) λόγοι, & σκέψεις ita differe videtur, vt λόγοι sint disputationes, quibus cum alijs rem aliquam tractamus rationibus probabilibus, quales sunt dialecticæ: id enim significat interdũ apud Arist. nomen λόγοι in numero multitudinis; vt primo de Demonstratione, cap. primo, statim initiò, vbi dicit περὶ τὰς λόγους omnem etiã cognitionem gigni ex anticipata cognitione. Tum primo libro Primæ Philosophiæ, cap. 6. σκέψεις autem sint illæ, quibus nos soli rem ipsam consideramus, & tractamus, aut meditando, aut scribendo. Quamquã nec semper seruari videatur hæc differẽtia. Nam loco citato ex Prima Philosophia, in eadem re vtitur Aristoteles vtroque verbo τὸ μὲν οὖν τοῦ ἓν, καὶ τὰς ἀριθμὰς παρὰ τὰ πράγματα ποιῆσαι, καὶ μὴ ὥσπερ οἱ Πυθαγορεῖοι, καὶ ἡ τῶν ἀλλων ἀσαγωγή, διὰ τὴν ἐν τοῖς λόγοις ἐγένετο σκέψιν, οὐ γὰρ πρότεροι διαλεκτικὴς ἐ μετέχον, id est, vnum, & numeros à rebus separatos constituere, non autem quemadmodum Pythagorei, ac illa formarum inuectio, accidit ipsis propter considerationem & studium in disputationibus. Nam priores Dialecticæ erant imperiti. Existimant quidam hæc etiam Latinis verbis ita distingui, vt σκέψις appelletur commẽtatio, λόγοι disputationes. Tamen disputatio apud Latinos non tantùm dicitur, qua cum alijs rem tractamus rationibus probabilibus ad communem opinionem; sed subtilis etiam & accurata, etiam si scribendo habeatur. Vt apud Ciceronẽ 2. lib. de Offic. Alia est illa, cùm veritas ipsa limatur in disputatione, subtilitas: alia cùm ad opinionem cõmunem omnis accommodatur oratio: Vnde σκέψις rectè vertitur etiam Latinè disputatio.

De ratiocinationibus ex vtrisque contingentibus in prima figura. Cap. 13.

ARGVMENTVM.

EX duobus pronuntiatis contingentibus, si ambo fuerint vniuersa, semper efficitur ratiocinatio, siue ambo sint affirmantia, siue ambo negãtia, siue assumptio negans. Nam cùm assumptio est negãs, reciprocata in affirmãtem, aut cùm sunt ambo negantia, reciprocatis in affirmantia, fit perfecta ratiocinatio. In particularibus, si propositio est vniuersa: si autem particularis, aut ambæ sumptiones particulares, inutilis est coniugatio, quia dantur termini omni inesse, & nulli inesse nece ssariò.

A. maior extremum. B. medium. C. minus extremum.

1 QVm igitur contingit omne b esse a, & contingit omne c esse b, perfecta erit ratiocinatio, cõtingit omne c esse a. 2 Hoc autẽ perspicuum est ex definitione, sic enim expli cauimus contingere in omni esse. 3 Simili ratione si contingit nullũ b esse a, & cõtingit omne c esse b, contingit nullũ c esse a. 4 Nam id, cui b contingit inesse, contingere nõ esse a, hoc erat nihil prætermitti eorum, quæ sub b cõtingunt esse. 5 Si autem cõtingit omne b esse a, & contingit nullum c esse b, ex his sumptis

Barbara.

A. moueri. B. vigilare. C. homo. Intelligitur hoc de motu progressionis.

1 *IAm igitur explicemus singulos modos ex utrisq; sumptionibus contingentibus in prima figura. P. imũ ergo ex ambabus sumptionibus affirmantibus, & uniuersis contingentibus perfecta sequitur conclusio affirmans uniuersa, & contingens. Vt contingit omnem uigilantem moueri, contingit omnem hominem uigilantem eße, ergo contingit omnem hominem moueri.* 2 *Confirmatur illo principio, dici de omni, quemadmodum paulò ante est à nobis explicatum in his contingentibus, ut si contingit omnem uigilãrem moueri, nihil accipitur sub uigilante, aut nihil contingit accipi sub uigilante, cui non contingat ineße motus: si igitur contingit omnem hominem accipi sub uigilante, contingit etiam omnem hominem moueri.* 3 *Simili ratione fit utilis ratiocinatio in secũdo modo: contingit nullum uigilãtem moueri, contingit omnem hominem uigilare, ergo contingit nullũ hominẽ moueri.* 4 *Confirmatur illo principio, dici de nulla re, ea ratione, qua in his contingentibus explicatum est. Si enim contingit nullum uigilantem moueri, quidquid contingit accipi sub uigilante, continget non moueri. sed contingit omnem hominem accipi sub uigilante, ergo contingit nullum hominem moueri.* 5 *Si uerò assumptio fuerit negans hoc modo, contingit omnem uigilantem moueri, cõtingit nullum hominẽ uigilare; ex huiusmodi sumptioni-*

pronuntiatis nulla efficitur ratiocinatio: tamẽ reciprocata assumptione b c iuxta rationem cõtingentis, efficitur eadem ratiocinatio, quæ priùs. 6 Nam quia contingit nullum c esse b, contingit etiã omne c esse b: hoc enim dictũ est antea. Si igitur cõtingit omne c esse b, & cõtingit omne b esse a, rursus efficitur eadẽ ratiocinatio. 7 Similis est ratio, si ambo pronũtiata cõtingentia, sumantur negãtia. Verbi causa, si contingit nullum b esse a, & cõntingit nullum c esse b; ex his pronuntiatis ita sumptis nulla efficitur ratiocinatio; rursum autem reciprocatis, erit eadẽ ratiocinatio, quæ priùs. 8 Perspicuum igitur est, si negatio adhibeatur minori extremo, aut vtrisque pronuntiatis, aut non fieri ratiocinationem; aut fieri quidem, sed non perfectam, quoniam ex reciprocatione concluditur necessariò. 9 Si verò alterum pronuntiatum vniuersum, alterum ex parte sumatur, si quod pertinet ad maius extremũ, ponatur vniuersum, perfecta erit ratiocinatio. Si enim cõtingit omne b esse a, & contingit aliquod c esse b, cõtingit aliquod c esse a.

ptionibus nulla colligitur cõclusio, quia in prima figura, ut in superioribus dictũ est, assumptio non potest esse negans. Tamẽ si assumptio negans reciprocetur in affirmantem, ea ratione, qua contingentia pronuntiata reciprocari solent, fiet eadem ratiocinatio, quæ priùs explicata est in primo modo. 6 *Nam si cõtingit nullum hominem uigilare, contingit etiam omnem hominem uigilare: sic enim docuimus antea reciprocari pronuntiata contingentia. Si ergo contingit omnẽ uigilantem moueri, & contingit omnem hominem uigilare, efficitur eadem ratiocinatio in primo modo, & sequitur eadem conclusio, contingit omnem hominem moueri, ut antea.* 7 *Eadem est ratio, si ambo pronuntiata sumantur negãtia, ut contingit nullum uigilantem moueri, & contingit nullum hominem uigilare. Ex his enim nulla potest colligi conclusio. Tamen si ambo reciprocentur in affirmãtia, efficietur eadem ratiocinatio in primo modo.* 8 *Quare manifestum est, si assumptio negans sumatur, aut ambo pronũtiata; aut nullam fieri ratiocinationem, nec ullam sequi conclusionem, aut si fiat, imperfectam esse. Est enim necesse pronuntiatum negans reciprocetur in affirmans, ut necessariò colligatur cõclusio.* 9 *Eodem modo fiunt utiles ratiocinationes in modis particularibus, si modò propositio sumatur uniuersa. Ac primùm in tertio modo, qui est affirmans. Contingit omnem uigilantem ambulare, contingit aliquã substantiam uigilare, ergo contingit aliquam substantiam ambulare. Confirmatur autem illo principio, de omni contingere, eadem ratione, qua fecimus in primo*

Darij.

A. ambulare. B. vigilare. C. substãtia.

Hoc autem manifestum est ex definitione eius, quod est omni contingere. 10 Rursum si contingit nullum b esse a, & contingit aliquod c esse b, necessariò cõsequitur, contingit aliquod c non esse a. Eadem est autem demonstratio. 11 Si verò particulare pronũtiatum sumatur negans, vniuersum autem affirmãs, atque seruent eundem situm, vt contingit omne b esse a, & contingit aliquod c non esse b: ex sumptis pronuntiatis non fit manifesta ratiocinatio: tamen reciprocato particulari, atque posito vt cõtingat aliquod c esse b, eadem efficietur conclusio, quæ antea, quemadmodum in prioribus. 12 Si autem illud pronuntiatum, quod ad maius extremum accommodatur, sumatur particulare, quod autem ad minus extremum, vniuersum, siue ambo sumãtur affirmantia, siue ambo negantia; siue non ambo eiusdem formæ, & qualitatis; siue etiã ambo indefinita, aut ambo ex parte, nulla erit ratiocinatio. 13 Nihil enim prohibet ipsum b superare a, nec dici de paribus. Ex eo autem, quo b superat a, sumatur c. Huic enim neq; omni, neq; nulli, nec alicui, nec non alicui contingit inesse a,

modo uniuerso. 10 In quarto quoq; modo, qui negans est, si contingit nullum uigilantem ambulare, & contingit aliquam substantiam uigilare, necessariò sequitur, contingit aliquam substantiam non ambulare. Demonstratur autem illo principio, de nullo contingere, eadem ratione, qua in secundo modo uniuerso. 11 Quòd si particulare pronuntiatum sumatur negans, & uniuersum affirmans, atque disponantur eodem modo, ut propositio sit uniuersa, & assumptio particularis; ut contingit omnem uigilantem ambulare, & contingit aliquam substantiam non uigilare; ex huiusmodi pronuntiatis non est perspicuum fieri rectam ratiocinationem. Veruntamen si reciprocetur assumptio particularis negans in affirmantem, contingit aliquam substantiam uigilare, colligetur eadẽ conclusio, quæ antea in tertio modo, cõtingit aliquam substantiam ambulare. Quemadmodum fecimus in modis uniuersis. 12 Si autem propositio sit particularis, & assumptio uniuersa, siue ambæ sint affirmantes, siue ambæ negantes; siue una affirmans, altera negans; aut si ambæ sumãtur indefinitæ, aut ambæ particulares, nulla fiet utilis ratiocinatio, nec ulla poterit sequi conclusio. 13 Quod duabus rationibus ostendi potest, prima est, quia potest medium superare maius extremum, & de pluribus dici, ut si medium sit uigilare, & maius extremum homo. Tunc enim si sumatur minus extremum ex eo, quo medium superat maius extremum, ut equus, non poterit maius extremum, de huiusmodi minori

14 siquidẽ reciprocãtur pronũtiata iuxta rationẽ cõtingentis, & b pluribus contingit cõuenire, quàm a. 15 Præterea ex terminis est perspicuum, si pronuntiata ita se habeant, primum extremũ necessariò nulli vltimo conuenire, & omni necessariò conuenire. Termini communes omnium, eius quidem quòd est necessariò conuenire, animal, album homo: 16 eius autem, quod est necessariò non cõuenire, animal, album, vestimentum. 17 Manifestũ igitur est, cùm termini ad hunc modum sunt affecti, nullam fieri ratiocinationem. Omnis enim ratiocinatio, aut inesse tantùm concludit, aut ex necessitate inesse, aut contingenter inesse. Non autem cõcludere inesse tantùm, neque ex necessitate inesse, manifestum est. 18 Affirmans enim negante interimitur, negans autem affirmante.

nori extremo affirmari contingenter, neque negari, nec uniuersè, nec in parte. Ac proinde nulla sequi poterit contingens conclusio. 14 Hoc autem constat. Si pronuntiata contingentia reciprocantur per oppositionem, & mediũ superat maius extremum. Cùm enim equus nullo modo sit homo, nec contingit equũ esse hominem, neq; non esse hominem. Si enim contingeret non esse hominem, contingeret esse hominem. Vnde ex huiusmodi pronuntiatis, cõtingit aliquem uigilantem esse hominem, & contingit omnem equum uigilare, nulla colligi potest contingẽs conclusio. 15 Secunda ratio est, quòd dantur in ijs termini omni inesse, & nulli inesse, ita ut interdum maius extremum de toto minori affirmetur necessariò, interdum necessariò negetur: termini omni inesse necessariò, animal, album, homo. Vt contingit aliquod album esse animal, aut non esse animal, cõtingit omnem hominem, aut aliquem hominem esse album, necesse est omnem hominem esse animal. 16 Termini uerò nulli ineße necessariò, animal, album, uestimentum: ut contingit aliquod album esse animal, aut nõ esse animal. Contingit omne uestimentum, aut aliquod uestimentum esse album, aut non esse albũ, necesse est nullam uestimentum esse animal. 17 Constat igitur ex his quæ dicta sunt, ex huiusmodi terminorum dispositione, nullam fieri constantem ratiocinationem, nec ullam sequi conclusionem. Quoniam omnis conclusio, quæ colligitur, aut inesse tantùm declarat, aut necessariò inesse, aut contingenter inesse. Nulla uerò ex his colligi potest, primùm non ea quæ tantùm ineße dicit, neq; necessaria. 18 Quod hac ratione demonstratur. Probatum antea est ex eadem coniugatione fieri conclusionem uniuersam affirmantem, & necessariam uerã, & uniuersam negantem necessariam. Vnde hoc ipso, quòd efficitur affirmans necessaria, constat non posse ex eadem coniugatione colligi negantem necessariam,

9 Superest verò colligatur contingere esse. Hoc autem fieri non ipotest. Monstratum est enim ex terminis sic affectis fieri, vt primum extremum toti vltimo necessariò cõueniat, & necessariò nulli conueniat. Quare nõ potest esse ratiocinatio, quæ contingere cõcludat, quia necessarium non est contingens. 20 Perspicuum igitur est, cùm termini sumuntur vniuersè in pronuntiatis contingentibus, perpetuò fieri ratiocinationem in prima figura, siue affirmentur, siue negentur omnes: præterquam, quòd cùm affirmantur, efficitur perfecta ratiocinatio, cùm negantur imperfecta. 21 Oportet autem sumere contingens non id, quod in necessarijs dicitur, sed iuxta explicatam definitionem. Interdum autem id nos latet.

riam, nec quæ tantùm inesse dicat, quia non possunt hæ simul cum illa cohærere, in eadem coniugatione. Similiter hoc ipso, quòd efficitur necessaria negans, apparet non posse colligi necessariam affirmantem, nec quæ tantùm inesse declaret. 19 Neq; potest colligi contingens conclusio. Demonstratum enim est, in huiusmodi terminorum dispositione dari terminos omni inesse, & nulli inesse necessariò, ita ut efficiatur conclusio necessaria affirmans, & necessaria negans. Vnde non potest colligi contingens conclusio, quia quod necessarium est, nullo modo potest dici contingens, si propriè quidem sumatur contingens. 20 Constat etiam ex ijs, quæ dicta sunt, cùm ambo pronuntiata sunt uniuersa, semper fieri ratiocinationem ex utrisq; contingentibus, siue ambo sint affirmantia, siue ambo negantia. Hoc tantùm interest, quòd cùm ambo sumuntur affirmantia, efficitur perfecta ratiocinatio; cùm uero ambo negantia, imperfecta, quoniam est necesse reciprocentur in affirmantia. Nihilominus eadem conclusio, quæ sequitur ex affirmantibus, sequitur ex negantibus, ui illius principij, quidquid sequitur ex consequente, sequitur ex antecedẽte. 21 Verũtamen in his omnibus coniugationibus ex contingentibus pronuntiatis, non est accipiendum illud contingens, quod necessariò conuenit, sed illud tantùm, quod à nobis definitum est, scilicet quod non est necessarium: nam interdum id nos latet, atq; decipimur, ut unum pro altero sumamus.

Scholia in cap. 13.

ETsi in explicandis ratiocinationibus ex contingẽtibus, vsi sumus exemplis petitis ex contingẽte indefinito: intelligẽdum tamẽ est huiusmodi ratiocinationes potissimùm pertinere ad id contingens, quod suapte natura plerumq; natum est esse. In his enim versatur scientia, & demonstratio, vt antea admonuit Aristoteles. Vt si ita ratiocinemur, contingit quoties infima aëris regio frigidissima est, noctu pruinam gigni, contingit in omni hyeme infimam aëris regionem frigidissimam esse, igitur cõtingit in omni hyeme pruinam noctu gigni. Vnde apparet (vt obiter hoc admoneam) quàm malè hoc loco Perionius contingere interpretetur fortuitò conuenire. Illud enim contingens, quod plerunque fit, de quo est scientia & demonstratio, non potest dici fortuitum: cùm expressè doceat Aristoteles primo de Demonstratione, cap. 24. de cõtingenti, quod plerunque fit esse demonstrationem, nõ autem de ijs, quæ fortuitò eueniũt. Deinde cõtingens fortuitum cõstituitur hoc loco ab Arist. vna species contingentis, quod scilicet rarò euenit, non ergo omne contingens potest appellari fortuitum.

15 *Præterea ex terminis est perspicuum &c.) In ratiocinationibus, quæ constant ex omnibus pronuntiatis inesse tantùm significantibus, termini omni inesse, & nulli inesse, quibus demonstratur inutilis ratiocinatio, sumuntur in pronuntiatis eiusdem generis, quæ tãtùm inesse dicunt: in his autem ratiocinationibus, quæ ex contingentibus conflantur, termini omni, & nulli ineße sumuntur in pronuntiatis necessarijs, vt scilicet ex eadem coniugatione efficiatur conclusio affirmans vniuersa necessaria, & negans necessaria; propterea quod hæc sola pronuntiata repugnant contingentibus. In huiusmodi enim contingentibus non est absurdum dari terminos omni ineße, & nulli inesse, qui tantùm inesse dicãt, quia huiusmodi cõtingentia possunt esse, & nõ esse, ita vt vtraq; pars tam affirmans, quàm negans reuocetur ad veram existẽtiam. Nam fieri potest, vt omnis homo reuera ambulet, & nullus ambulet. Non tamen possunt ambæ partes esse necessariæ.*

Mistio ex cõtingente pronũtiatio, & eo, quod tantùm inesse dicit in prima figura. Cap. 14.

ARGVMENTVM.

EX vna sumptione contingente, & altera inesse declarante, si propositio est contingens, tam in modis vniuersis, quàm particularibus, efficiuntur perfectę ratiocinationes, quia probãtur illis principijs, de omni, & nullo dici, & sequitur conclusio verè contingens. Si autem assumptio sit cõtingens, imperfectæ fiunt, quia non possunt illis principijs probari, sed per incommodũ, cùm ex contradicente conclusionis, cum assumptione redacta ad existentiam, colligitur contradicẽs propositionis. Cui rationi explicandæ sumitur, & tractatur hoc Theorema, si ex antecedente sequatur consequens necessariò, si antecedens est possibile, consequẽs debet esse possibile. Præterea nõ semper colligitur verũ contingens, sed quoduis genus tam necessariũ, quàm nõ necessarium. Si assumptio est negãs contingens, perficitur ratiocinatio, cõuersa in affirmantẽ. Omnes alię cõiugationes sunt inutiles.

1 QVòd si alterum pronũtiatum tantùm inesse declarãs sumatur, alterũ contingens, quando id, quod ad maius extremum accommodatur, contingere significat, perfectæ efficientur omnes ratiocinationes, & eius contingẽtis, quod antea definitum est. 2 Cùm autem id, quod ad minus pertinet extremũ, imperfectæ sunt omnes, & negantes ratiocinationes non sunt eius contingentis, quod definitum est, 3 sed eius, quod est nulli, aut non omni ex necessitate conuenire. Nam si nulli, aut non omni ex necessitate conuenit, dicimus contingere vt nulli, & non omni cõueniat. 4 Contingat enim omne b esse a, atque omne c sit b: 5 quoniam igitur sub b continetur c, & cõtingit omne b esse a, manifestum est cõtingere, vt omne c sit a, fitque perfecta ratiocinatio. 6 Eadem est ratio, si propositio a b sit negans, assumptio verò b c affirmans; atque ipsa propositio a b sumatur cõtingens, assumptio autem b c inesse tantùm declarans: perfecta erit ratiocinatio, quòd cõtingit nullum c esse a. 7 Perspicuum igitur est, cùm illud pronũtiatum, quod ad minus pertinet extremum, inesse

A. maior extremum. B. medium. C. minor extremum.

* *ANtea quàm absoluamus hanc coniugationẽ ex utroq; pronuntiato contingente in reliquis duabus figuris, explicanda est mistio contingentis cum alijs pronuntiatis, in hac prima figura. Ac primùm mistio contingentis pronuntiati, & eius, quod tantũ inesse dicit. 1 Cũ igitur in hac prima figura alterum pronuntiatum sumitur contingens, alterum inesse tantùm declarans, si propositio fuerit contingens, & assumptio inesse declarans, perfectæ fiunt ratiocinationes, quia confirmantur illis duobus principijs, de omni, & nulla re dici: colligitur etiam conclusio uerè contingens, eius scilicet contingentis, quod antea definitum est, quod non est necessarium, nec re uera est, sed potest esse. 2 Si uerò assumptio fuerit contingens, imperfectæ sunt omnes ratiocinationes, quia non possunt probari illis principijs, de omni, & nulla re dici; sed per incommodum & impossibile. Deinde ratiocinationes negantes non semper concludunt conclusionem uerè contingentem, quemadmodum antea est definitum contingens, sed colligunt contingens commune necessario, & non necessario; id est sequitur quoduis genus cõtingentis. 3 Colligitur enim eiusmodi cõclusio negans contingens, cui idem pollet nulli inesse, aut non omni ex necessitate: hoc autem æquipollet contingenti communiter sumpto, boc est cuiuis genericontingentis, & necessario, & nõ necessario: nam quemadmodum uerũ est pronuntiatũ, nullũ hominem esse lapidem est necesse; sic etiã, cõtingit nullũ hominem esse lapidem, quod idem omnino ualet; idq; apparet ex ordinibus modalium pronuntiatorum: continentur enim hæc ambo pronuntiata in secũdo ordine. Vt possibile est nullum hominem esse lapidem, contingit nullum hominem esse lapidem, non est impossibile nullum hominem esse lapidem, non est necesse aliquem hominem esse lapidem, & quod idem ualet, nullum hominem esse lapidem est necesse. Constat autem in ordinibus pronũtiatorum modalium, non sumi contingens pro solo uero contingente, sed communiter pro quouis genere. Cùm ergo dicimus ex huiusmodi coniugatione sequi illud contingens, quod est nulli, aut non omni inesse ex necessitate, nihil aliud intelligimus, quàm sequi conclasionem negantem in quouis genere contingentis: interdum enim sequitur ea conclusio contingens, quæ reuera contingens est, interdum ea, quæ re uera est necessaria, interdum autem, quæ significat rem actu ita se habere, non tamen necessariò. Nec tantùm in negantibus ratiocinationibus, sed etiam in affirmantibus, si assumptio contingens est, non semper colligitur uerum cõtingens, sed omne genus contingentis. 4 Primùm igitur in primo huius figuræ modo, si propositio est uerè cõtingens, sequitur cõclusio uerè cõtingens: ut cõtingit omne animal moueri, omnis homo est animal, ergo cõtingit omnẽ hominẽ moueri. Tum cõtingit omnẽ disputantẽ ambulare, omnis homo disputat, ergo cõtingit omnẽ hominẽ ambulare. 5 Cõfirmatur illo principio, de omni re dici. Si enim cõtingit omne animal moueri, & omnis homo cõtinetur sub animali, est necesse cõtingat omnẽ hominẽ moueri. Vnde perfecta est ratiocinatio, quandoquidẽ ex his solis sumptionibus probatur esse necessaria. 6 Eadẽ ratione fit in secũdo modo, si propositio negãs sit cõtingens: sequitur enim cõclusio uerè cõtingens: ut cõtingit nullũ animal moueri, omnis homo est animal, ergo cõtingit nullũ hominẽ moueri. Cõfirmatur illo principio, de nulla re dici, simili ratione, atq; affirmãs. 7 Cõstat igitur ex ijs, quæ dicta sunt, cùm assumptio tantùm inesse dicit, & propositio est cõtingens*

Edentuli.

Barbara. A. motus. B. animal. C. homo.

tantum declarat, perfectas fieri ratiocinationes: cùm autem fiunt ratiocinationes illo pronuntiato contrario modo se habẽte, per incommodum & impossibile demonstrare opportet. Vnde simul est manifestum imperfectas esse, quia probatio nõ efficitur ex sumptis pronuntiatis. 8 Primùm igitur dicendum est, si cùm sit a, necesse est esse b, si etiam possit esse a, necessariò effici, vt possit esse b.

9 Esto enim hæc ita se habere, vt ipsum a sit possibile, b verò impossibile. Tũ possibile, quia esse potest, fiat: impossibile verò, quia esse non potest, ne fiat. Simul verò si a est possibile, & b impossibile, esse poterit, vt ipsum a fiat sine b, quod si fieri, & esse; quod enim factum est, vbi factum fuerit, tum est. 10 Oportet autẽ accipere possibile, & impossibile, non solùm in ipsa effectione rei, sed etiam in eo, quod est verum esse, & eo, quod est esse, & quot modis aliter dicitur possibile; in omnibus enim eadem erit ratio.

tingens, perfectas fieri omnes ratiocinationes; quia probantur illis duobus principijs: cùm autem assumptio cõtingens est, imperfectas; quia non possunt cõfirmari per illa principia, ex sumptis pronũtiatis, sed per incõmodum, sumptis alijs pronuntiatis. * *Sed quia in explicanda hac ratione per incommodum, assũptio cõtingens reuocanda est ad existentiam, ubi falsa esse potest, non tamen impossibilis, ne quisquam existimet sequi impossibile ex illa falsa assumptione, docendum est falsum & impossibile non posse colligi ex falso possibili.* 8 *Cui rei probandæ uerum Theorema est constituendum. Si posito antecedente, est necesse ponatur & existat consequẽs, ita ut ex antecedẽte necessariò colligatur, si antecedens est possibile, est etiam necesse consequens sit possibile.* 9 *Quod ita probatur incommodo. Demus ex hypothesi antecedens esse possibile, & consequens impossibile. Rursus quod est possibile, quia fieri potest, fiat reuera: & impossibile, quia nõ potest fieri, ne fiat. Si igitur antecedens est possibile & cõsequens impossibile, poterit antecedens fieri sine cõsequente, quod si fieri, & esse quoq; sine consequente: atqui constitutum est, si est antecedens, necessariò esse consequens, ergo si antecedens est possibile, est necesse cõsequens etiam sit possibile, & nullo modo impossibile.* 10 *In hac autem consecutione explicanda, nõ tantùm accipere debemus possibile, & impossibile in ipsa rei effectione, ubi id dicitur possibile, quod nondum est, sed potest esse: quæ propria est huius uerbi significatio. Atque id impossibile, quod suapte natura esse potest, nunquam tamen erit, ut quod est in centro terræ uideri. Sed accipiendum est possibile multò latiùs, pro eo etiam, quod necessarium est, ut possibile est hominem esse animal, & pro eo quod iam reuera*

Primum Theorema.
A. antecedens.
B. cõsequẽs.

11 Præterea cùm dicimus si a est, b esse, non ita est existimandum, quasi vno quodam existente a, sit futurũ b: nihil enim ex vno quodam necessariò efficitur, sed vt minimũ duobus: veluti cùm ita disponuntur pronũtiata in ratiocinatione, vt ante dictum est. Si enim c dicitur de ipso d, & d dicitur de f, c quoq; dicatur de f est necesse. Atque si vtrumque possibile est, conclusio quoque erit possibilis. 12 Quemadmodum igitur si quis ponat ipsum a esse pronuntiata, b verò conclusionem, efficietur nõ solùm si necessarium est a, simul etiam necessarium esse b: verum etiam si possibile est a, possibile esse b. 13 Hoc autem demõstrato, perspicuum est, si falsum cõstituatur ex hypothesi; non autem impossibile, id etiã, quod sequitur propter hypothesim, falsum esse posse, non tamen impossibile. 14 Exempli causa, si a falsum quidem est, non autem impossibile, atque existente a, ipsum b est, ipsum quidem b falsum esse poterit, non tamen impossibile.

Eadẽ obseruatio habetur infrà libr. 2. cap. 2.

reuera est, quamuis non necessariò, ut possibile est Grammaticũ esse eum, qui iam est Grammaticus. Demum communiter accipi debet in quauis significatione, ut pro eo, quod plerunque fit, & quod raro accidit, & quod æquè cadit in utramq; partem. In omnibus enim uerum est Theorema propositum. 11 *Tamen cùm dicimus si antecedens est, consequens esse, nomine antecedentis non oportet unũ tantùm intelligere pronuntiatum, quoniam ex uno pronuntiato nihil necessariò sequitur, sed ut minimũ ex duobus, cùm una & simplex est ratiocinatio, dummodo ita disponantur in forma ratiocinationis, ut in superioribus, cùm ageremus de figuris ratiocinationum, præceptum est. Nam si omne animal est substantia, & omnis homo est animal, necessariò consequitur omnem hominem substantiam esse. Et si utrumque pronuntiatum est possibile, cõclusio sit possibilis est necesse.* 12 *Si igitur nomine antecedentis intelligamus duo pronuntiata ratiocinationis, & nomine consequentis ipsam conclusionem; quemadmodum si necessaria sint pronũtiata, sequitur necessaria conclusio: sic etiam si possibilia sint, est necesse sit possibilis conclusio.* 13 *Ex Theoremate demonstrato alterum cõsequitur ei affine: quod est, si falsam aliquam hypothesim constituamus, non tamẽ impossibilem; quod ex ea hypothesi consequitur, poterit esse falsum, non tamen erit impossibile.* 14 *Verbi gratia, si antecedens fuerit falsum, nõ tamen impossibile, ut hominem ambulare: atque existente hoc antecedente, necessariò est cõsequens hominem moueri; hoc ipsum consequens moueri hominem, fieri potest ut sit falsum, non tamen erit impossibile.*

C. substãtia.
D. animal.
F. homo.

Secundũ Theorema.

A. hominẽ ambulare.
B. hominẽ moueri.

15 Nam quia demonstratum est, si dum a est, b est, si a est possibile, b fore, possibile: cõstitutum est autem a possibile esse, b igitur erit etiam possibile. Si enim impossibile, simul erit vnum & idẽ possibile, & impossibile. 16 His ita explicatis, esto vt omne b sit a, atque omne c contingat esse b, necesse est igitur, vt omne c cõtingat esse a. 17 Non enim contingat, statuatur autem omne c esse b, hoc verò falsum quidem est, non tamen impossibile.

18 Si igitur non cõtingit omne c esse a, & omne c est b, aliquod b non erit a. Efficitur enim ratiocinatio in tertia figura: atqui sumptum fuerat omne b esse a, necessariò igitur sequebatur, contingit omne c esse a. 19 Falso enim constituto, non tamen impossibili,

15 *Quod ex primo Theoremate, probari potest. Demõstratum est enim, si ex antecedẽte necessariò sequatur cõsequens, si antecedẽs est possibile, cõsequẽs esse possibile: atqui constituta est hypothesis possibilis, ergo quod ex ea sequitur est necesse sit possibile. Alioquin si statuatur impossibile, unum & idem simul erit possibile, & impossibile, quod absurdissimum est.* 16 *His satis explicatis iam docebimus, si assumptio sumatur contingens, sequi contingentem cõclusionem. Vt quidquid ambulat mouetur, contingit omnem hominem ambulare, ergo cõtingit omnem hominem moueri.* * *Non potest confirmari hæc ratiocinatio illo principio, dici de omni; cùm enim propositio tãtùm inesse dicat, quidquid ambulat mouetur, principium est, quidquid sumitur sub ipso subiecto, de eo dicitur attributum; atqui sub ipso subiecto non sumitur homo, quia non dicimus omnis homo ambulat. sed contingit ambulare.* 17 *Tamen probatur per incommodum & id quod fieri non potest, hoc modo. Si non sequitur contingens cõclusio, poterit esse antecedens uerum, & consequens falsum. Sint ergo ueræ ambæ sumptiones, & conclusio falsa, contingit omnem hominem moueri, contradicens erit uera, non contingit omnem hominem moueri, quæ æquipollet huic, necesse est aliquem hominem non moueri. Deinde assumptio contingens reuocetur ad existentiam, omnis homo ambulat; nam quamuis sit falsa, non tamen est impossibilis, cùm sit cõtingens.* 18 *Ex his igitur ita licet ratiocinari in quinto modo tertiæ figuræ. Necesse est aliquem hominem nõ moueri, omnis homo est ambulãs, ergo aliquod ambulans non mouetur, atqui sumpta fuit uera illa propositio, quidquid ambulat mouetur, dabuntur igitur contradicentia pronuntiata uera: hoc autem impossibile est, quare necessariò sequebatur illa conclusio, contingit omnem hominem moueri.* 19 *Quamuis enim assumptio reuocata ad existentiam sit falsa, nõ tamen est impossibilis, ut diximus. Vnde impossibile, quod sequitur, scilicet cõtradicentia esse simul uera, non potest sequi ex illa assumptione, per primũ, & secũ-*

dum

Barbara.
A. moueri.
B. ambulare
C. homo.

Bocardo.

quod inde cõsequitur est impossibile. 20 Licet etiam per primã figuram efficere hoc incommodum, si ponamus omne c esse b. Si enim omne c est b, omne verò b contingit esse a, omne c continget esse a: atqui constitutum fuit, non contingere omne c esse a.

21 Oportet autem accipere omni inesse, non præfinito quodã tempore, veluti nunc, aut in hoc tempore; sed simpliciter; quoniam ex huiusmodi pronuntiatis efficimus ratiocinationes. 22 Siquidem ex propositione, quæ hoc tempore sit definita, nulla erit ratiocina-

dum Theorema. Sequitur igitur ex contradicente conclusionis. 20 *Possumus etiam per primam figurã probare hoc incommodum, scilicet cum his sumptionibus non posse constare illam contradicentem conclusionis, necesse est aliquem hominem non moueri. Quod fiet, si assumptio redigatur etiam ad existentiam, atque ratiocinemur ex utriusque sumptionibus inesse tantùm declarantibus, hoc modo. Quidquid ambulat mouetur, omnis homo ambulat, igitur omnis homo mouetur: cum assumptio non sit impossibilis, quamuis falsa, hæc conclusio non potest esse impossibilis; si igitur possibilis est conclusio, omnis homo mouetur, falsa est illa, necesse est aliquem hominem non moueri, quare contradicens erat uera, contingit omnem hominem moueri. Præterea ex hac coniugatione, ut antea diximus, non semper sequitur uerum contingens, sed interdum quod necessarium est. Vt quidquid mouetur est substantia, contingit omnem hominem moueri, ergo contingit omnem hominem esse substantiam.* 21 *Cùm autem dicimus in hac coniugatione sumendam esse propositionem uniuersam affirmantem, quæ tantùm inesse dicat, non est accipienda eiusmodi propositio, quæ non possit esse uera, nisi tẽpore aliquo definito, utpote hoc præsenti tẽpore ex hypothesi, qualis ea est, cuius subiectum superat attributum, & pluribus suapte natura cõuenit, ut quidquid ambulat est homo. Nam cùm ambulare pluribus cõueniat, quàm homo, nõ potest hæc propositio esse uera, nisi constituamus ex hypothesi hoc tempore nihil aliud ambulare, præter hominẽ. Accipienda est igitur propositio, quæ simpliciter inesse dicat. Intelligo autem per propositionem simpliciter inesse dicentem eam, cuius subiectum non superat attributum, ut quidquid ambulat mouetur, tum omnis disputans ambulat. Nam quamuis hæc nõ sit uera, nisi eo tempore, quo omnis qui disputat ambulat, tamen subiectum disputare non superat attributum. Cuicunq; enim conuenit disputare, potest conuenire ambulare. Ex huiusmodi igitur propositionibus sunt conficiendæ hæ ratiocinationes.* 22 *Nã si propositio sumatur, quæ hoc tempore sit definita, ubi subiectum superet attributum, nõ fit utilis ratiocinatio, quia dantur in ea termini necessariò omni inesse, & nulli inesse: nulli quidem inesse homo, motus, equus. Quidquid mouetur*

est homo,

tio. Nihil enim forsan prohibet aliquando omne quod mouetur esse hominem, vt si nihil aliud moueatur: contingit autem omnem equum moueri, atqui non contingit vllum equum esse hominem. 23 Præterea sit primum extremum animal, medium quod mouetur, vltimum homo: pronuntiata quidem eodem modo se habebũt, conclusio verò nõ est cõtingens, sed necessaria, ex necessitate enim homo est animal. Perspicuum est igitur accipiendam esse propositionem vniuersam simpliciter, non tempore definitã. 24 Rursus esto negans pronuntiatum vniuersum a b, atque sumatur nullum b esse a, contingat autem omne c esse b. His igitur positis, necessariò sequitur, vt contingat nullum c esse a. 25 Non enim contingat esse, sumatur autem omne c esse b, quemadmodum antea; ne-

est homo, contingit omnem equum moueri, atqui necesse est nullum equum esse hominem. Propositio uera est, si demus ex hypothesi hoc tempore solum hominem moueri, quod intelligitur de eo motu ad locum, qui non sit in orbem.

23 Termini uerò omni inesse animal, quod mouetur, homo. Vt quidquid mouetur est animal, cõtingit omnem hominem moueri, omnis homo necessariò est animal. Non quòd absurdum sit, ex hac coniugatione sequi conclusionem necessariã; iam enim antea docuimus interdum talem colligi conclusionem, sed quia incommodum est, ex eadem coniugatione effici omni inesse necessariò, & nulli inesse. Præterea non potest semper hæc coniugatio probari per incommodum, ut antea fecimus; quia si sumatur minus extremum ex ea parte, qua subiectum superat attributum, non potest assumptio contingens reuocari ad existentiam, dum est uera propositio, quoniam non potest ullo modo esse uera, ut in prima ratiocinatione, dum est uera hæc propositio, quidquid mouetur est homo, non potest assumptio, contingit omnem equum moueri, ad existentiam reduci, quia non potest esse uera, omnis equus mouetur, uera existẽte propositione. Et propterea dicitur propositio tempore esse definita, definitur enim ab ipsa assumptione, quia tandiu uera est, quamdiu assumptio manet cõtingens. Quare sumenda est propositio simpliciter eo modo, quo explicauimus. 24 Rursus in secundo quoque modo, ubi propositio est uniuersa negans, si assumptio sit contingens, sequitur cõclusio contingens, tamen illud non semper est uerum contingens: itaque sequitur qualecumq; contingens. Vt nihil quod dormit ambulat, contingit omnem hominem dormire, ergo contingit nullum hominem ambulare. 25 Confirmatur autem per incommodum, eadem ratione, qua affirmans ratiocinatio, hoc modo, si ratiocinatio nõ est necessaria, poterit esse antecedens uerũ, & cõsequens falsum.

Celarent.

A. ambulare.
B. dormire.
C. homo.

Sint

cessario sequitur aliquòd b esse a. Efficitur enim ratiocinatio in tertia figura. Hoc autem impossibile est, quare continget nullum c esse a. 26 Falso enim constituto, non tamen impossibili, consequitur impossibile. 27 Hæc igitur ratiocinatio nõ est eius contingẽtis, quod definitũ est, sed eius, quod est nulli inesse ex necessitate. 28 Hæc enim est cõtradictio cõstitutę hypothesis: nam cõstitutum fuit ex necessitate aliquod c esse a. Ratiocinatio verò per incommodum, est oppositæ contradictionis. 29 Præterea ex terminis manifestò apparet non effici conclusionem contingentẽ. Esto enim vt loco ipsius a, sumatur coruus; loco b, intelligens; loco verò c, homo. Nullũ b est a, nihil enim quod intelligit est coruus: contingit autem omne c esse b, quia contingit omnẽ homi-

Sint ergo ueræ sumptiones, & conclusio falsa, contingit nullum hominem ambulare, contradicens enantiatio erit uera, non contingit nullum hominem ambulare, quæ æquipollet huic, necesse est aliquem hominem ambulare. Deinde assumptio contingens redigitur ad existentiam, & ex his duabus ita ratiocinemur in tertio modo tertiæ figuræ. Necesse est aliquem hominem ambulare, omnis homo dormit, ergo aliquod dormiens ambulat, hoc autem cõtradicit propositioni, nihil quod dormit ambulat, dantur ergo contradicentia uera: atqui hoc esse non potest, igitur necessariò sequebatur illa conclusio, contingit nullum hominẽ ambulare. 26 Quamuis enim assumptio redacta in existentiã sit falsa, non tamẽ est impossibilis, quare impossibile, quod sequitur, contradicentia esse simul uera, non sequitur ex assumptione falsa, sed ex illa cõtradicente cõclusionis. 27 Tamen ex hac coniugatione, ut antea admonuimus, non semper colligitur uerum illud & proprium contingens, quod à nobis definitum est, sed contingens cõmune, quod tam dicitur de necessario, quàm non necessario: hoc enim significatur hac oratione, nulli inesse ex necessitate, ut antea diximus. 28 Quòd autem sequatur contingens commune, hac ratione demonstratur. Talis sequitur conclusio contingens, qualis est eius contradicens, quæ sumitur in ratione per incõmodum: (nam ratiocinatio per incommodum sumit contradicentem conclusionis) at contradicens quæ sumitur est, necesse est aliquem hominem ambulare, hæc autem contradicit contingenti cõmuniter sumpto: contradicit enim huic, non est necesse aliquem hominem ambulare, aut quod perinde est, nullum hominem ambulare est necesse; rursus hæc in secundo ordine modalium enũtiationum æquipollet illi, contingit nullum hominem ambulare: atqui in illis ordinibus sumitur contingens cõmuniter, igitur conclusio, quæ colligitur est contingentis cõmunis, non

Disamis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nem intelligere: atqui necessariò nullum c est a, non igitur sequitur contingens conclusio. 30 Nec semper colligitur necessaria. Sit enim a quod mouetur, b scientia, c homo: nullum igitur b est a, contingit autem omne c esse b, nec erit necessaria cõclusio; non enim est necesse nullum hominem moueri. 31 Sed nec est necesse aliquem. 32 Apparet igitur conclusionem esse eius, quod est nulli ex necessitate inesse. 33 Sed accipiendi sunt melius termini.

34 Si verò negatio contingere significans adhibeatur ad minus extremum, ex ipsis pronuntiatis ita sumptis nulla erit ratiocinatio, verùm reciprocato pronuntiato iuxta rationem contingentis, erit quemadmodum in prioribus. 35 Esto enim vt omne

nis, non solius proprij. Id est nõ semper sequitur cõtingens proprium, sed quoduis genus contingentis. 29 Sed iam propositis terminis significantibus apparebit manifestò non semper effici conclusionem uere contingentem sed interdum necessariam; ut si termini ponantur coruus, intelligere, homo. Nihil quod intelligit est coruus, contingit omnem hominem intelligere, ergo contingit nullum hominem esse coruum. Hæc conclusio reuera est necessaria, quia necesse est nullum hominem esse coruum. 30 Nec semper colligitur necessaria conclusio, sed aliquando contingens & non necessaria; ut si sumantur termini, quod mouetur, scientia, homo. Nullum sciens mouetur, cõtingit omnem hominem scire, ergo cõtingit nullum hominem moueri. Hæc conclusio non est necessaria, quia non est necessarium nullum hominem moueri. 31 Immo uerò neque est necessariũ aliquem hominem moueri, quod æquipollet huic, nullum hominem moueri est necesse, & huic etiam, contingit nullum hominem moueri: quale contingens diximus colligi ex hac coniugatione. 32 Constat igitur non semper colligi uerum contingens, sed illud, quod appellauimus nulli inesse ex necessitate, id est omne genus contingentis. 33 Sed quia in secunda ratiocinatione sumpsimus pro medio scientiam in forma abstracta, cui nec potest conuenire moueri, nec ipsa homini sic in forma, accipiendi sunt alij termini accommodatiores in paronymo ut pro scientia sumatur sciens, uel alij, ut ambulãs; sedens, homo. 34 Sed iam progrediamur ad alias coniugationes explicandas, ex utrisque uniuersis. Primũ igitur si assumptio fuerit negans contingens, ex huiusmodi pronuntiatis nulla sequi potest conclusio: tamen si negans assumptio reciprocetur in affirmãtem, ut solet reciprocari cõtingens, efficietur optima ratiocinatio, & sequetur cõclusio contingens ex duabus sumptionibus affirmantibus, ut antea explicatum est. 35 Vt si ita ratiocinemur, omne quod ambulat mouetur, contingit nullum hominem ambulare, ex his pronũtiatis nihil necessariò colligitur, quia in prima fi-

Vide infrà cap. 36. Vbi hoc præcipitur.

A. moueri. B. ambulare C. homo.

gura

b sit a, & contingat nullum c esse b, ex terminis sic affectis nihil necessariò concludetur: si tamen reciprocetur pronuntiatum b c, atq; sumatur cõtingere omne c esse b, efficitur ratiocinatio, quẽadmodũ antea: quandoquidem termini eodẽ modo sunt dispositi. 36 Eadem est ratio si ambo interualla sumantur negantia, si pronũtiatum a b non inesse significet, pronuntiatum autem b c cõtingere nulli inesse; ex his enim sumptis pronũtiatis nihil efficitur necessariò. Tamen reciprocato pronuntiato contingente iuxta rationem contingentis, erit ratiocinatio. 37 Sumatur enim nullum b esse a, atque contingat nullum c esse b; ex his igitur nihil necessariò efficitur. Si verò sumatur contingere omne c esse b, quod verum est, pronũtiatum autem a b eodem modo se habeat, erit rursus eadem ratiocinatio. 38 Si autem pronuntiatum b c sumatur non inesse significans, non autem contingere non esse, nullo modo efficietur ratiocinatio: siue negans sit, siue affirmãs pronuntiatum a b. 39 Termini communes, qui sunt ex necessitate inesse, album, animal, nix; qui autem ex necessitate non esse,

gura assumptio non potest esse negans. Tamen si assumptio negans reciprocetur in affirmantem, contingit omnem hominem ambulare, efficietur ratiocinatio ex duabus affirmantibus in primo modo ea ratione, qua dictum est in principio capitis, quia termini eandem habent omnino collocationẽ. 36 Præterea simili ratione si ambo pronuntiata sumantur negantia, propositio, quæ tantùm non inesse dicat, assumptio contingens, ex his nulla efficitur ratiocinatio: tamen reciprocata assumptione in affirmantem, efficitur utilis ratiocinatio in secũdo modo. 37 Vt si ita ratiocinemur, nihil quod dormit ambulat, cõtingit nullũ hominem dormire, ex his pronuntiatis nihil concluditur. Tamen si assumptio reciprocetur in affirmantem, quandoquidem uere in eam reciprocari potest, ut cõtingit omnem hominem dormire, & maneat eadem propositio negans, fit utilis ratiocinatio in secũdo modo, ut in principio capitis dictũ est. 38 Verùm si assumptio sumatur negans, nõ quidẽ contingens, sed non inesse tantùm declarans, propositio uerò cõtingens, siue affirmans, siue negans, nulla efficitur ratiocinatio; quia dantur in hac coniugatione termini necessariò omni inesse, & nulli inesse. 39 Termini necessariò inesse sunt album, animal, nix. Vt contingit omne animal, aut nullum animal esse album, nulla nix est animal, omnis nix necessariò est alba; nulli inesse, album, animal, pix: contingit omne, aut nullum animal esse album, nulla pix est animal, necessariò nulla pix est alba. Possunt sumi termini aptiores, in quibus propositio facilius sit uera; omni inesse, album, Philosophus,

Barbara.

A. ãbulare. B. dormire. C. homo. Celarent.

Universidad de Deusto
Biblioteca

albũ, animal, pix. 40 Perspicuũ igitur est cùm termini sumũtur vniuersè, atque alterũ pronuntiatũ inesse tantùm declarat, alterum contingens est, quando id, quod ad minus pertinet extremum, cõtingẽs sumitur, perpetuò efficitur ratiocinatio: sed quandoque ex ipsis pronuntiatis, quandoq; verò reciprocato pronũtiato. Quãdo autem, & qua de causa vtrumq; horum fiat, explicauimus. 41 Si verò ex interuallis alterum sumatur vniuersum, alterum ex parte; cùm id quidem, quod pertinet ad maius extremum, vniuersum ponitur, & contingens, siue negans, siue affirmans: particulare verò affirmans, & inesse declarans, efficietur ratiocinatio perfecta, quemadmodum cùm termini sumuntur vniuersè. Demonstratio enim eadem est, quæ in prioribus. 42 Cùm autem sumitur vniuersum, quod pertinet ad maius extremum, non tamen cõtingens, sed inesse tantùm declarans: alterum autem ex parte, atque contingens, siue negantia, siue affirmantia ponantur ambo; siue alterũ negans, alterum affirmans, omni modo erit ratiocinatio imperfecta. 43 Nisi quòd aliæ ratiocinationes per incommodum & impossi-

sophus, cygnus: nulli inesse, album, Philosophus, coruus. 40 Constat igitur ex præcedẽte disputatione, cùm ambo pronuntiata sunt uniuersa, atq; unum contingens, alterũ inesse tantùm declarans, si assumptio quidem sit contingens, semper fieri ratiocinationem, & colligi conclusionem cõtingentem. Tamen cùm assumptio est affirmans. sequitur cõclusio ex ipsis sumptionibus, cùm autem est negans sequitur, si assumptio negans uertatur in affirmantem ea ratione, qua explicatum est. 41 Superest explicemus modos particulares, in quibus hoc est uniuersum præceptum, cùm propositio sumitur contingens uniuersa. siue negãs, siue affirmans: assumptio uerò particularis affirmans inesse tantùm declarans, perfecta efficitur ratiocinatio, quemadmodum ex utrisque pronuntiatis uniuersis. Vt contingit omne animal, aut nullum animal ambulare; aliquod corpus est animal, ergo contingit aliquod corpus ambulare, aut non ambulare. Confirmãtur enim illis duobus principijs, quemadmodum uniuersæ ratiocinationes. 42 Verùm si propositio sit uniuersa nõ contingens, sed tantùm inesse declarãs: assumptio uerò particularis contingens, siue ambæ sint affirmantes, siue ambæ negantes. siue una affirmans, altera negans, semper efficitur ratiocinatio, tamẽ imperfecta, quia non potest confirmari illis principijs. Vt quidquid ambulat mouetur, contingit aliquam substantiam ambulare, ergo cõtingit aliquam substantiã moueri. 43 Hoc tãtùm interest, quòd cùm assumptio est affirmãs cõtingens,

bile probantur, aliæ per reciprocationem pronuntiati contingentis, quemadmodũ in prioribus. 44 Erit autem ratiocinatio per reciprocationem, cùm pronũtiatum vniuersum, quod pertinet ad maius extremum, inesse declarat, aut non inesse: particulare verò negans, sumitur contingens, vt si omne b est a, aut nullum b est a; & contingit aliquod c non esse b: reciprocato enim pronuntiato b c iuxta rationem contingentis, efficitur ratiocinatio. 45 Si autem pronuntiatum particulare sumatur, nõ inesse tantùm declarans, nulla erit ratiocinatio. Termini quidem omni inesse, album, animal, nix; non inesse album, animal, pix. 46 Ex indefinito autẽ est efficienda demõstratio. 47 Si verò vniuersum pronuntiatum accommodatur ad minus extremum, particulare autem ad maius: siue negans, siue affirmans, siue contingens, siue inesse tantùm declarans existat vtrumuis, nulla erit ratiocinatio.

tingens, demonstratur ratiocinatio per incommodũ, cùm ex contradicente conclusionis, & assumptione redacta ad existentiam, colligitur contradicens propositionis in tertia figura, quemadmodum in uniuersis ratiocinationibus. Cùm autem assumptio est negans, perficitur ratiocinatio reciprocata in affirmantem. 44 Efficitur ergo hæc ratiocinatio, quæ perficienda est reciprocatione, cùm propositio est uniuersa affirmans, aut negans, quæ tantùm inesse dicit: assumptio uerò particularis negans contingens. Vt omnis, aut nullus Philosophus disputat, contingit aliquod animal non esse Philosophum, si hæc assumptio uertatur in affirmantem, contigit aliquod animal esse Philosophum, efficitur ratiocinatio, & sequitur conclusio, contingit aliquod animal disputare. A. disputare B. Philosophus. C. animal.

45 Si uerò assũptio particularis sit negãs, quæ tãtùm dicat nõ inesse, & propositio contingens, non efficitur utilis ratiocinatio, quia dantur termini necessariò omni, & nulli inesse. Omni quidem inesse, album, animal, nix. Contingit omne animal, aut nullum animal eße album, aliqua nix non est animal, necessariò omnis nix est alba. Nulli inesse album, animal, pix. Vt contingit omne, aut nullũ animal esse album, aliqua pix non est animal, necessariò nulla pix est alba. 46 Cùm autem pronuntiatum particulare sit indefinitum quoad ueritatem, ut in superioribus docuimus, sumenda est ad hanc demonstrationem assumptio particularis, quæ sit uera pròpter suam uniuersam, ut hæc, aliqua nix nõ est animal. propter illam, nulla nix est animal. 47 Sũt etiam alij modi inutiles præter hanc, primus est cùm propositio est particularis, & assumptio uniuersa: nã utrauis sit negans, aut affirmans, contingens, aut inesse declarãs, nulla efficitur

48 Nec cùm in parte, aut indefinita ponuntur ambo pronuntiata; siue contingentia, siue inesse declarãtia sumantur ambo, siue alternatim. Nec enim hac ratione efficietur ratiocinatio. 49 Demõstratio eadem est, quæ in superioribus. Termini communes eius, quod est omni inesse ex necessitate, animal, album, homo: ex necessitate nulli inesse, animal, album, vestis. 50 Perspicuum igitur est, cùm pronũtiatum, quod ad maius extremum pertinet, vniuersum ponitur, semper fieri ratiocinationem: cùm autem id, quod ad minus extremum, nunquam fieri.

ratiocinatio. 48 Secũdus modus inutilis est, cùm ambo pronũtiata sunt particularia, aut indefinita, siue ambo sumantur cõtingentia, siue ambo inesse dicãt; siue alternatim, unum contingens, alterum inesse declarans. 49 Probantur esse inutiles eadem ratione, qua superiores, scilicet quia dantur termini, quibus efficitur necessariò omni inesse, & nulli inesse. Termini omni inesse, animal, album, homo. Aliquod album est animal, aut non est animal, uel contingit esse animal, aut non animal; aliquis homo est albus, aut non est albus, uel cõtingit omnem hominem, aut nullum esse album: necessariò omnis homo est animal. Termini non inesse, animal, album, uestimentum. Aliquod album est animal, aut non est animal, uel contingit aliquod album esse animal, aut non animal; aliquod uestimentum, aut omne uestimentum cõtingit esse album, aut non esse album; necessariò nullum uestimentum est animal. 50 Itaque cùm propositio est uniuersa, & assumptio particularis, semper fit utilis ratiocinatio, dummodo assumptio sit affirmans, aut saltem negans cõtingens, quæ possit uerti in affirmantem: si autem propositio sumatur particularis, & assumptio uniuersa, nunquam fit utilis ratiocinatio.

Scholia in cap. 14.

SVnt in hoc capite quædã loca adeò obscura, & difficilia, vt ex ipsis aliquẽ sensum eruere, ex ijs ferè sit, quæ fieri nõ possunt. Interpretes in varias distrahũtur sentẽtias, vt fermè quot sunt interpretes, tot ferãtur eorũ interpretationes. Vellem aliquem Oedipũ mihi dari, qui huiusmodi ænigmata, ijs quæ ab Sphinge proponebantur multò difficiliora dissolueret. In tanta rei difficultate, in tanta etiam sententiarum, & interpretationũ varietate coactus fui, nõ spectata auctoritate cuiusquã, eam sequi in-

qui interpretationem, quæ & facilior esset ad intelligendum, & Aristoteli magis consentanea videretur, atque ex eodem Aristotele posset facilius demonstrari.

2 *Cùm autem id, quod ad minus pertinet extremum. &c.) Hic locus cum eo qui proximè sequitur vnus est ex ijs, quos aliquo vate indigere dixi. Docet hîc Aristoteles, cùm assumptio est contingens, non colligi in conclusione verum illud contingens, quod nondum est, potest tamen esse; sed aliud genus contingẽtis. Dico in Paraphrasi cum Suesano, & Alberto, & quibusdam alijs interpretibus, sequi contingẽs commune necessario, & nõ necessario. Quod contingens nũquam Francisco Buranæ viro alioqui doctissimo probari potuit; immo verò existimauit esse merũ figmentum, adductus hac ratione, quòd extra animam nullum reperiatur huiusmodi contingens, quod necessario, & nõ necessario conueniat: quia quod necessarium est, non potest esse nõ necessarium. Nollem à viro docto, & ingenioso huiusmodi rationem adductam fuisse: perinde enim est, ac si dixisset, animal nõ esse commune homini, & bruto; quòd extra animam nullum reperiatur animal, quod idem sit homo, & brutum. Nõ ita hoc intelligitur à Philosophis, cõstat enim ijs, qui vel mediocriter in Logicis sunt versati, propterea dici animal commune homini, & bruto, quod eius nomen, & ratio vtrisque cõueniat, vt aliud animal sit homo, aliud brutum. Simili ratione cõtingens commune dicitur, nõ quòd vnum & idem necessarium sit, & nõ necessarium; sed quòd nomen cõtingentis accommodetur tam rebus necessarijs, quàm nõ necessarijs; quod expressè docuit Aristoteles superiùs, cap. 3. Nec est cõtingens cõmune tãquam synonymum, sed nomine tantùm. Iam enim docuit Aristoteles superiùs, cap. 12. necessarium nõ dici cõtingens, nisi homonymè. Cùm ergo dicimus ex hac cõiugatione pronũtiatorum sequi cõtingens commune, nõ est intelligendum omnem conclusionem, quæ inde colligitur, esse communem necessariæ cõclusioni, & nõ necessariæ: quoniam eiusmodi enũtiatio nulla esse potest; sed colligi quoduis genus cõtingentis, vt explicamus in Paraphrasi. Nam interdum sequitur cõclusio verè cõtingens, interdum necessaria. Quod apertè explicat Aristoteles in hoc eodem cap. numero 29. & 30. Probans enim nõ semper sequi verum & propriũ*

contin-

Universidad de Deusto
Biblioteca

cõtingens, adfert syllogismum, cuius cõclusio est, cõtingit nullum hominem esse coruum, quæ reuera necessaria est; deinde adfert alium, cuius cõclusio est, cõtingit nullum hominẽ moueri, quæ reuera cõtingens est, atq; ita demonstrat colligi quoduis genus cõtingentis. Constat igitur hæc interpretatio ex eodem Aristotele. Ex hoc eodẽ loco refellitur altera sententia Buranæ, atque etiam Suesani, & aliorum quorundam, qui putant illud tantùm esse pronũtiatum ineße declarans, quod cõstat ex materia cõtingente in actum redacta; non verò ex necessaria. Aristoteles enim in hoc eodem loco, numero scilicet. 29. sumit hoc pronũtiatum non inesse tantùm declarãs, nihil quod intelligit est coruus, quod cõstat esse necessarium. Tamen ipse vt suam sentẽtiam tueatur, ait Aristotelem nõ sumpsisse exemplum accommodatum, quod absurdum videtur.

3 Sed eius, quod est nulli, aut non omni ex necessitate inesse. &c.) Quæ dicta sunt in superiori scholio, non sunt admodum difficilia: hic locus autem, qui nunc sequitur maximè torsit interpretes. Docẽs Aristoteles nõ semper sequi proprium cõtingens, quod definitum est, ait sequi id, quod est nulli, aut nõ omni ex necessitate inesse. Alexander intelligit per hãc orationem, solam & nudam negationem necessarij. Philoponus dimidium contingentis, cuius vna pars sit necessaria, altera contingens; vt cõtingit nullum animal ambulare, quæ negatio in ijs, quæ repunt, & natãt necessaria est; in ijs, quæ ambulant contingens. Alij alias afferũt interpretationes: mihi ea, quam expressi in Paraphrasi, visa est Aristoteli accommodatior. Docens enim Aristoteles sequi cõclusionem de contingenti communi, hoc est in quouis genere contingẽtis, id explicat per eius æquipollentem, quod in ea verior videatur oratio. Si enim dicamus contingere nullum hominem esse coruum (vt vtar exemplo Aristotelis) videmur significare, hominẽ coruum esse, sed fieri posse, vt nullus sit coruus; quoniam ea est propria significatio verbi contingentis: quæ oratio falsa est: at si dicamus nullum hominem esse coruum esse necessarium, vera est oratio; huic autem æquipollet illa, cõtingit nullum hominem esse coruum; vnde apparet iam vera oratio, quæ antea videbatur falsa. In ordinibus autem modalium pronũtiatorum sumi contingẽs, & posßibile communiter, constat ex libro de Interpretatione, vbi Aristoteles hãc sumit tan-

mit tãquam rectam argumentationem, necesse est esse, ergo posßibile est esse. Hanc interpretationem, quam expressi, videtur adferre Magentinus, quamuis obscurè, & interdum videatur ad interpretationem Philoponi declinare. Eandem probare videtur Suesanus, quãquam etiã obscurè, & breuiter. Ait enim colligi illud contingens, quod sequitur ex necessario, huiusmodi autem esse contingẽs commune, quæ omnia vera sunt: non tamen declarat, quid sibi velit Aristoteles hac oratione, nulli ex necessitate ineße. Non potest sanè significare necessariò nulli inesse; quia non sunt eadem pronũtiata, nullum hominem esse lapidem est necesse, & necesse est nullum hominem esse lapidem, cùm hoc cõtineatur in tertio ordine modalium pronuntiatorum, illud in secundo. Præterea ipse Aristoteles hoc cap. numero. 27. & .28. probans sequi ex hac coniugatione nulli inesse ex necessitate, id demonstrat, quia contradicẽs conclusionis, quæ sumitur ex hypothesi ad rationẽ per incommodum est, necesse est aliquod c esse a: atqui hæc non contradicit illi, necesse est nullum c esse a, quia posßunt simul esse falsæ, vt necesse est aliquem hominem ambulare, & necesse est nullum hominem ambulare: contradicit autẽ ex sententia Aristotelis illi, nullum c esse a est necesse: igitur hæc duo pronuntiata, nullum c esse a est necesse, & necesse est nullum c esse a, nõ idem valent. Rursus Alexander si per solam necessarij negationem intelligat nũquam sequi cõclusionem necessariam, falsò quidem sentit: nam Aristoteles loco superiùs citato, scilicet numero. 29. hanc colligit conclusionem, cõtingit nullum hominem esse coruum, quæ reuera necessaria est. Verùm inferiùs ait hanc orationem, nulli inesse ex necessitate tollere necessarium affirmãs, nõ negãs. Sed rursus paulò inferiùs dubitat quemadmodum colligatur hæc conclusio, contingit nullum hominem esse coruũ, quæ reuera negãs est necessaria. Vnde difficile est ex Alexandro intelligere quid sentiat. Ex eodem loco refutatur interpretatio Philoponi. Quoniam hæc cõclusio, cõtingit nullum hominem esse coruum, nõ est dimidium contingẽtis, sed tota necessaria. Addidimus in paraphrasi nõ solùm in syllogismo negante, ex assumptione cõtingente sequi omne genus cõtingentis, vt sentire videtur Aristoteles, & acerrimè defendit Burana: verùm etiam in affirmãte, quod expressè do-

cet Alexander præsertim explicans locum, qui numero. 23. continetur, quam sententiam secuntur Suesanus, & quidam alij.

20 Licet etiam per primam figuram &c.) Sentit Alexẽder hoc loco, & Philoponus, & quidã alij, in hac demõstratione explicanda cõmutandũ esse modũ sumptionum, scilicet vt assumptio, quæ est contingens, redigatur ad existentiam: & contrà propositio, quæ tantùm inesse dicit, fiat cõtingens. Mihi visum est, vt assumptio redigatur quidẽ ad existentiam, nõ tamẽ propositio, quæ inesse dicit, fiat contingẽs, sed efficiatur ratiocinatio ex duabus sumptionibus inesse tantùm declarantibus, quod video Suesano placuisse. Propterea quod omne pronuntiatum contingens potest facilè reuocari ad veram existentiam sine vllo incommodo: non tamen omne quod inesse dicit, potest fieri contingens. Si enim sit in materia necessaria, non potest contingens effici, nisi sumatur contingẽs communiter, nam hoc modo rectè explicaretur hoc loco hæc ratiocinatio. Tamen non solet Aristoteles sumere tale contingens in sumptionibus, sed interdum in conclusione, vt antea docuimus. Verùm Alexander, & alij adducuntur ex verbis Aristotelis, qui sic affert propositionem, contingit omne b esse a, vel vt ipse loquitur a omni b contingit. Sed hoc facilè dissoluitur, solet enim Aristoteles sumere verbum contingere pro inesse: vt in hoc eodem capite paulò superius, numero 18. vbi explicata ratione per incommodum, in qua ex contradicente cõclusionis, & assumptione redacta ad existentiam, colligitur contradicens propositionis, quæ tantùm inesse dicit, sic habet ἀλλ' ὑπεκεῖτο παντὶ ἐνδέχεσθαι ὑπάρχειν, id est, sed constitutum fuit omni contingere inesse: constat autem illam propositionem non fuisse contingentem, sed inesse dicentem, vnde nos vertimus locum illum. Atqui sumptum fuerat omne b esse a. Idem obseruauimus suprà, cap. 11. numero. 12. Si cui tamen magis probatur interpretatio Alexãdri, ex hoc scholio eam sumere poterit, dummodo intelligat esse accipiendam propositionem de contingenti communi.

21 Oportet autem accipere omni inesse, non præfinito quodam tempore &c.) In toto hoc loco explicando secutus sum Alexandrum, qui mihi videtur rem ipsa attigisse. Appellat igitur Aristoteles eam propositionem hoc tempore præfinitam, cuius subiectum pluribus conuenire potest, quàm attributum: vnde si sumatur assumptio ex ea parte, qua superat attributum, nõ potest ipsa propositio esse vera, nisi dum assumptio manet contingẽs. Si enim reuocetur assumptio ad veram existentiã, non potest simul esse vera propositio. Denique in tota hac disputatione mistionum hoc obseruandum est, vt tales sumãtur sumptiones, quæ possint simul esse veræ, si ambæ ad existentiam redigantur, nam hoc est nõ præfiniri aliquo tempore. Suesanus quia non viderat cõmentarios Alexandri, non satis est assecutus sensum huius loci.

Mistio pronuntiati contingentis, & necessarij in prima figura. Cap. 15.

ARGVMENTVM.

IN ratiocinationibus affirmantibus, tam vniuersis, quàm particularibus, si propositio est contingens, & assumptio necessaria, sequitur semper cõclusio verè cõtingens, atque est perfecta ratiocinatio, quia probatur illo principio, dici de omni re: si autem propositio est necessaria, sequitur conclusio contingens in quouis genere contingentis, & est imperfecta ratiocinatio, quia probatur per incommodum. In negantibus autem ratiocinationibus, si propositio negans est contingens, & assumptio affirmans necessaria, sequitur conclusio verè cõtingens, & fit perfecta ratiocinatio: si verò propositio sit necessaria, sequitur duplex conclusio, vna contingens, altera non inesse declarãs sine modo, & probatur per incommodum. Explicantur etiam inutiles connexiones.

1 CVm autem alterum pronuntiatorum ex necessitate inesse, aut non inesse; alterum contingere declarat, efficietur quidem ratiocinatio, si termini eodem modo se habeant. Atque perfecta, cùm necessarium ad minus extremum adhi-

2 ALtera mistio pronuntiati cõtingentis est cum pronuntiato necessario, quæ explicanda etiam est in hac prima figura, vbi hæc traditur generalis præceptio. Cùm alterum pronuntiatum est necessarium, siue affirmans, siue negans: alterum contingens, sit termini eodem modo disponantur, & sint affecti penes quãtitatem, & qualitatem, quo diximus in superioribus disponendos & afficiendos esse in modis utilibus, semper efficitur recta ratiocinatio. Verùm tum demum perfecta est, & potest per illa duo principia confirmari, cùm assumptio est ne-

Universidad de Deusto
Biblioteca

betur. 2 Conclusio verò cùm termini affirmantur, contingere, non autem inesse declarat, siue vniuersè, siue non vniuersè ponantur. 3 Si verò alterum pronuntiatum affirmans, alterum negans fuerit, cùm affirmans fuerit necessarium, conclusio contingere, nõ autem non inesse declarat: cùm autem negans necessarium extiterit, & cõtingere non esse, atque nõ esse declarat, siue vniuersè, siue non vniuersè termini sumantur. 4 Contingere verò in conclusione eodem modo accipiendum est, atq; in superioribus. 5 Nõ autem efficietur ratiocinatio, quæ concludat necessariò nõ inesse, 6 Aliud enim est non ex necessitate inesse, & aliud ex necessitate

cessaria, & propositio contingens. 2 Atq; in modis affirmantibus, ubi ambæ sumptiones affirmant, cùm propositio est cõtingens, sequitur conclusio uerè cõtingens, non autem inesse declarans. Idq; tam in uniuersis, quàm particularibus ratiocinationibus. 3 In modis autem negantibus, ubi alterum pronuntiatum affirmat, negat alterum, si assumptio, quæ est affirmans, sit necessaria, & propositio negans contingens, sequitur tantùm conclusio uerè contingens, non autem non inesse declarans: si uerò contrà propositio negans sit necessaria, & assumptio affirmans contingens, duplex sequitur cõclusio, una negans cõtingens, altera negans, quæ non inesse declarat, tamq; in uniuersis, quàm particularibus: causa est, quia ex hac coniugatione colligitur cõtingens commune, hoc est omne genus contingentis. Vnde interdum sequitur eiusmodi conclusio cõtingens, quæ declarat rem non ita esse reuera, & interdum necessariò non ita esse. Vnde fit ut colligatur conclusio non inesse declarans sine modo contingenti. 4 Verbum autem contingere in conclusione perinde est accipiendũ, atque in superiori mistione. Nam cùm propositio est contingens, intelligendum est sequi conclusionem uerè cõtingentem; cùm autem assumptio est contingens, & dicimus sequi cõclusionem contingentem, oportet intelligamus cõtingens commune seu quoduis genus contingentis. 5 Ex huiusmodi autem mistione in modis negantibus, nõ sequitur conclusio negans necessaria, quamuis altera sumptio sit necessaria, sed cõtingens. Nam quamuis interdum, ut diximus, sequatur eiusmodi cõclusio contingens, quæ reuera est in materia necessaria; tamen ex ui, & forma ratiocinationis, non colligitur conclusio cum modo necessario expresso. Non enim idem est colligi conclusionem constantem materia necessaria, & colligi conclusionem modi necessarij: hæc namq; non potest colligi, nisi aut ex ambabus sumptionibus necessarijs, aut ex una necessaria, & altera inesse declarante, ut in superioribus dictum est. 6 Quod autem non sequatur conclusio negãs necessaria hinc apparet, quòd cùm propositio est necessaria, & assumptio cõtingens, sequitur cõclusio

non inesse. 7 Perspicuum igitur est cùm termini affirmantur, nõ effici conclusionem necessariam. Esto enim vt omne b necessariò sit a, atque omne c contingat esse b, erit imperfecta ratiocinatio, contingit omne c esse a. 8 Quòd autem sit imperfecta, ex demõstratione manifestum est; eodem enim modo demonstrabitur, quo in superioribus dictum est. 9 Rursus contingat omne b esse a, atque necessariò omne c sit b, erit ratiocinatio quod contingit omne c esse a, non autẽ quod omne c sit a; 10 atque perfecta, nõ imperfecta: statim enim perficitur ex pronuntiatis initiò sumptis. 11 Si verò pronuntiata non sint eiusdem formæ, esto primùm negans necessarium, vt ex necessitate nullum b sit a, & omne c con

A. maior extremum. B. medium. C. minus extremum.

clusio negans de contingenti communi, ut diximus, hoc autem contingens nõ esse, ut in superioribus docuimus, idem pollet, quod non necesse est esse: at non necesse est esse, & necesse est non esse maximè differunt; si ergo colligitur conclusio, quæ ualet non necesse est esse, non potest ex eadem coniugatione colligi cõclusio necesse est nõ esse. 7 Neq; in ratiocinationibus affirmantibus colligitur necessaria conclusio, sed contingens. Ac primum si propositio sit necessaria, & assumptio contingens. Vt quidquid ambulat necessariò mouetur, contingit omnem hominem ambulare, ergo contingit omnem hominem moueri. 8 Est tamen huiusmodi ratiocinatio imperfecta, quia non potest probari illo principio, dici de omni, propterea quod sub ipso subiecto non sumatur aliquid, sed quod sumi contingat: tamen demonstratur per incommodum, quemadmodum in superiori mistione, cùm ex contradicente cõclusionis, & assumptione redacta in existentiã, colligitur ea, quæ tollit propositionem in tertia figura. Vt aliquis homo necessariò non mouetur, omnis homo ambulat, ergo aliquod ambulans nõ mouetur. Potest etiam sequi conclusio contingens in materia necessaria, ut quidquid ambulat necessariò est animal, contingit omnem hominem ambulare, ergo contingit omnem hominem esse animal. 9 Si autem propositio sit cõtingens, & assumptio necessaria, sequitur tantũ conclusio uerè contingens. Vt contingit omne animal moueri, omnis homo necessariò est animal, ergo contingit omnem hominem moueri, non autem sequitur omnis homo mouetur, si propositio sit uerè contingens. 10 Atque est hæc ratiocinatio perfecta, quia confirmatur per illud principium dici de omni re, quòd ex his sumptis pronũtiatis necessariò sequatur cõclusio. 11 In secũdo uerò modo, ubi propositio est negans, & assumptio affirmãs, & propositio negans sit necessaria, & assumptio cõtingens, sequi-

Barbara. A. moueri. B. ambulare C. homo.

A. moueri. B. animal. C. homo.

Celarent.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tingat esse b, necessariò efficitur nullum c esse a. 12 Esto enim omne c, aut aliquod c esse a, sumptũ autẽ fuit ex necessitate nullũ b esse a: quoniã igitur reciprocatur negans, ex necessitate nullũ a erit b: constitutum autem est omne, aut aliquod c esse a, quare sequitur vt ex necessitate, aut nullũ, aut nõ omne c sit b: atqui sumptum fuerat à principio cõtingere omne c esse b. 13 Manifestũ autem est effici ratiocinationem, quæ concludat contingere non esse, quandoquidem efficitur, quæ concludit non esse. 14 Rursus esto affirmans pronuntiatum necessarium, atque cõtingat nullum b esse a; ex necessitate verò omne c sit b, efficietur quidem perfecta ratiocinatio, non tamen concludens nullum c esse a; sed contingere nullum c esse a. 15 Sic enim sumptum fuit pronuntia-

tur primùm conclusio non inesse declarans. Vt necesse est nullum ambulantem esse lapidem, contingit omnem hominem ambulare, ergo nullus homo est lapis. 12 Non potest hæc coniugatio probari illo principio, dici de nullo re; sed confirmatur per incommodum, ubi ex propositione reciprocata, & cõtradicente, aut contraria conclusionis, colligitur contradicens, aut cõtraria assumptionis, hoc modo. Si coniugatio non est recta, ut sumptiones possint esse ueræ, & conclusio falsa: contraria, aut contradicens erit uera, omnis homo, aut aliquis homo est lapis, cum hac igitur sumatur propositio reciprocata, & fiat ratiocinatio in eadem figura, ex propositione necessaria, & assumptione inesse declarãte. Necesse est nullum lapidem ambulare, omnis homo, aut aliquis homo est lapis, ergo necesse est nullum hominem, aut non omnem hominem ambulare: atqui assumptio erat, cõtingit omnem hominem ambulare: igitur cõiugatio est recta. 13 Quòd si colligitur conclusio negans non inesse declarans, constat etiam colligi conclusionem cõtingentem; quoniam ex hac cõiugatione non semper colligitur uerum contingens, sed omne genus contingentis. Colligitur autem proprium contingẽs, si propositio sit necessaria ex hypothesi. Vt necesse est nullum sedentẽ ambulare, cõtingit omnẽ hominẽ sedere, ergo contingit nullũ hominem ambulare. 14 Si uerò propositio negãs sit cõtingens, & assumptio affirmãs necessaria, sequitur tantùm conclusio uerè contingens, non autem inesse declarans. Vt cõtingit nullum animal moueri, omnis homo necessariò est animal, ergo contingit nullũ hominem moueri. Estq; perfecta ratiocinatio, quia confirmatur illo principio, dicè de nullo re. 15 Quòd autem sequatur tantùm conclusio negans uerè contingens, non inesse declarans, duabus constat rationibus. Prima est, quia propositio sumpta est uerè contingens. Vnde per illud principium, dici de nullo re,

A. moueri.
B. animal.
C. homo.

ponamus

tum, quod pertinet ad maius extremum. 16 Nec licet ad incommodum & impossibile ducere; nam si statuatur nullum c esse a, constitutum est autem contingere nullum b esse a, nullum ex his sequitur incommodum. 17 Cùm autem negans pronuntiatum adhibetur ad minus extremum, si contingere significet, efficietur ratiocinatio per reciprocationem, quemadmodum in prioribus: si verò non significet contingere, non efficietur. 18 Nec cùm ambo pronuntiata negantia, & quod pertinet ad minus extremum, non est cõtingens. 19 Termini ijdem; ex quibus efficitur omni inesse, albũ, animal, nix: nulli inesse, album, animal, pix. 20 Eodem modo se res habebit in particularibus ratiocinationibus: cùm enim negnas pronuntiatũ fuerit necessariũ, erit etiam conclusio non inesse de-

possumus demõstrare sequi talem conclusionẽ. 16 Secũda ratio est, quia nõ possumus id probare per incommodum. Nam si cõstituamus sequi hãc cõclusionem, nullus homo mouetur, deinde sumamus eius cõtradicentem, aliquis homo mouetur, cũ assũptione, omnis homo necessariò est animal, colligemus in tertia figura, aliquod animal mouetur, quod nõ tollit illã propositionẽ, cõtingit nullũ animal moueri. 17 Quòd si propositio fuerit affirmãs, & assũptio negãs, si ipsa assumptio fuerit cõtingens, poterit fieri ratiocinatio reciprocata assũptione negãte in affirmantem, ut in superioribus mistionibus dictum est; si uerò fuerit negans, nõ contingẽs, sed necessaria, nõ efficitur ulla ratiocinatio. 18 Præterea cùm ambo pronũtiata sumũtur negãtia, si assumptio sit cõtingens, quia potest uerti in affirmãtẽ, fiet utilis ratiocinatio, si tamẽ assumptio sit necessaria, quia nõ potest uerti, nulla efficitur ratiocinatio. 19 Reperiuntur in coniugatione hac termini omni, & nulli inesse, quales qui in superiori mistione capitis præcedentis: omni inesse, albũ, animal, nix: cõtingit omne animal, aut nullũ animal esse albũ, necessariò nulla nix est animal, omnis nix necessariò est alba? nulli inesse, album, animal, pix; contingit omne animal, aut nullum animal esse album, necessariò nulla pix est animal, necessariò nulla pix est alba. Tamen si pro animali sumatur homo, aut equus, aut uestis, propositio facilius erit uera. Sunt enim quædam animalia quæ necessariò sunt alba, ut cygni: alia necessariò nigra, ut coruus. 20 Iam sequitur explicemus modos particulares. Ac primùm in negante, si propositio, quæ est negans fuerit necessaria, & assumptio affirmans contingens, duplex sequitur negans conclusio, una contingens, altera non inesse tantùm declarans.

Disamis.

Ferio.

Propterea-

Universidad de Deusto
Biblioteca

clarans. 21 Vt si necesse est nullum b esse a, & contingit aliquod c esse b, necessariò sequitur aliquod c non esse a. 22 Si enim omne c est a, necesse est autem nullum b esse a, necesse quoq; erit nullũ a esse b. 23 Vnde si omne c est a, necesse erit nullũ c esse b. At constitutum fuit contingere aliquod c esse b. 24 Cùm autẽ particulare affirmans fuerit necessariũ in ratiocinatione negãte, vt b c: 25 aut vniuersum in affirmante, vt a b, non erit ratiocinatio concludẽs inesse. Demõstratio eadẽ, quæ in superioribus. 26 Si verò vniuersum adhibeatur ad minus extremum, aut affirmans, aut negans, & contingens: particulare verò necessarium ad maius extremum, nulla erit ratiocinatio. 27 Termini in-

A.lapis. B.ãbulare. C.corpus.

Propterea quòd sequitur ex hac coniugatione contingens cõmune. 21 *Sequitur ergo conclusio non inesse declarans hoc modo. Necesse est nullum ambulantem esse lapidẽ, cõtingit aliquod corpus ambulare, ergo aliquod corpus non est lapis.* 22 *Probatur simili ratione per incommodum. si non sequitur conclusio, ut possint sumptiones esse ueræ, & ipsa conclusio falsa, contradicens erit uera, omne corpus est lapis. Rursus quia propositio est uniuersa negans, necesse est nullum ambulantem esse lapidem, reciprocetur, necesse est nullum lapidem ambulare.* 23 *Ex his igitur italicet ratiocinari in eadem figura. Necesse est nullũ lapidem ambulare, omne corpus est lapis, ergo necesse est nullum corpus ambulare: atqui assumptio erat constituta uera, contingit aliquod corpus ambulare, quare contradictentia simul erunt uera, quod cùm fieri non possit, necessariò sequebatur illa conclusio.* 24 *Si uerò propositio negans sit cõtingens, & assumptio particularis affirmans necessaria, sequitur conclusio uerè contingens. Vt cõtingit nullũ animal moueri, aliquòd corpus necessariò est animal, igitur cõtingit aliquod corpus nõ moueri. Probatur illo principio dici de nulla re. Nõ autẽ possumus probare per incommodũ sequi conclusionem non inesse declarantẽ.*

Darij.

25 *In affirmante uerò, si propositio uniuersa affirmãs sit necessaria, & assumptio particularis cõtingens, sequitur etiam conclusio contingens, nõ autem inesse declarans. Vt quidquid ambulat necessariò mouetur, contingit aliquod animal ambulare, ergo contingit aliquod animal moueri. Tum omne animal necessariò sentit, contingit aliquid, quod generatur esse animal, ergo contingit aliquid, quod generatur sentire. Debet tamen demonstrari per incommodum,*

Numero.8.

quemadmodum modus uniuersus suprà explicatus. 26 *Quòd si propositio sit particularis necessaria, & assumptio uniuersa contingens, siue affirmans, siue negans, nulla efficitur utilis ratiocinatio, quia dantur termini necessariò omni, & nulli inesse.* 27 *Termini inesse animal, album, homo. Aliquod album necessariò*

esse ex necesitate, animal, album, homo; ex necesitate nõ inesse, animal, album, vestis. 28 Cùm autem vniuersum fuerit necessarium, particulare verò contingens, atque vniuersum extiterit negans: termini ex quibus efficitur inesse, animal, album, coruus: non inesse, animal, album, pix. 29 Si verò sit affirmans vniuersum, termini inesse, animal, album, cygnus: non inesse, animal, album, nix. 30 Nec cùm ambo pronuntiata sumuntur indefinita, aut ambo particularia, erit hoc modo ratiocinatio. Termini communes, ex quibus efficitur inesse ex necesitate, animal, album, homo: non inesse, animal, album, inanimatum. 31 Nam aliquod album necessariò est animal, & aliquod non est animal: tum aliquod inanimatum necessariò est album, & aliquod non est album. 32 Et in contingenti si-

cessariò est animal, contingit omnem, aut nullum hominẽ esse album, omnis homo necessariò est animal. Non inesse, animal, album, uestis. Aliquod album necessariò est animal, contingit omnem, aut nullam uestem esse albam, necessariò nulla uestis est animal. 28 *Si autem contrà assumptio uniuersa sit necessaria, & negans, & propositio particularis cõtingens, inutilis est propter eandẽ causam. Termini inesse, animal, album, coruus. Cõtingit aliquod album esse animal, necesse est nullũ coruũ esse album, omnis coruus necessariò est animal. Non inesse, animal, album, pix. Contingit aliquod album esse animal, necesse est nullam picem esse albam, necesse est nullam picem esse animal.* 29 *Si uerò assumptio uniuersa necessaria sit affirmans, termini inesse, animal, album, cygnus. Contingit aliquod album esse animal, omnis cygnus necessariò est albus, omnis cygnus necessariò est animal. Non inesse animal, album, nix. Cõtingit aliquod albũ esse animal, omnis nix necessariò est alba, necessariò nulla nix est animal.* 30 *Demum si ambo pronũtiata sint, aut indefinita, aut particularia, utrumuis sit contingens, aut necessariũ, siue ambo affirment, siue ambo negent; siue unum affirmet, neget alterum, nunquam efficitur utilis ratiocinatio. Termini communes, omni inesse ex necesitate, animal, album, homo. Aliquod album necessariò est animal, & aliquod necessariò non est animal, contingit aliquem hominem esse album, omnis homo necessariò est animal. Non inesse, animal, album, inanimatũ. Vt aliquod album necesariò est animal, & aliquod necessariò non est animal; contingit aliquod inanimatum esse album, necesariò nullum inanimatũ est animal.* 31 *Ratio horum terminorũ cur sint cõmunes ad has uarias coniugationes ex particularibus est, quia aliquod album necessariò est animal, ut cygnus, aliquod necesariò non est animal, ut nix. tum etiam, aliquod inanimatum necessariò est album, ut nix, & aliquod necesariò non est album, ut pix.* 32 *Eadem est ratio in contingenti, contingit aliquod*

Universidad de Deusto
Biblioteca

militer. Quare ad omnia sunt vtiles termini. 33 Manifestum igitur relinquitur ex ijs, quæ dicta sunt, si termini eodem modo sint affecti, in eo quod inesse dicit, & in necessarijs, fieri, & non fieri ratiocinationem. Præterquam quòd vbi negans pronuntiatum non inesse dicit, efficitur ratiocinatio contingere cõcludens: vbi autem est necessarium, efficitur & contingere, & non inesse concludens. 34 Apparet verò omnes ratiocinationes imperfectas esse, atque perfici per figuras anteà expositas.

album esse animal, & non esse animal, ut semen, ex quo animal generatur, uel quia illud aliquod album uagum & incertũ est, cõtingit aliquod album esse animal, ut album quod est Socrates, & aliquod non esse animal, ut album lignum. Vt contingentia non referatur ad subiectum albedinis, sed ad ipsam albedinem, quia contingenter conuenit illis subiectis. Tum etiam contingit aliquod inanimatum esse album, & non esse album, ut lapidem, aut lignum. 33 Ex habita disputatione manifestum relinquitur, si pronuntiata eodem modo sit affecta penes quãtitatem, & qualitatem, eodem modo fieri ratiocinationem ex uno pronuntiato contingenti, & altero necessario; atq; ex uno contingente, & altero inesse tantùm declarante: nam eadem fiunt coniugationes utiles, & inutiles. Hoc tantùm interest, quòd cum propositio negans non inesse dicit tantùm, & assumptio est contingens, sequitur tantùm conclusio contingens, quamuis illud sit commune: cùm autem propositio negans est necessaria, sequitur duplex cõclusio negans, una contingens, altera non inesse declarans. 34 Tum etiam constat cùm propositio aut inesse dicit, aut necessaria est, assumptio uerò contingens, imperfectas esse omnes ratiocinationes, quia nõ possunt probari illis duobus principijs, sed demonstrãtur ratione ducente ad incommodum, per tertiam, aut primam figuram.

Scholia in cap. 15.

7 *PErspicuum etiam est, cùm termini affirmantur &c.) In affirmãte ratiocinatione, si propositio sit necessaria, & assumptio contingens, sequitur quoduis genus contingentis, vt in Paraphrasi exemplis declaratur, quemadmodũ in superiore mistione, vbi hoc demonstrauimus ex sententia Alexãdri. At Burana retinens suam illam sententiam, docet hoc loco tãtùm colligi conclusionem verè contingentem; atque ne exemplis conuincatur, asserit propositionem debere semper sumi necessariam ex hypothesi, non*

non simpliciter; cuius rei nullam adfert rationem. Hoc tantùm discrimen adfert Aristoteles, quòd in affirmante ratiocinatione ex propositione necessaria tantùm colligatur conclusio contingens, quamuis in quouis genere contingentis: in negante verò ex propositione necessaria sequatur duplex conclusio, vna contingens, altera non inesse declarans, sine modo. Idem discrimen explicat in particulari affirmãte infrà numero 25. cuius discriminis nullam causam reddit Aristoteles, nec ego vllam video, quæ animum expleat. Nam si in affirmante ex propositione necessaria sequitur omne genus contingentis, quemadmodum in negante, non video cur in hac colligatur conclusio sine modo, non autem in illa. Num quia in negante potest id confirmari per incommodum ex propositione reciprocata, & contradicente conclusionis; non autem in affirmante, quia propositio vniuersa affirmans non reciprocatur, nisi in particularem? At potest probari per incommodum ex cõtradicente conclusionis, & assumptione redacta in existentiã per tertiã figuram, eadem ratione, qua probamus sequi conclusionem contingentem. An causa est, quia propositio vniuersa negans necessaria habet maiorem vim ad colligendam conclusionem inesse declarantem, quàm affirmãs necessaria? Constat enim illam conclusionem de inesse, vt dicitur, non colligi ex forma ratiocinationis, cùm nulla sit sumptio ei similis, sed ex sola vi propositionis necessariæ: est autem maior vis necessariæ negantis, quàm affirmantis, quia plus tollit, & ad plura se extendit, quàm affirmatio constituit: tollit enim, vt dicunt, nõ tantùm actum, sed potestatem omnem. Et hanc reddunt causam quidam interpretes, cur in superiore mistione ex propositione non inesse declarante, & assumptione contingente non sequatur conclusio non inesse declarans, quemadmodum in hac mistione. Hoc mihi nunc occurrit dicendum: si quispiam adferat aliud, quod sit accommodatius, habebo gratiam. Scio hunc locum esse vnum ex illis, quos superiùs dixi indigere diuinatore ad explicandum.

16 *Nec licet ad incommodum & impossibile ducere, &c.) Duobus modis explicat Alexander hanc rationem per incommodum: vno modo cùm ex eadem propositione contingente negante, & contradicente*

Universidad de Deusto
Biblioteca

conclusionis affirmãte, colligitur contradicens assumptionis in secunda figura, quam collectionem dicit esse inutilem, quia cùm negans, contingens vertatur in affirmantem, fieret ratiocinatio ex duabus affirmantibus in secunda figura, quod etiam docet inferiùs Aristoteles. Nõ tamen existimo Aristotelem intellexisse hanc rationem; quoniam vbi Aristoteles meminit alicuius rationis perincommodum, eam adfert in coniugatione, quæ iam sit explicata: atqui de hac mistione in secunda figura nondum disputauit ipse Aristo. Altero modo eam explicat, vt adfertur in Paraphrasi, cùm ex contradicente conclusionis, & assumptione necessaria colligitur conclusio affirmans inesse declarans in tertia figura, quæ non tollit propositionẽ contingentem. Tamen hîc oritur dubitatio non parua, quòd Aristoteles suprà cap. 11. numero. 15. docuit ex huiusmodi mistione in eo modo tertiæ figuræ sequi conclusionem affirmantem necessariam: quòd si hæc sequatur, firma est ratio: necessaria enim affirmans tollet contingentem negantem. Meminit huius dubitationis Suesanus, sed nullam eius adfert explicationẽ. Potestamẽ dissolui ex ijs, quæ diximus in scholio illius loci. Vbi docuimus propterea colligi conclusionem necessariam, quia illud pronuntiatum particulare, aliquis homo mouetur, habet hũc sensum, aliquis homo est ea res, quæ mouetur, vt Socrates, aut Plato; quod ex parte materiæ necessariũ est. Tamen in hoc loco vbi est contradicens illius, nullus homo mouetur, quod tantùm non inesse dicit, non potest habere eum sensum, sed hunc, alicui homini accidit moueri. Vnde non potest colligi conclusio necessaria, sed quæ tantùm inesse dicat.

25 *Aut vniuersum in affirmante, vt a b, & c.)* Docet hoc loco in ratiocinatione affirmante particulari, quod superiùs docuit in vniuersa; scilicet cùm propositio est necessaria, non sequi conclusionem inesse dicentem, sed tantùm cõtingentem; quamuis illud contingens sit commune. Suesanus existimans Aristotelem docere sequi conclusionem verè contingentem, non efficit propositionem vniuersam necessariam, sed contingẽtem; quæ interpretatio verbis Aristotelis repugnat, quod apparet, si cum his verbis coniungamus, quæ proximè præcedunt numero. 24.

De ra-

De ratiocinationibus ex vtrisq; contingentibus in secunda figura, cap. 16.

ARGVMENTVM.

EX duobus pronũtiatis contingentibus nulla efficitur ratiocinatio in secunda figura. Primò, quia non potest probari per primam figuram reciprocatione pronuntiati vniuersi negantis, propterea quòd huiusmodi pronuntiatum non reciprocatur. Secundò, quia nec potest probari per incommodum. Demum quia propositis terminis apparet nullam colligi veram cõclusionem, nec affirmantem, neque negantem.

1 IN secunda verò figura, cùm ambo pronuntiata sumũtur contingentia, nulla erit ratiocinatio; siue affirmãtia, siue negantia ponantur; siue vniuersa, siue particularia.

2 Cùm verò alterum pronuntiatum inesse, alterum cõtingere declarat, si affirmans inesse declaret, nunquam erit ratiocinatio: si autem negans vniuersum, semper erit. 3 Eadem est ratio, cùm alterum ex pronuntiatis sumitur necessarium, & alterum contingens.

4 Oportet autem in his ratiocinationibus accipere cõtingens illud, quod in conclusionibus colligitur, quemadmodũ in superio-

* *ABsoluta omni mistione in prima figura, sequitur ad secundam figuram transeamus, in qua primùm tria generalia præcepta proponere possumus. 1 Primum est, Si ambo pronuntiata sumãtur contingentia in secũda figura, nulla fit utilis ratiocinatio, tam si sumantur ambo negantia, quàm ambo affirmãtia; aut unum affirmans, alterum negans: siue ambo sint uniuersa, aut ambo particularia; aut unum uniuersum, alterum particulare. 2 Secũdum præceptum. Cùm alterum pronuntiatum sumitur contingens, alterum inesse tantùm declarans, si affirmans inesse dicat, & negans sumatur contingens, nunquam efficietur utilis ratiocinatio: si uerò contrà affirmans contingens, & negans uniuersum non inesse declarans, semper efficietur utilis & constans ratiocinatio cõcludens contingentem conclusionem. 3 Tertium præceptum simile est secũdo. Cùm alterum pronuntiatum est contingens, & alterum necessarium, si affirmãs fuerit necessarium, & negans contingens, nũquam efficitur utilis ratiocinatio. Si autem contrà affirmans contingens, & negans uniuersum necessarium, utilis efficitur ratiocinatio, quæ contingentem colligit cõclusionem. 4 Cùm autẽ in huiusmodi ratiocinationibus colligitur conclusio contingens, illud contingẽs*

ribus. 5 Primùm igitur demonstrandum est non reciprocari negans pronuntiatum contingens. Vt si cõtingit nullum b esse a, non est necessarium contingat nullum a esse b. 6 Constituatur enim hoc, atque contingat nullum a esse b: quoniam igitur reciprocantur affirmantia contingentia in negantia, & quę cõtraria, & quæ cõtradicentia; cõtingit autem nullum a esse b, manifestũ est contingere quoque omne a esse b. 7 Hoc autem falsum. Non enim si contingit omne hoc esse illud, est necesse contingat omne illud esse hoc. Quare non reciprocatur negans.

*non semper est proprium, quale antea est definitum, sed contingens cõmune, & omnis generis, quale superiùs colligitur in prima figura, cùm propositio est necessaria, aut inesse declarans. * In hoc capite explicandum est primum præceptum. Ex utrisque igitur sumptionibus contingentibus nihil concludi posse in secunda figura hac uniuersa ratione demonstratur, Ratiocinationes secundæ figuræ duobus modis reuocantur ad primam figuram, ut per eam probentur, scilicet reciprocatione pronuntiati uniuersi negantis, & per incommodum: quæ autem constant ex utrisque contingentibus, neutro modo ex his possunt probari, igitur ex utrisque contingentibus nulla fieri potest ratiocinatio in secunda figura. Primùm non possunt probari reciprocatione, quia pronuntiatum negans uniuersum nõ reciprocatur: si fuerit cõtingens.* 5 Hoc igitur primũ nobis est demonstrandũ. Vt si cõtingit nullum hominem esse album, non inde sequitur, contingit nullum album esse hominem; quod intelligitur cùm contingens propriè sumitur, quemadmodum in superioribus est definitum. 6 Id autem tribus rationibus demonstratur. Prima est, quia fieret uniuersum pronuntiatum affirmans reciprocari in uniuersum. Docuimus enim in superioribus, in hoc uero, & proprio contingente, affirmantia pronuntiata uerti in negantia, & contrà, uniuersa quidem in uniuersa, quæ habent speciem contrariorum; & uniuersa in specialia, & si non mutuò, quæ habent speciem contradicentium. Ponamus igitur, si contingit nullum hominem esse album, contingere nullum albũ esse hominem; fiet etiam affirmans uniuersum reciprocari in uniuersum, hoc modo. Contingit omnem hominem esse album, ergo contingit nullũ hominem esse album; rursus si contingit nullum hominem esse album, uertitur in hoc, contingit nullũ album esse hominem, hoc autem reciprocatur in affirmans, contingit omne album esse hominem, igitur à primo antecedente ad ultimum consequens, si contingit omnem hominem esse album, contingit omne album esse hominem.

A.album. B.homo.

Cap.12.

Cap.12.

7 Hoc autem quod sequitur in multis falsum est; non enim si contingit omnẽ hominem esse album, est necesse contingat omne album esse hominem; nam multa sunt alba, quæ nullo modo possunt esse homines, ut cygnus, nix, lac. Quapropter negans uniuersum contingens non reciprocatur. 8 Secũ-

8 Præterea nihil prohibet cõtingere nullum b esse a, & ex necessitate aliquod a non esse b. Quemadmodum contingit nullũ hominem esse albũ, quãdoquidem cõtingit omnẽ esse albũ. Non autẽ verũ est dicere, contingit nullũ albũ esse hominẽ; multa enim sunt alba, quæ ex necessitate nõ sunt homines. Necessarium autem non erat contingens. 9 Quin nec ex incommodo & impossibili demõstrabitur reciprocatio. Vt si quis existimet, quia falsum est, cõtingere nullum a esse b, verum esse non cõtingere nullum a esse b, affirmatio enim, & negatio: si hoc autem verum est, & illud etiã ex necessitate aliquod a esse b, vnde & ex necessitate aliquod b esse a. Hoc autem fieri non potest. 10 Non enim si non contingit nullũ a esse b, necesse est aliquod a esse b. Nam illud nõ cõtingere nulli, duobus dicitur modis. Vno, si ex necessitate alicui est.

8 Secunda ratio est, quia in hac reciprocatione reperitur antecedens uerum, & consequens falsum. Vt in exemplo proposito cernere licet. Verum enim est antecedens, contingit nullum hominem esse album, quandoquidem cõtingit etiã omnem hominem esse album; falsum tamen est consequens, contingit nullum album esse hominem; quoniam multa sunt alba, quæ necessariò non sant homines, ut cygnus, nix, ceruſa, & alia, de quibus non contingenter, sed necessariò negatur homo. Diximus autem in superioribus necessarium longè diuersum esse à uero contingente. 9 Tertia ratio, quòd hæc reciprocatio non potest per incommodum probari quemadmodum aliæ, ea ratione, quam explicauimus in superioribus, secundo, & tertio cap. Vt si quis putaret hac ratione probari posse. Falsum est hoc, contingit nullum album esse hominem, in quod alterum reciprocatur, ergo uerum erit contradicens, non contingit nullum album esse hominem: nam de omni re uera est affirmatio, aut negatio. Quod si hoc uerum, & illud, quod huic æquipollet, necesse est aliquod album esse hominem. Vnde sequitur per reciprocationem, necesse est aliquem hominem esse album. Hoc autem impossibile, quia contradicit illi uero pronuntiato, contingit nullum hominem esse album. 10 Hæc, inquam, ratio non est firma: non enim si non contingit nullum album esse hominem, inde sequitur necesse esse aliquod album esse hominem: quoniam huiusmodi pronuntiatum, non contingit nullum a esse b, duplicem habet sensum, & duobus modis uerum esse potest. Vno modo, quia necesse est aliquod a esse b: ut non contingit nullum animal esse hominem, quia necesse est aliquod animal esse hominem. Quare prima negatio in ipso pronuntiato negat secundam, & rem per eam significatam.

Universidad de Deusto
Biblioteca

11 Altero, si ex necessitate alicui nõ inest. Quod enim ex necessitate alicui a non inest, nõ est verum dicere cõtingere nulli a inesse. 12 Quemadmodum quod alicui inest ex necessitate, non est verũ dicere omni contingere inesse. 13 Si igitur quispiã putaret, quia non cõtingit omne d esse c, necessarium esse aliquod d nõ esse c, falsum quidẽ sumeret. Nam omne d est c, si ita res ferat. Sed quia quibusdam ex ijs, quæ sub d continẽtur necessariò conuenit c, propterea dicimus non contingere omne d esse c. 14 quare ei, quod est, contingere omni inesse, opponitur ex necessitate alicui inesse, & ex necessitate alicui non inesse. 15 Similiter ei, quod est

11 Altero modo uerum esse potest, non contingit nullum a esse b, quia necesse est aliquod a non esse b. Vt non contingit nullum album esse hominem, propterea quòd necesse est, aliquod album non esse hominem. Si enim necessariò negatur homo de aliquo albo, ut cygno, aut niue, non potest contingenter de omni albo negari. Vnde in hoc pronuntiato, non contingit nullũ album esse hominem, in hoc secundo sensu prima negatio non negat secundam, neque rem ipsam significatam, sed modum rei. Non enim negat posse fieri ut nullum album sit homo, sed negat cõtingenter hoc fieri: cùm multa alba necessariò ab homine remoueãtur. Nam habet hunc sensum, hoc, quod est nullum album esse hominem, non est contingens, sed in quibusdam necessarium; quemadmodum non contingit nullũ hominem esse lapidem, quia necesse est hominem non esse lapidem. 12 Quod in affirmante pronuntiato fit manifestum. Quemadmodũ quia necesse est aliquem hominem esse animal, non est uerum dicere, contingit omnem hominem esse animal, hoc namque non contingens, sed necessarium est. 13 Vnde si quispiam ex eo quòd dicimus, nõ contingit omnem hominem esse animal, colligeret necessariũ esse aliquem hominem non esse animal, falsò, & malè colligeret. Nam re uera omnis homo animal est, sed quia necessariò est animal, propterea dicimus nõ contingere omnem hominem animal esse. Tum etiam ex hac negatione, non cõtingit omne albũ esse animal, nõ licet colligere, necesse est aliquod albũ nõ esse animal. Nam si nihil esset albũ præter animal, uerũ esset omne albũ esse animal. Tamẽ quia quædã alba necessariò sunt animalia, ut cygnus, homo, propterea dicimus nõ cõtingere omne albũ esse animal, id est, animal nõ omni albo cõtingenter inesse. 14 Itaq; huic pronuntiato, contingit omne album esse animal, quia duplicem habet sensum, (scilicet & hoc fieri posse, & in omnibus esse contingens) duo contradicunt particularia pronuntiata; in primo sensu necesse est aliquod album non esse animal: in secundo, necesse est aliquod album esse animal. 15 Simili ratione, huic pronuntiato, contingit nullũ albũ esse hominem, quia duplicem,

D.homo.
C.animal.

contingere nulli inesse. 16 Manifestum igitur est, ad huiusmodi contingens, aut non contingens, quod in principio definiuimus, non solùm illud ex necessitate alicui inesse, sed etiam ex necessitate alicui non inesse sumere oportere. Hoc autem sumpto, nihil euenit impossibile. 17 Quare non efficitur ratiocinatio. Perspicuum igitur ex ijs, quæ dicta sunt, non reciprocari negans pronũtiatum. 18 Hoc autẽ demonstrato, constituatur contingere nullum b esse a, & contingere omne c esse a. Per reciprocationem igitur non efficitur ratiocinatio; dictum enim est iam non reciprocari huiusmodi pronuntiatum. 19 Sed neq; per incommodum, & impossibile; posito enim vt contingat omne c esse b, nihil sequitur falsum. Nam cõtingere potest omne c, & nullum c esse a. 20 Atq; omnino si est ratiocinatio, manifestum est contingentis

plicẽ habet sensum, ut anteà diximus, duo cõtradicũt pronũtiata, scilicet necesse est aliquod albũ esse hominem, & necesse est aliquod album non esse hominem. 16 Quapropter si contingens propriè sumatur, cuiusmodi in superioribus definiuimus, ex illa negatione, non contingit nullum album esse hominem, nõ potest aliquis inferre tantùm, ergo necesse est aliquod album esse hominem, sed debet colligere ambo cõtradicentia, scilicet, aut necesse est aliquod albũ esse hominem, aut necesse est aliquod album non esse hominem. Vnde nullum sequitur incommodum, dicemus enim propterea negare nos contingere nullam album esse hominem, quia necesse est aliquod album esse hominem. 17 Itaq; ex hac ratione nulla colligitur impossibilis conclusio. Vnde relinquitur manifestum pronuntiatum negans uniuersum non reciprocari. 18 Hoc iam demonstrato, sequitur doceamus ex utrisq; sumptionibus cõtingentibus, nullam fieri ratiocinationem in secunda figura. Vt si sumantur hæ sumptiones in primo modo, contingit nullum equum ambulare, & contingit omnem hominẽ ambulare, nullam licet colligere conclusionem. Primò, quia non possumus probare hanc ratiocinationem per primam figuram reciprocata propositione, iam enim demonstrauimus in his negans uniuersum non reciprocari. 19 Deinde quia nec potest probari per incommodum. Si enim uelimus probare colligi hanc conclusionem, contingit nullum hominem esse equum, sumpta contraria, contingit omnem hominem esse equum, ex hac, & propositione nihil colligemus falsum: nam ita ratiocinaremur, cõtingit nullũ equum ambulare, cõtingit omnem hominem esse equum, ergo contingit nullum hominum ambulare; at hæc conclusio, non tollit illam assumptionem, contingit omnem hominem ambulare, quum simul sint ueræ. 20 Tandem terminis propositis ostendere possumus nullã fieri utilem ratiocinationem,

Cesare.
A. ãbulare.
B. equus.
C. homo.

Universidad de Deusto
Biblioteca

esse, propterea quod neutrum pronuntiatũ sumitur tantùm inesse declarans: atq; hæc aut affirmans, aut negans erit; at neutro modo fieri potest. 21 Posita enim affirmãte, propositis terminis demõstrabitur non contingere inesse: 22 posita verò negante, demõstrabitur conclusionem non esse contingentem, sed necessariam. 23 Sit enim a album, b verò homo, ipsum autem c equus. Ipsum a, quod est albũ contingit huic omni, & illi nulli cõuenire: at verò ipsum b nec cõtingit conuenire c, neq; nõ cõuenire. 24 Quòd igitur non contingat cõuenire manifestum est, nullus enim equus est homo, sed neq; contingit non conuenire, quia necesse est nullũ equum hominem esse: necessarium autem non erat contingens: non igitur efficitur ratiocinatio. 25 Eadem ratione demonstrabitur, si ordine contrariò disponatur negans pronuntiatum; atque si ambo pronuntiata sumantur affirmantia, aut ambo negantia; nã per eosdem terminos efficitur demonstratio. 26 Et cùm alterũ sumitur vniuersum, alterum ex parte, aut ambo particularia, aut

nationem in hoc modo, siqua enim conclusio colligeretur ex huiusmodi coniugatione, haud dubiè esset contingens, quandoquidem nullum sumitur pronũtiatum inesse declarans, sed ambo contingentia. At contingens non potest colligi, nec affirmans, neque negans; igitur nulla potest inferri conclusio. 21 Primùm siquis constitueret colligi affirmantem conclusionem, propositis terminis demõstrabimus colligi negãtem necessariam. 22 Si autẽ diceret colligi negantẽ, demonstrabimus eam conclusionẽ nõ esse contingentẽ, sed necessariam. 23 Vtrũq; poßumus eodem exemplo confirmare, si sumantur hæ sumptiones, cõtingit nullum hominem esse album, & contingit omnem equum esse album. Ex his nec licet uerè colligere, contingit omnem equum esse hominem, nec contingit nullum equum esse hominem. 24 Non est uera prima cõclusio, quia re uera nullus equus est homo, nec esse potest. Nec secunda, contingit nullum equum esse hominem, quia necesse est nullum equum esse hominem: diximus autem in superioribus necessarium non esse contingens: quare nulla sequitur cõclusio. 25 Eadem ratione demonstrari potest, nullam colligi conclusionem in secundo modo, ubi propositio est affirmans, & ąsumptio negans. Neq; ex duabus affirmantibus, neq; negantibus. Quod apparet in eisdem terminis; siue enim dicamus contingit omnem hominem esse album, & contingit nullum equũ esse album; siue ambo pronuntiata affirment, siue negent, nunquam licebit colligere ullam conclusionem, nec affirmantem, neq; negantem. 26 Tandem siue unum pronuntiatũ sumatur

indefinita, aut quot modis aliter licet commutare ipsa pronũtiata. Sẽper enim efficietur demõstratio per eosdẽ terminos. 27 Perspicuum igitur est cùm ambo pronuntiata ponuntur contingẽtia, nullam fieri ratiocinationem.

sumatur uniuersum, & alterum particulare; siue ambo particularia, aut ambo indefinita; aut unum indefinitum, & alterum particulare, uel uniuersum; aut quibusuis alijs modis commutentur pronũtiata penes quantitatem, & qualitatem, nunquam licebit aliquam inferre conclusionem, quod in eodem proposito exemplo demonstrari potest, 27 Constat igitur in secunda figura, ex duabus sumptionibus contingentibus nullam colligi conclusionem.

Scholia in cap. 16.

5 *PRimùm igitur demonstrãdum est nõ reciprocari vniuersum negãs, &c.) Theophrastus, & Eudemus cõtra magistrũ Arist. demõstrare conãtur, in cõtingentibus etiã reciprocari negãs pronũtiatum vniuersum, hac ratione, si cõtingit nullũ hominẽ esse albũ, poterit omnis homo ab albo seiungi, quare poterit etiã cõtrà, omne albũ ab homine seiũctum esse, hoc posito, nullũ albũ est homo: ergo si cõtingit nullũ hominẽ esse albũ, cõtinget nullũ albũ esse hominẽ. Hãc rationẽ tãquam inutilẽ facilè dissoluit Alexãder. Potest quidẽ fieri, vt omne albũ ab homine separatũ existat, nõ tamẽ omne cõtingenter, quia multa sunt alba, quæ necessariò separãtur ab homine, vt cygnus, nix. Vnde quãuis fieri possit, vt nullũ albũ sit homo, nõ tamẽ cõtingenter, atq; idcirco negat Aristoteles vniuersum negans reciprocari.*

19 *Sed neq; per incõmodum & impoßibile, &c.) Non videtur Arist. rectè explicare hãc rationẽ per incõmodum. Nam cùm debuisset sumere cõtradicentẽ cõclusionis, nõ cõtingit nullũ c esse b, quæ æquipollet huic necesse est aliquod c esse b: sumpsit illã cõtrariã affirmãtem, cõtingit omne c eße b, quæ nõ repugnat cõclusioni, cõtingit nullũ c esse b, cùm simul sint veræ. Hoc vidẽs Alexãder respõdit, Arist. pro cõtradicente, necesse est aliquod c esse b, sumpsisse propriã cõtrariam, necesse est omne c esse b, atq; ex hac, & propositione sic esse cõponendam ratiocinationẽ, cõtingit nullũ b eße a, necesse est omne c esse b,*

Universidad de Deusto
Biblioteca

ergo contingit nullũ c esse a; quæ conclusio non repugnat illi assumptioni, contingit omne c esse a. Præterea adiungit loco huius orationis, necesse est omne c esse b, sumpsisse hãc alterã, quæ habetur in cõtextu, contingit omne c esse b: vt verbum cõtingere sumptum sit pro necesse in hac oratione. Quam Alexandri explicationẽ secuntur Philoponus, & Burana. Nos tamen iam demonstrauimus in superioribus contingere non sumi pro necesse. Quamuis enim communiter sumptum accommodetur rebus necessarijs, non tamen idem significat, quod verbum necesse: nam sumpto contingere communiter, vera est hæc oratio, contingit hominem esse animal; tamen non habet hunc sensum, necesse est hominem esse animal, sed hominem esse animal esse possibile, quandoquidem reuera ita est. Itaq; dicitur verbum contingere in re necessaria, non tamen significat ipsam rei necessitatem, quemadmodum verbum necesse. Quare etsi accommodetur rebus necessarijs, nunquam tamen sumitur pro modo necessario. Si igitur hæc ita se habent extat adhuc dubitatio in loco Aristotelis. Ex hoc eodem capite videtur mihi responderi posse huic dubitationi. Paulò ante hunc locum docuit Aristoteles, huic pronuntiato, contigit nullum c esse b, duo esse opposita contradicentia, vnum, necesse est aliquod c esse b; alterum, necesse est aliquod c non esse b; ac proinde quicunque vteretur in his ratione per incommodũ, debere sumere ambo particularia: atqui ex his nulla potest effici ratio per incommodum; non enim ex propositione, & hac assumptione, necesse est aliquod c non esse b; quoniam fieret in prima figura assumptionem esse negantem. Ex ijs igitur quæ docuit Aristoteles, nemo poterat vti hac ratione per incommodum, sumpta contradicente conclusionis. Quod si contradicens sumi non potest, multò minus cõtraria, vt putauit Alexander. Supererat tamen illud refugium, an sumpta contraria penes verbum, scilicet contingit omne c esse b, posset effici ratio ducens ad incõmodum, & impossibile.

Docet Aristoteles, neque ex hac sequi vllum incommodum; ac propterea explicat ad hunc modum hanc rationem.

De mistio

De mistione ex vno pronũtiato cõtingẽte, & altero inesse declarante in secunda figura. Cap. 17.

ARGVMENTVM.

IN tribus modis prioribus secundæ figuræ, si negans pronuntiatum, quod est vniuersum sumatur contingens, & affirmans inesse declarans, non efficitur ratiocinatio, quia negans contingens non reciprocatur, nec potest probari per incommodum. Si verò affirmãs sit contingens, & negans nõ inesse declarans, efficitur conclusio contingens, non tamen est illud verum contingens, sed commune. In quarto modo nunquam fit vtilis ratiocinatio.

1 SI verò alterum pronuntiatum inesse, alterum contingere significet, cùm affirmans quidem inesse declarat, negans autem contingere, nunquam efficitur ratiocinatio, siue vniuersè, siue in parte accipiantur ipsi termini. 2 Demonstratio eadem, atque per eosdem terminos. 3 Cùm autem affirmans contingere, negans verò inesse dicit, efficitur ratiocinatio. Sumatur enim nullum b esse a, & contingere omne c esse a.

1 *SEd iam uideamus ex mistione pronuntiati contingentis, & eius quod tantùm inesse dicit, quales efficiantur in hac secunda figura ratiocinationes. Quod duabus generalibus præceptionibus potißimùm explicari potest, quamuis aliæ sint minus præcipuæ. Prima est; si pronuntiatum affirmãs inesse dicat, negans autem sit contingens, nulla efficitur utilis ratiocinatio, nec in modis uniuersis, nec in particularibus.* 2 *Idq; demonstratur eadem demonstratione, qua usi sumus capite superiore, atque eisdem terminis, qui sunt album, homo, equus. Vt contingit nullum hominem esse album, omnis equus est albus, ex his nullam colligere licet conclusionem uerè contingentem, nec affirmantem, nec negãtem; cùm necessariò nullus equus sit homo; oportebat autem colligi conclusionem uerè contingentẽ, cùm pronuntiatũ negãs sit cõtingens. Quemadmodũ in prima figura, ubi negãs est cõtingens, sequitur cõclusio uerè cõtingens. Potest etiam idem probari duabus illis rationibus, quas attulimus capite superiore. Quòd scilicet nõ possit reuocari ad primã figurã reciprocatione, cùm uniuersum negãs nõ reciprocetur: nec per incõmodum.* 3 *Secũda præceptio; si affirmãs pronuntiatũ contingens fuerit, negãs autem tãtùm nõ inesse declarans, utilis efficitur ratiocinatio colligens cõclusionem contingentẽ: tamen illud nõ est semper uerum contingens, sed commune, & omnis generis. Quod statim in primo modo licet experiri, ut nullũ*

Cesare.

A. ãbulare.
B. dormire.
C. homo.

Universidad de Deusto
Biblioteca

4 Reciprocato igitur negante, nullum a erit b, contingit autem omne c esse a, efficitur sanè ratiocinatio, contingit nullũ c esse b, per primam figuram. 5 Similis est ratio si ad ipsum c adhibeatur negãs. 6 Si verò ambo pronũtiata fuerint negãtia, atque alterum non inesse declaret, alterum contingere non inesse, per ea quidem quæ sumpta sunt nihil necessariò consequitur: tamen reciprocato pronuntiato contingente iuxta rationem contingentis, efficitur ratiocinatio, contingit nullum c esse b, quemadmodum in superioribus: erit enim rursus prima figura. 7 Quòd si ambo sumãtur affirmantia, nulla erit ratiocinatio. Termini inesse, sanitas, animal, homo: non autem inesse, sanitas, equus, homo.

dormiens ambulat, contingit omnem hominem ambulare, ergo contingit nullum hominem dormire. Tum contingens necessarium. Vt nullus equus est albus, contingit omnem hominem esse album, ergo contingit nullum hominem esse equum. 4 Hoc autem confirmatur, quia reciprocata propositione efficitur ratiocinatio in secundo modo primæ figuræ colligens eandem conclusionem. Vt nullũ ambulans dormit, contingit omnem hominem ambulare, igitur contingit nullũ hominem dormire. Atque hinc apparet colligi contingens commune, quia in prima figura cùm pronuntiatum negans non est contingens, non colligitur uerum
tres. *contingens, sed commune. 5 Eadem est ratio in secundo modo, ubi assumptio est negãs. Vt contingit omnem hominem ambulare, nullũ dormiens ambulat, ergo contingit nullum dormiens esse hominem. Nam reciprocata assumptione, & conclusione, & transmutatis sumptionibus, fit eadem ratiocinatio in prima figura. Potest autem hic reciprocari conclusio, quamuis sit contingens, quoniam non est illud proprium contingens, sed commune. Docuimus enim iam superiùs tertio capite, cùm contingens communiter sumitur pro necessario, & non necessario, eadem ratione reciprocari pronuntiata contingentia, ac illa quæ tantùm inesse dicunt. 6 Si tamen ambo pronuntiata sumantur negantia, unum contingens, & alterum non inesse declarans: ut nullum dormiens ambulat, contingit nullum hominem ambulare; ex his pronuntiatis ita sumptis nihil potest colligi. Verùm si assumptio negans contingens reciprocetur in affirmantem, contingit omnem hominem ambulare, efficitur utilis ratiocinatio, quemadmodum antea, colligens eandem conclusionem, contingit nullum hominem dormire: atque reuocatur eodem modo ad primam figuram. 7 Verùm si ambo pronuntiata sumantur affirmantia, non fit utilis ratiocinatio, quia dantur termini necessariò omni inesse, & nulli inesse. Omni inesse, sanum, animal, homo. Cõtingit omne animal esse sanũ, omnis homo est sanus, necessariò omnis homo est animal. Nulli inesse, sanũ,*

equus

8 Eodem modo se res habebit in particularibus ratiocinationibus. Si enim affirmans inesse declaret, siue vniuersum, siue in parte sumatur, nulla erit ratiocinatio. 9 Hoc autem demonstratur eadem ratione, atq; per eosdẽ terminos, ac in superioribus. 10 Cũ autem negans inesse declarat, efficitur ratiocinatio 11 per reciprocationẽ, vt in superioribus. 12 Rursus si ambo interualla negantia ponantur, vniuersum autẽ id, quod non esse declarat, ex his quidem sumptis pronũtiatis nihil efficietur necessariò: tamen reciprocato contingente pronuntiato, quemadmodum in superioribus, efficietur ratiocinatio. 13 Si verò negans pronuntiatum non inesse dicat, atque in parte sumatur, nulla erit ratiocinatio: siue affirmans, siue negans sit alterum pronuntiatum.

equus, homo. Cotingit omnem equum esse sanum, omnis homo est sanus, necessariò nullus homo est equus. 8 In ratiocinationibus autem particularibus eædẽ præceptiones seruantur. Prima quidem, si pronuntiatum affirmans inesse dicat, siue sit uniuersum, ut in quarto modo, siue particulare, ut in tertio: & negãs contingens, nulla efficitur ratiocinatio. 9 Idq; demonstratur simili ratione, atque propositis eisdem terminis, qui superiùs, in principio capitis sumpti sunt. 10 Secunda præceptio. Si negans inesse dicat, atque fuerit uniuersum, ut in tertio modo, utilis efficitur ratiocinatio. Vt nullum dormiens ambulat, contingit aliquod animal ambulare, ergo contingit aliquod animal non dormire. 11 Cõfirmatur; quia reciprocata propositione reuocatur ad primam figuram, quemadmodum superiores. 12 Præterea si ambo pronuntiata sumantur negantia, atq; uniuersum tãtùm non inesse dicat, particulare sit contingens, ex his pronũtiatis ita sumptis nulla potest colligi cõclusio. Vt nullum dormiens ambulat, cõtingit aliquod animal non ambulare. Tamen si particulare negans contingens, uertatur in affirmans, utilis erit iam ratiocinatio. 13 Rursus si negans pronũtiatum fuerit particulare, ac tantùm non inesse declarans, siue alterum pronũtiatum sit affirmans, ut in quarto modo, siue negans, nunquam efficitur ratiocinatio, quia nec potest probari reciprocatione, nec per incõmodum. Si enim ita ratiocinemur, contingit omnem hominem ambulare, aliquis equus nõ ambulat, ergo contingit aliquem equum non esse hominem: ex contradicente conclusionis cum propositione, contingit omnem hominem ambulare, necesse est omnem equum esse hominem, sequitur, contingit aliquem equum ambulare. Quæ conclusio non tollit illam assumptionem, aliquis equus non ambulat. Vnde in hoc quarto modo nunquam efficitur utilis ratiocinatio ex hac mistione.

Festino.

14 Demum

Universidad de Deusto
Biblioteca

14 Nec cùm ambo pronuntiata sumuntur indefinita, aut affirmãtia, aut negantia, aut ambo ex parte. Demonstratio eadem, atq; per eosdem terminos.

14 Demum si ambo pronuntiata sumantur particularia, aut indefinita, siue affirmantia, siue negantia, aut unum affirmans, alterum negans, nulla efficitur ratiocinatio; reperiuntur enim termini omni, & nulli inesse, ut apparet in eisdẽ, quos antea exposuimus. Termini inesse, sanum, animal, homo: non inesse, sanũ, equus, homo.

Scholium in cap. 17.

3 *QVm autem affirmãs contingere &c.) Dubitant multi, vt refert Alexãder, quemadmodum hæc mistio, & cõiugatio sit recta, cùm in ea reperiãtur termini necessariò nulli inesse, & omni inesse. Nulli inesse, vt nullus equus est sanus, cõtingit omnem hominem esse sanum, necessariò nullus homo est equus: omni inesse; nullum animal est sanum, cõtingit omnem hominem esse sanum, necessariò omnis homo est animal. Respondendum est iuxta Alexãdrum, hãc secũdam ratiocinationẽ vitiosam esse, quia propositio tẽpore definitur, propterea quod nõ potest esse vera vnà cũ assũptione, si assũptio reuocetur ad verã existẽtiã. Si enim omnis hõ est sanus, nõ potest esse vera propositio, nullum animal est sanũ; cuius rei iam fecimus scholiũ suprà cap. 14. nu. 21. Nã quãuis ibi dicatur pronuntiatũ affirmãs vniuersum tempore definiri, cuius subiectum superat attributum, causa est, quia inde efficitur nõ posse simul esse verum, cùm altera sumptione cõtingente redacta in existẽtiam. Est ergo generalis obseruatio in omnibus mistionibus, nõ debere sumi tales sumptiones, quæ redactæ ad existẽtiam, nõ possint simul esse veræ. Tũc enim dicũtur aut ambæ, aut illa, quæ nõ est contingens tempore præfiniri. Hinc soluuntur multæ captiones, & reprehensiones in Aristotelem. Scio hanc solutionem non placere Suesano, quia non satis intelligebat, quid sit pronuntiatum tempore præfiniri.*

Mistio

Mistio necessarij pronuntiati, & contingentis in secunda figura. Cap. 18.

ARGVMENTVM.

IN tribus modis prioribus huius figuræ, si negans pronuntiatum sumatur necessariu m, & alterum contingens, efficitur vtilis ratiocinatio colli gens duplicem conclusionem, vnam non inesse dicentem, alteram contingentem, sed illud contingens est commune. Si verò negans sit cõtingens, nõ efficitur vtilis ratiocinatio, quia non colligit verum cõtingens, quod oportebat colligere, immo nulla sequitur certa conclusio. In quarto modo nulla ratione fit ratiocinatio.

1 QVm verò alterum pronuntiatum ex necessitate, alterum contingere significat, si negans fuerit necessarium, erit ratiocinatio non modò concludens contingere non inesse, sed etiam non inesse: 2 si autem affirmans, non erit. 3 Ponatur ex necessitate nullum b esse a, & contingere omne c esse a. 4 Reciprocato igitur pronuntiato negante, necesse erit nullum a esse b, at verò contingebat omne c esse a, efficitur sanè rursum per primam figuram conclusio, contingit nullum c esse b. 5 Simul etiam manifestum est colligi conclusionem, nullum ç est b.

1 *SVpereſt examinãda postrema mistio ex uno pronũtiato cõtingente, & altero necessario in hac secunda figura. Quæ explicatur etiam multis præceptionibus, sed duæ sunt præcipuæ. Prima est, si pronũtiatũ negãs sumatur necessariũ, & affirmãs contingens, utilis efficitur ratiocinatio colligens duplicem conclusionem, unam contingentem, quamuis illud non sit uerum contingens, sed commune & omnis generis: alteram non inesse dicẽtem. 2 Secũda præceptio, si affirmans sumatur necessarium, & negans contingens, non efficitur ratiocinatio. 3 Primum igitur si negans est necessarium, sequitur conclusio contingẽs in primo modo. Necesse est nullum sanum esse ægrum, contingit omnem hominem esse ægrum, ergo contingit nullum hominem esse sanum. 4 Confirmatur, quia reciprocata propositione fit ratiocinatio in prima figura concludens eandem conclusionem. Necesse est nullum ægrum esse sanum, contingit omnem hominem esse ægrum, ergo contingit nullũ hominem esse sanum. 5 Quòd si propositio sumatur necessaria simpliciter, nõ autem ex hypothesi, nõ tantùm sequitur conclusio contingens, sed etiam non inesse declarans. Vt necesse est nullum cygnum esse nigrum, cõtingit omnem equum esse nigrum, ergo nullus equus est*

Cesare.
A. ægrum.
B. sanum.
C. homo.

A. nigrum.
B. cygnus.
C. equus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

6 Ponatur enim aliquod c esse b. Igitur si necesse est nullũ b esse a, & aliquod c est b, necesse est aliquod c nõ esse a. Atqui sumptum est, contingere omne c esse a. 7 Eodem autem modo demonstrabitur, si ad c adhibeatur negans. 8 Rursus esto affirmãs necessarium, alterum autem negans, atque contingens: atque contingat nullum b esse a, ex necessitate autem omne c sit a; cùm termini ita sunt affecti, nulla efficitur ratiocinatio. Euenit enim vt ex necessitate nullum c sit b. 9 Esto enim vt a sit album, b verò homo, ipsum autem c cygnus, necesse sanè est omnẽ cygnũ esse album, contingit autem nullum hominem esse album, atq; necesse est nullum cygnum esse hominem. Perspicuum igitur est nõ fore ratiocinationem contingere concludentem; necessarium enim non erat contingens. 10 Nec quæ necessarium cõcludat; necessarium enim, aut ex ambobus necessarijs, aut ex negante necessario consequebatur. 11 Præterea fieri etiã potest his ita positis, ipsum

cygnus. 6 Confirmatur per incommodum, quia si nõ sequeretur hæc conclusio, ex eius contradicente, cum propositione colligeretur contradicens assumptionis. Vt necesse est nullum cygnum esse nigrum, aliquis equus est cygnus, ergo necesse est aliquem equum non esse nigrum; quæ conclusio contradicit illi assumptioni, contingit omnem equum esse nigrum. 7 Eadem ratione fit in secundo modo, ubi assumptio est negans. Vt cõtingit omnem equum esse nigrum, necesse est nullum cygnum esse nigrum, ergo cõtingit nullum cygnum esse equũ, & nullus cygnus est equus. Atq; demonstratur eisdem rationibus reciprocatione, & incõmodo. 8 Secunda præceptio, si pronuntiatum negans sumatur contingens, & affirmans necessarium, non efficitur utilis ratiocinatio colligens conclusionem contingentem, non enim colligitur uerum & proprium cõtingens, cùm interdum efficiatur conclusio, quæ reuera est necessaria. Oportebat autem colligi semper uerum contingens, quia negans pronuntiatum sumitur contingens. 9 Quod apparet manifestò in hac ratiocinatione, cõtingit nullum hominem esse album, necesse est omnem cygnum esse album, non sequitur, contingit nullum cygnum esse hominem, cùm necessarium sit nullum cygnum esse hominẽ. Necessarium autem non est contingens. 10 Nec sequitur ex ui huius coniugationis conclusio negans necessaria, quæ habeat modum necessarium. Quoniam huiusmodi conclusio, ut in superioribus dictum est, non sequitur nisi aut ex ambobus pronũtiatis necessarijs, aut saltem ex negante necessario. 11 Neq; sequitur sem per conclusio negans, quæ reuera sit necessaria. Nam fieri potest, ut ex

Camestres.

eadem

c esse b; nihil enim prohibet ipsum c sub b contineri, atque contingere omne b esse a, omne verò c ex necessitate esse a. 12 Vt si c sit vigilia, b autem animal, ipsum a sit motus. Nam omne vigilans necessariò mouetur, contingit autem omne animal moueri, & omne vigilans animal. Manifestum igitur est neque non inesse cõcludi, quandoquidem ita se habentibus efficitur necessariò inesse. 13 Nec oppositæ enuntiationes cõcluduntur. Quare nulla efficietur ratiocinatio, nec vlla sequetur conclusio. 14 Simili ratione demonstrabitur, si contrario ordine disponatur affirmans. 15 Si autem eiusdem formę fuerint pronuntiata, si quidem sumãtur negantia, semper efficitur ratiocinatio, reciprocato pronuntiato cõtingente iuxta rationem contingentis, quemadmodum in superioribus. 16 Sumatur enim necessarium esse nullum b esse a, & contingere nullum c esse a: Reciprocatis igitur pronuntiatis, necessariò nullum a erit b, & continget omne c esse a. Efficitur sa-

eadem pronuntiatorum dispositione efficiatur conclusio affirmans necessaria, si sumatur minus extremum sub maiore, cui minori extremo necessariò conueniat medium, omni autem maiori contingat inesse. 12 Vt apparet in hoc exemplo, si contingit omne animal moueri, contingit etiam nullum animal moueri, omne uigilans necessariò mouetur, saltem motu penes sensum, atqui necessariò omne uigilans est animal. Vnde constat non semper colligi negantem cõclusionem necessariam. Si igitur ex eadem dispositione modò efficitur conclusio negans necessaria, modò affirmans, manifestũ relinquitur ex huiusmodi collocatione nullam effici certam conclusionem, nam affirmans necessaria tollit omnes negantes, & negans affirmantes. Itaq; in hac coniugatione dantur termini necessariò omni, & nulli conuenire. 13 Vnde nec colliguntur ex huiusmodi cõiugatione enũtiationes particulares cõtingentes illis superioribus contradicentes. Nõ particularis contingens affirmans, quæ contradicit uniuersæ negãti necessariæ; nec particularis negans, quæ contradicit uniuersæ affirmanti necessariæ; nam una quæq; tollitur à sua contradicente. 14 Eadem est ratio in secundo modo, ubi propositio est affirmans, & assumptio negans. 15 Si tamen ambo pronuntiata sumantur eiusdem qualitatis, si quidem fuerint ambo negãtia, poterit ex ipsis fieri utilis ratiocinatio, si negans contingens uertatur in affirmans. 16 Vt si sumantur hæc pronuntiata, necesse est nullum coruum esse album, & contingit nullum equum esse album, si propositio reciprocetur in terminis, atq; assumptio uertatur in affirmantem, efficietur ratiocinatio in prima figura, necesse est

A. album.
B. coruus.
C. equus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nè prima figura. 17 Eodẽ modo si ad ipsum c adhibeatur negãs. 18 Si verò affirmantia ponantur pronuntiata, nulla erit ratiocinatio. Perspicuum enim est non fore ratiocinationem concludentem nõ inesse, aut necessariò non inesse; propterea quòd nullum est sumptum negans pronuntiatum, neque inesse, neque ex necessitate inesse declarans. 19 Nec quæ concludat cõtingere nõ inesse; quoniam his ita se habẽtibus, ex necessitate nullum c erit b. 20 Vt si a ponatur esse album, b cygnus, c autem homo. 21 Nec concludentur oppositæ affirmationes, quandoquidem demonstratum est ex necessitate nullum c esse b: quare nulla prorsus efficitur ratiocinatio. 22 Similis erit ratio in particularibus ratiocinationibus; cùm enim negans pronuntiatum vniuersum fuerit, atque ne-

nullum album eße coruum, contingit omnem equum eße album, ergo contingit nullum equum eße coruum. Vnde constat ex sumptis illis pronuntiatis negantibus educi poße utilem ratiocinationem. 17 Eadem est ratio in secũdo modo, si aßumptio sumatur uniuersa negans. 18 At uerò si ambo pronuntiata sumantur affirmantia, ex ijs nulla potest educi utilis ratiocinatio. Primùm enim non potest concludere ullam conclusionem negantem, neq; necessariam, nec declarantem tantùm non ineße; quia nulla est accepta sumptio negans, neq; necessaria, neque declarans non inesse, quæ id posset efficere. 19 Nec concludet contingentem negantem, quia fieri potest ex eadem pronuntiatorũ disputatione effici conclusionem, quæ sit negans necessaria, quamuis ea non poßit colligi ex ui talis dispositionis. 20 Quod apparet in hoc exemplo, necesse est omnem cygnum esse album, contingit omnem hominem est esse album, atqui necessariò nullus homo est cygnus. 21 Demum nec colligentur ex huiusmodi pronuntiatorum coniugatione conclusiones affirmantes contrariæ his proximis negationibus: nam si demonstratum est, interdum ex huiusmodi coniugatione educi cõclusionem negantem necessariam, hæc impedimento est quò minus certò, & necessariò colligatur affirmans: unde nulla omnino sequitur certa conclusio ex huiusmodi cõnexione. 22 Secuntur postea modi particulares, in quibus eodem modo cõstant ratiocinationes, & eisdem præceptionibus, ac in uniuersis. Prima
Festino. *præceptio est, si negans pronuntiatum sumatur uniuersum, & necessarium, alterum contingens affirmans, ut in tertio modo, efficitur utilis ratiocinatio colligens duplicem conclusionem, unam non inesse declarantem, alteram contingentem, quamuis illud cõtingens sit commune, ut necesse est nullum cygnum esse nigrum, contingit aliquem equum esse nigrum, ergo aliquis equus non est cygnus,*

& con-

cessarium, semper efficietur ratiocinatio, & contingere concludẽs, & non inesse: demonstratio verò per reciprocationem. 23 Cùm autem affirmans, nunquam efficietur; eadem enim ratione, qua in vniuersis demonstrabitur, atque per eosdem terminos. 24 Nec cùm ambo sumuntur affirmantia; huius enim demõstratio eadem, quæ in superioribus. 25 Si verò ambo negantia sumantur, atque vniuersum, & necessarium id, quod non inesse declarat, ex his quidem pronũtiatis ita sumptis, nihil necessariò efficietur, reciprocato verò pronuntiato contingente iuxta rationem contingentis, efficietur ratiocinatio quemadmodum in superioribus. 26 Si verò ambo indefinita, aut particularia sumantur, demonstratio eadẽ, atque per eosdem terminos. 27 Perspicuum igitur est ex ijs, quę dicta sunt, cùm negans pronuntiatum sumitur vniuersum, & ne-

& contingit aliquem equum non esse cygnum. Confirmatur, quia reciprocata propositione, fit in prima figura. 23 Secunda præceptio, si affirmans pronuntiatum sit necessarium, & negans contingens, non efficitur utilis ratiocinatio, quod eadem ratione demonstratur, atque in uniuersis. Primùm quia non semper colligitur conclusio uerè contingens, qualis deberet colligi, cùm negans sit cõtingens. Nam ex quibusdam pronuntiatis efficitur conclusio negans necessaria, ut apparet in eisdem terminis, contingit nullum hominem esse album, necesse est alẽ quem cygnum esse album. Deinde neque ex ui huius cõnexionis potest colligi cõclusio negans modi necessarij. Nec semper colligitur negans, cùm aliquando possit esse affirmans, ut apparet in eisdem terminis, moueri, animal, uigilans. 24 Vnde in quarto modo nunquam efficitur utilis ratiocinatio. Nec utilis est, si ambo pronuntiata affirment, quia nec sequitur conclusio negans, nec affirmans, ut paulò superiùs demonstratũ est in uniuersis. 25 Rursus si ambo pronuntiata sumantur negantia, si quidem uniuersum sit necessarium, & particulare contingens, ex huiusmodi quidem pronuntiatis nihil potest colligi: tamen si particulare cõtingens uertatur in affirmãs, utilis efficietur. 26 Verùm si ambæ sumptiones ponantur indefinitæ, aut particulares, inutilis est cõiugatio; quia reperiũtur termini necessariò omni, & nulli inesse; quod per eosdẽ terminos demonstrare possumus, quibus usi sumus in prima figura, in explicanda hac eadem mistione. Omni inesse, album, animal, homo. Necesse est aliquod animal esse album, & aliquod non esse album; contingit aliquem hominem esse, album, aut nõ esse album; omnis homo necessariò est animal. Nulli inesse, album, animal, inanimatum, quorum facilis est explicatio. 27 Cõstat igitur ex superiori disputa-

 tione,

cessarium, semper fieri ratiocinationem, non solùm contingere nõ inesse, sed etiam non inesse concludentem: cùm autem affirmans, nunquã fieri. 28 Tum etiam cùm termini eodem modo se habẽt in necessarijs, & ijs, quę inesse dicũt, fieri, & nõ fieri ratiocinationẽ. 29 Apparet autem imperfectas esse omnes rationes, atque perfici per figuras expositas.

tione, cùm in hac figura pronuntiatum negans est uniuersum, & necessarium; alterum cotingens, effici utilem ratiocinationem duplicem colligentem conclusionem negantem, contingentem, & declarãtem non inesse: cùm autem affirmãs est necessarium, non effici utilem. 28 Præterea constat etiam in mistione necessarij, & cõtingentis, atque eius quod inesse dicit, si termini eodem modo sint assumpti e iisdem fieri, utiles, & inutiles coniugationes in hac secunda figura 29 Sũt autem omnes huius figuræ ratiocinationes imperfectæ: tamen perficiũtur, dum rediguntur ad perfectos modos primæ figuræ.

Scholia in cap. 18.

12 VT si c sit vigilia, b autem animal, &c.) Rectè obseruauit Philoponus, non sumpsisse Aristotelem hoc loco terminos accõmodatos; propterea quod propositio cõtingit nullũ animal moueri: reuocata ad existentiã non potest esse uera, unà cum assumptione, omne vigilãs necessariò mouetur; vnde videntur tempore præsiniri: quales sumptiones nõ debent accipi in his mistionibus, vt obseruauimus in scholio capitis præcedentis. Burana respondet id seruandum esse tantùm in mistione cõtingentis, & inesse declarantis, vt sumptiones eodem tempore possint esse verę: non autem in mistione cõtingentis, & necessarij, eò quòd necessarium pronuntiatum in omne tempus sit verum. Mihi hæc ratio non satis animum explet.

13 Nec oppositæ enuntiationes concluduntur, &c.) Duplex fertur lectio huius loci, vt obseruarunt Alexãder, & Philoponus, vna ἃ ἢ ἀλλὰ τῶν ἀντικειμένων κατὰ φάσεως. id est, nec appositarum affirmationũ. Subaudi, est ratiocinatio. Altera est ἃ ἢ ἀλλὰ τῶν ἀντικειμένων φάσεων, id est, nec oppositarum enuntiationum. Hanc secundam secutus sum, quæ

quæ fertur etiam in codice Florentino, & Basilien si, quia verior est. Nam ex illis oppositis enuntiationibus, quarum hîc facit mentionem Aristoteles, vna est affirmans, altera negans, vt interpretatur Alexander, vnde non possunt dici affirmationes. Sed interim explicanda est homonymia huius nominis φάσις apud Aristotelem. In libro de interpretatione significat simplicẽ vocem diuersam ab affirmatione, & negatione. Ait enim Aristoteles partem orationis significare aliquid ὡς φάσιν, ἀλλ' οὐχ ὡς κατάφασιν, ἢ ἀπόφασιν, id est, vt dictionem, non autem vt affirmationem, aut negationem. Alijs tamen in locis, significat affirmationem solam contrariam negationi, vt suprà cap. 16. vbi adsert principium cõtradictionis his verbis φάσις γὰρ ἡ ἀπόφασις, affirmatio enim, & negatio. Eadem omnino verba affert infrà capite vltimo huius primi libri. vnde illud φάναι ἢ ἀποφάναι; affirmare, aut negare, de quo multa 4. libro primæ Philosophiæ. At in hoc loco, vt sentit Alexander, significat φάσις omnem propositionem, tam affirmantem, quàm negantẽ. Aitq; ipse Alexãder morẽ esse Aristoteli sumere nomen φάσεως ἀντὶ προτάσεως. Vbinam autem vtatur hoc nomine Aristoteles pro omni enuntiatione, nunc tantùm occurrunt duo loci ex sexto Ethicorum ad Nicomachum. Primus habetur cap. 9. Τὸ γὰρ ἡ δόξα ἀ ῥήτησις, ἀλλὰ φάσις τις ἦν, id est, opinio non quæstio est, sed quædam iam enuntiatio. Alter habetur cap. 11. ὥστε δεῖ προσέχειν τὸν νοῦν τῶν ἐπῳδῆς, καὶ τῶν προβεβυλευμένων, καὶ φρονίμου τοῖς ἀνατροπὴν ἐχουσι φάσεσι, καὶ δόξαις ὀκ ἐλάττου τῶν ἀποδείξεως, id est. Quapropter attendẽdũ est, peritorum hominum, & senum, & prudentium pronũtiatis, & opinionibus, quæ demonstrari non possunt, nõ minus quàm demonstrationibus.

21 *Nec concludentur oppositæ affirmationes, &c.) hîc etiam variant exemplaria, nam multa* διὲ γε τῶν ἀντικειμένων οὐ κατα φάσεων ἢ ἀποφάσεων. *Nec oppositarum affirmationũ, aut negationum, sed abundat haud dubiè nomen negationum, nec Alexander ipsum legit, vt apparet ex commentarijs.*

De con-

Universidad de Deusto
Biblioteca

De coniugatione ex vtrisque contingentibus in tertia figura. Cap. 19.

ARGVMENTVM.

IN omnibus modis tertiæ figuræ, præterquam in quinto, ex duabus sumptionibus contingentibus sequitur conclusio verè contingens: quoniã reciprocatione probantur omnes ratiocinationes per primam figuram.

1 IN postrema verò figura, siue ambo pronuntiata sumantur cõtingentia, siue alterum tantùm, efficietur ratiocinatio. Si igitur pronuntiata contingere declarent, cõclusio erit etiam contingẽs. Tum etiam si alterũ contingere, alterum inesse declaret. 2 Cùm autem alterum positum fierit necessarium, si quidem fuerit affirmans, non efficietur conclusio necessaria, neque inesse declarans. 3 Si autem negans necessarium fuerit, efficietur ratiocinatio non inesse concludens, quemadmodum in superioribus. 4 Accipiẽdum est autem in his eadem ratione illud contingens, quod in cõclusionibus colligitur. 5 Sint igitur primùm contingentia, atq; contingat omne

1 *INem accipiet hæc disputatio mistionum, si coniunctionẽ contingẽtis pronuntiati cum alijs explicemus in tertia & postrema figura. Quæ cõiunctio tribus generalibus præceptionibus continetur. Prima est, si ambo pronuntiata sumantur contingentia, sequetur conclusio uerè contingens. Secunda, si alterum pronuntiatum sumatur contingens, alterum inesse declarãs, sequetur etiam cõclusio contingens. 2 Tertia, si alterum pronuntiatum sit necessarium, alterũ contingens, si quidem necessarium fuerit affirmans, sequetur tantùm conclusio contingens, non autem necessaria, nec inesse declarans: 3 si uerò negãs pronuntiatum fuerit necessarium, & alterum contingens, sequetur duplex conclusio, una contingens; altera non inesse declarans, ut in prima, & secunda figura. 4 Quemadmodũ autẽ in superioribus figuris ex mistione cõtingentis interdũ colligebatur in cõclusione uerũ & propriũ contingens, interdũ cõtingens cõmune: idem in hac figura existimandum est in similibus mistionibus, ut suis locis*
Darapti. *explicabitur. 5 Prima præceptio explicanda est hoc capite. Ac primũ in primo modo, ex duabus sumptionibus uniuersis affirmantibus, & contingentibus sequitur conclusio contingens: ut contingit omnem hominem ambulare, contingit omnem*

c esse a, & omne c esse b. 6 Quoniam igitur affirmans reciprocatur ex parte, contingit autem omne c esse b, continget etiam aliquod b esse c. Itaque si contingit omne c esse a, & contingit aliquod b esse c, necessariò sequitur, vt contingat aliquod b esse a, efficitur enim prima figura. 7 Atq; si contingit nullum c esse a, contingit autem omne c esse b, necessariò efficitur, vt contingat aliquod b non esse a; erit enim rursus prima figura per reciprocationem. 8 Si verò ambo pronuntiata sumantur negantia, ex ipsis quidem ita sumptis nihil necessariò consequetur: tamen reciprocatis pronuntiatis, erit ratiocinatio, quemadmodum in prioribus. 9 Nam si contingat nullum c esse a, nec esse b, si illud contingit non esse transmutetur, rursus erit prima figura per reciprocationẽ. 10 Quòd si ex terminis alter vniuersè sumatur, alter ex parte, si eodem modo se habeant, atque in ijs, quæ inesse dicunt, erit, & nõ erit ratiocinatio. 11 Contingat enim omne c esse a, & aliquod c

A. maior extremum. B. minus extremum. C. medium.

git omnem hominem esse album, ergo contingit aliquod album ambulare. A. ambulare. B. album. C. homo.
6 Confirmatur hæc ratiocinatio, quia reciprocata assumptione uniuersa in particularem, efficitur ratiocinatio in tertio modo primæ figuræ. Contingit omnem hominẽ ambulare, contingit aliquod album esse hominem, ergo contingit aliquod album ambulare. 7 Item in secundo modo fit etiam utilis ratiocinatio: ut contingit nullum hominem ambulare, & contingit omnem hominem esse album, ergo contingit aliquod album non ambulare. Confirmatur, quia reciprocata eodem modo assumptione in particularem, fit ratiocinatio in quarto modo primæ figuræ. 8 Si autem ambo pronuntiata sumãtur negantia, ex ipsis nihil poterit concludi: tamen si conuertantur in affirmantia, aut saltem assumptio uertatur in affirmantem, fiet utilis ratiocinatio in eadem figura, quales sunt, quas antea explicauimus. Et reuocabitur eodem modo ad primam figuram. 9 Vt si sumantur hæ sumptiones, contingit nullum hominem ambulare, & contingit nullum hominem esse album: conuersa assumptione in affirmantem, contingit omnem hominem esse album, erit ratiocinatio in secũdo modo huius figuræ: rursus reciprocata in particularem, fiet ratiocinatio in prima figura. 10 In modis autem particularibus, ubi altera sumptio est uniuersa, altera particularis, si sumptiones eodem modo afficiantur penes qualitatem, & quantitatem quo in ratiocinationibus ex ijs, quæ tantùm inesse dicunt, eædem Datisi. *fiunt utiles, & inutiles ratiocinationes. 11 Ac primùm in quarto modo. Contigit omnem hominem ambulare, contingit aliquem hominem esse album, ergo*

Felapton.

Universidad de Deusto
Biblioteca

esse b, 12 erit rursus prima figura reciprocato pronuntiato particulari. Si enim cõtingit omne c esse a, & cõtingit aliquod b esse c, continget aliquod b esse a. 13 Eodem modo si ad c adhibeatur vniuersum. 14 Similis est etiam ratio, si pronũtiatum à c sumatur negans, alterũ b c affirmans: erit rursus prima figura per reciprocationem. 15 Si verò ambo sumantur negantia, alterum quidem vniuersum, alterum ex parte, ex ipsis quidem ita sumptis, non efficietur ratiocinatio; tamen reciprocatis efficietur quemadmodum in superioribus. 16 Cùm autẽ ambo sumpta fuerint indefinita, aut particularia, nulla erit ratiocinatio: efficitur enim vt ex necessitate omne b sit a, & nullum sit a. Termini inesse, animal, homo, album; nõ inesse, equus, homo, album, medium album.

contingit aliquod album ambulare. 12 Confirmatur, quia reciprocata assumptione fiet in tertio modo primæ figuræ. Vt contingit omnem hominem ambulare, contingit aliquod album esse hominem, ergo contingit aliquod album ambulare. Disamis. *13 Eadẽ ratione fiet utilis ratiocinatio in tertio modo, ubi assũptio est* Ferison. *uniuersa. 14 Fit etiã utilis ratiocinatio in sexto modo, ubi propositio est uniuersa negãs, assumptio particularis affirmãs, ut cõtingit nullũ hominẽ ambulare, cõtingit aliquẽ hominẽ esse albũ, ergo cõtingit aliquod albũ nõ ambulare. Nã reciprocata assũptione fiet in prima figura. 15 Quòd si ambæ sumptiones sumantur negãtes, una uniuersa, altera particularis, ex ipsis nulla sequetur cõclusio: tamen si uertantur ambæ in affirmãtes, aut saltem assumptio, efficientur utiles ratiocinationes, quales quæ antea sunt expositæ. Veruntamen in quinto* Bocardo. *modo non efficitur utilis ratiocinatio, quia nec potest reuocari ad primam figuram reciprocatione, nec per incommodum; nam ex contradicente conclusionis cum assumptione, colligitur uniuersa affirmans contingens, quæ non tollit propositionem particularem negãtem contingentem. 16 Demũ si ambo pronuntiata fuerint indefinita, aut particularia, quauis sint affecta qualitate, nulla efficietur ratiocinatio: quia reperiuntur termini, ex quibus efficitur necessariò omni, & nulli inesse. Omni inesse ut animal, homo, album: contingit aliquod album esse animal, contingit aliquod albũ esse hominem, omnis homo necessariò est animal. Nulli inesse equus, homo, album: contingit aliquod album esse equum, contingit aliquod album esse hominẽ, necessariò nullus homo est equus.*

Mistio

Mistio pronũtiati cõtingentis, & eius, quod tantùm inesse dicit in tertia figura. Cap. 20.

ARGVMENTVM.

EX altera sumptione contingente, & altera inesse declarante semper sequitur cõclusio contingens, in omnibus modis.

1 QVòd si alterum pronuntiatum inesse, alterum contingere declaret, efficietur quidem conclusio, quæ contingere, non autem inesse dicat. 2 Efficietur autem ratiocinatio, si termini eodem modo sint affecti, quo in superioribus. Sint enim primùm affirmantia pronuntiata, atque omne c sit a, & contingat omne c esse b. 3 Reciprocato igitur pronũtiato b c, prima erit figura, & cõclusio, cõtingit aliquod b esse a: cùm enim in prima figura alterum pronuntiatum contingere significabat, cõclusio erat contingens. 4 Similiter etiam si pronuntiatum b c,

1 *EX tribus præceptionibus, quæ capite superiore propositæ sunt, secunda explicatur hoc toto capite; est autem huiusmodi, cùm alterum pronuntiatum sumitur contingens, alterum inesse declarans, ex ui huius cõiugationis non colligitur conclusio, quæ tantùm inesse dicat, sed solùm conclusio contingẽs: Non tamen semper eiusdem generis; nam cùm illud pronuntiatum est contingens, quod est futurum propositio in prima figura, facta reuocatione sequitur uerum & proprium contingens: cùm autem illud est contingens, quod est futurum assumptio, & alterum inesse dicit, colligitur contingens cõmune & omnis generis, quia tale colligitur in prima figura, cùm propositio inesse dicit, & assumptio est cõtingens. 2 Efficietur autem ratiocinatio, si pronũtiata eodem* Darapti. *modo sint affecta penes qualitatẽ, & quantitatem, quo in capite superiore. Primùm igitur in primo modo, si propositio tantùm inesse dicit, & assumptio est contingens, colligitur conclusio contingens; sed illud contingens est omnis generis. Vt omnis homo est animal, contingit omnem hominem ambulare, ergo contingit aliquem ambulantem esse animal. 3 Confirmatur quia reciprocata assumptione in particularem colligitur eadem conclusio in prima figura. Omnis homo est animal, contingit aliquem ambulantem esse hominem, ergo contingit aliquem ambulantem esse animal. 4 Eadem erit ratio si propositio sumatur contingens, & assumptio inesse declarans, sed tum colligitur tantũ uerum cõ-*

A. animal.
B. ãbulare.
C. homo.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ineſſe declaret, alterum verò a c cõtingere ineſſe. 5 Atq; ſi pronuntiatum a c ſit negans, alterum b c affirmans, vtrumuis ineſſe dicat, vtroque modo erit cõcluſio contingens. 6 Efficitur enim rurſum prima figura: demonſtratum autem eſt, cùm in ipſa alterũ pronũtiatum fuerit contingens concluſionem fore contingentem. 7 Si autem contingens negans adhibeatur ad minus extremum, aut ambo pronuntiata ſumantur negantia, ex ipſis ita poſitis nõ efficietur ratiocinatio, tamen reciprocatis efficietur, quemadmodum in prioribus. 8 Quòd ſi alterum pronuntiatum vniuerſum, alterum ex parte ſumatur, ſi ambo quidem ſint affirmantia, aut certè alterum vniuerſum negans, alterum particulare affirmãs, idem erit modus ratiocinationum: omnes enim concluduntur per primam figuram. Itaque perſpicuum eſt fore ratiocinationem, quę non ineſſe, ſed contingere concludat. 9 Si autẽ affirmans ſit vniuerſum, negans autem in parte, per incommodum & impoſsibile erit demonſtratio. Nam omne c ſit b, & contingat aliquod c non eſſe a, neceſſariò ſequitur, vt contingat aliquod b non eſſe a.

A. album.
B. animal.
C. homo.

tingens. Vt contingit omnem hominem eſſe album, omnis homo eſt animal, ergo contingit aliquod animal eſſe album. Reuocatur ad primam figurã eodem mõdo. 5 Præterea in ſecundo modo, colligitur etiam ſemper concluſio contingẽs. Tamen cùm propoſitio negans eſt contingens, ſequitur uerum contingens: cùm autem ineſſe dicit, colligitur quoduis genus contingentis. Vt contingit nullum hominem eſſe album, omnis homo eſt animal, ergo contingit aliquod animal nõ eſſe album. Tum nullus homo eſt lapis, contingit omnem hominẽ ambulare, ergo contingit aliquem ambulantem non eſſe lapidem. 6 Confirmantur, quia reciprocata aſſumptione in particularem colligitur eadem concluſio contingens in prima figura, ubi iam eſt demonſtratum ex tali miſtione, talem ſequi concluſionem. 7 Quòd ſi aſſumptio ſit negans contingens, aut ambæ ſumptiones negãtes, ex huiuſmodi no efficietur utilis ratiocinatio: tamen ſi aſſumptio contingẽs negans uertatur in affirmantẽ, efficietur utilis quales, quæ antea ſunt explicatæ. 8 In modis autẽ particularibus, ſiue ambæ ſumptiones ſint affimãtes, ut in 3. & quarto modo; ſiue uniuerſa negãs, & particularis affirmans, ut in ſexto, ſemper

Bocardo.

efficiũtur utiles ratiocinationes; utrauis enim ſumptio ſit contingens, ſequetur cõcluſio cõtingens, quemadmodũ in modis uniuerſis: & reciprocatione probãtur omnes per primã figurã. 9 At uerò in quinto modo ſi propoſitio, quæ eſt particularis negans ſumatur cõtingens, & aſſumptio uniuerſa affirmans ineſſe declarans,

10 Si enim neceſſe eſt omne b eſſe a, ſumptum autem eſt omne c eſſe b, fiet omne c neceſſariò eſſe a; 11 (hoc enim demõſtratum eſt antea): atqui conſtitutum fuit, cõtingere aliquod c non eſſe a. 12 Cùm autem ambo pronuntiata ſumuntur indefinita, aut particularia, nulla efficitur ratiocinatio. Demonſtratio eadem, atque in ijs, quæ ex vtriſque contingentibus, & per eoſdem terminos.

rans, ſequitur etiam concluſio contingens: ſed debet probari per incommodum & impoſsibile. Vt contingit aliquem hominem non eſſe album, omnis homo eſt animal, ergo contingit aliquod animal non eſſe album. 10 Si enim non eſt neceßaria collectio, ſed poſſunt eſſe ueræ ſumptiones, & concluſio falſa, contradicẽs erit uera, neceſſe eſt omne animal eſſe albũ: atqui ex hac loco propoſitionis, & eadem aſſumptione, omnis homo eſt animal, ſequitur in prima figura, neceſſe eſt omnem hominem eſſe album. 11 Iam enim antea demonſtratum eſt in prima figura, ex propoſitione neceſſaria, & aſſumptione ineſſe declarante, colligi concluſionem neceſſariam: atqui ſumpta fuit illa propoſitio uera, contingit aliquem hominem non eſſe album: ergo darentur contradicentia ſimul uera; hoc autem eſſe nõ poteſt, igitur collectio erat neceſſaria. Quòd ſi propoſitio ineſſe dicat, & aſſumptio ſit contingens, non poteſt probari per incommodum, quia ſequetur concluſio contingens, quæ non tollet propoſitionem: tamen poteſt probari expoſitione, ut Socrates non eſt lapis, & cõtingit Socratem eſſe album, ergo contingit aliquod album non eſſe lapidem. 12 Si ambæ ſumptiones ſint indefinitæ, aut particulares, nulla efficitur utilis ratiocinatio, quia reperiũtur termini, ex quibus efficitur neceſſariò omni, & nulli ineſſe; quod demõſtrari poteſt propoſitis eiſdem terminis, quibus uſi ſumus capite ſuperiore in coniunctione ex utriſque contingentibus. Omni ineſſe neceſſariò, animal, homo, album: non ineſſe, equus, homo, album.

A. album.
B. animal.
C. homo.

Cap. 9.

Scholia in cap. 20.

Quòd ſi alterum pronuntiatum ineſſe, &c.) Secutus ſum hac in parte ſententiam Philoponi, quidquid dicat Burana, ſcilicet cùm illud pronuntiatum ineſſe dicit, quod facta reuocatione eſt propoſitio in prima figura, nõ ſemper ſequi verum contingens, ſed commune, & omnis generis: quoniam in prima figura, ex huiuſmodi coniugatione tale ſequitur cõtingens, vt ſuperiùs longa oratione demonſtrauit Ariſtoteles. Id etiam apparet ex ipſis exemplis, quibus vtimur in Paraphraſi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

12 *Demõstratio eadẽ est, atq; in ijs, quæ ex vtrisq; cõtingentibus &c.)* *Omnia exemplaria tam Græca, quàm Latina, quæ ego viderim magno cõsensu sic habent, demonstratio eadẽ, quæ in vniuersis. Tamen suspicatur Alexander hunc locum deprauatum esse, atque legendum esse, Demonstratio eadem, atque in ijs, quæ ex vtrisque contingentibus. Quam suspicionem, ego pro firma veritate accipio. Nam lectio, quæ fertur in codicibus, nec vera est, nec habet vllam accommodatam sententiam. Primùm enim in explicandis modis vniuersis huius capitis nullam attulit Aristoteles huiusmodi demonstrationem, nec in toto capite vllos exposuit terminos significantes. Deinde illa interpretatio, quam adferunt Alexãder, & Philoponus, in vniuersis, id est in ratiocinationibus ex contingentibus in totum, nimis videtur violenta. Vnde illam accepi lectionem tanquam veriorem, quam indicat Alexander per suspicionem, quæ sanè, & verissima est, & ad hunc locum explicandum maximè accommodata.*

Mistio necessarij pronũtiati, & contingẽtis in tertia figura. Cap. 21.

ARGVMENTVM.

IN modis affirmantibus, vtrauis sumptio sit contingens, semper sequitur conclusio contingens, quamuis non semper eiusdem generis. In negantibus, si sumptio negans sit contingens, altera necessaria, sequitur conclusio verè contingens: si autem negans sit necessaria, sequitur duplex conclusio, vna contingens, altera non inesse declarans.

1 CVm autem alterum pronũtiatum necessarium fuerit, alterum cõtingens, si termini omnes affirmentur, semper efficietur ratiocinatio contingere concludens.

* IAndem explicanda est tertia præceptio, scilicet mistio necessary pronũtiati, & cõtingentis in hac tertia figura, quæ præceptio in multas partes est distributa, sed tres sunt potissimæ. 1 Prima est, in modis uniuersis, si ambæ sumptiones sint affirmantes, ex una necessaria, & altera contingente, utrauis contingens existat, perpetuò colligitur conclusio contingens: quãuis nõ ubiq; eiusdem generis. Nam cùm ea sumptio cõtingens est, quæ in prima figura est propo-

sitio, facta reuocatione colligitur uerum contingens: cùm autem ea, quæ est assumptio, & propositio necessaria, colligitur contingens commune & omnis generis. 2 Secunda pars præceptionis, si altera ex sumptionibus sit affirmans, altera negans, si affirmans sit necessaria, & negans contingens, sequitur conclusio negans uerè contingens. 3 Tertia pars, si negans sit necessaria, & affirmans contingens, colligitur duplex conclusio, una non inesse declarans, altera cõtingere non inesse, atq; illud contingens est commune & omnis generis. Nunquam tamen potest colligi ex ui talis mistionis conclusio negans modi necessarij, quemadmodũ nec in alijs figuris. 4 Primùm igitur explicetur prima pars præceptionis, & primus modus, si propositio est necessaria, & assumptio contingens, sequitur quodvis genus contingentis. Vt omnis homo necessariò est animal, contingit omnem hominem ambulare, ergo cõtinget aliquem ambulantem esse animal. 5 Confirmatur, quia reciprocata assumptione, colligitur eadem conclusio in prima figura: ut omnis homo necessariò est animal, contingit aliquem ambulantem esse hominem, ergo contingit aliquem ambulantem esse animal. Non tamen possumus colligere ex ui huius coniugationis, aliquis ambulãs est animal. 6 Si autem propositio sit cõtingens, & assumptio necessaria, colligitur uerum contingens. Vt contingit omnem hominem esse album, omnis homo necessariò est animal, ergo contingit aliquod animal esse album. Confirmatur eodẽ modo, quia reciprocata assumptione, fit in prima figura. 7 Secunda pars præceptionis, & secundus modus, si propositio negans sit contingens, & assumptio affirmans, necessaria colligitur conclusio negans uerè contingens, ut contingit nullum hominem esse album, omnis homo necessariò est animal, ergo contin-

2 Cùm verò alterum pronuntiatum fuerit affirmans, alterum negans; si quidem affirmans fuerit necessarium, concludetur contingere non inesse. 3 Si autem negans, & contingere non inesse, & non inesse. Non autem efficietur ratiocinatio, quæ concludat ex necessitate non inesse, quemadmodũ in prioribus figuris. 4 Sint igitur primùm termini affirmantes, atque omne c ex necessitate sit a; & contingat omne c esse b. 5 Quoniam igitur omne c ex necessitate est a, & contingit aliquod b esse c, continget etiam aliquod b esse a, nõ autẽ sequitur aliquod b esse a: sic enim accidebat in prima figura. 6 Similiter demõstrabitur si pronuntiatũ b c ponatur necessarium, alterum autem a c contingens. 7 Rursus esto vnum affirmans, alterum negans, sit autem necessarium affirmans, atque contingat nullum c esse a, & omne c ex necessitate

Darapti. A. animal. B. ãbulare. C. homo.

A. album. B. animal. C. homo.

Felapton. A. album. B. animal. C. homo.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sit b; 8 erit sanè rursus prima figura, & conclusio contingens, non autem inesse declarans; negans enim pronuntiatum contingere significat. Perspicuum igitur est conclusionem fore contingentem; nam cùm sic erant affecta pronuntiata in prima figura, ipsa cõclusio erat contingens. 9 Si autem negans pronuntiatum sit necessarium, erit conclusio, & quod contingit alicui non conuenire, & quod non conuenit: ponatur enim vt ex necessitate nullum c sit a, & contingat omne c esse b. 10 Reciprocato igitur b c pronũtiato, prima erit figura, & necessarium negans pronuntiatum: cùm autem sic se habebant pronuntiata, consequebatur contingere aliquod c non esse a, & aliquod c esse a. Quare necessario hîc efficitur aliquod b non esse a. 11 Cùm autem negans adhibetur ad minus extremum, si quidem cõtingens fuerit, efficietur ratiocinatio, commutato pronuntiato, quemadmodum in superioribus.

12 Si verò necessarium, nõ efficietur; nam efficitur omni ex necessitate, & nulli inesse. Termini omni inesse somnus, equus dormiẽs,

contingit aliquod animal non esse albũ. 8 *Confirmatur, quia reciprocata assumptione, colligitur eadem cõclusio in quarto modo primæ figuræ. Demonstratum autem est eo loco, ex propositione negante contingente, & assumptione affirmante necessaria, sequi conclusionem uerè contingentem, non autem, quæ non inesse dicat sine modo.* 9 *Tertia pars præceptionis, si propositio negans sit necessaria, & assumptio affirmans contingens, sequitur duplex conclusio, contingens, & non inesse declarans. Vt necesse est nullum hominem esse lapidem, contingit omnem hominem esse album, ergo contingit aliquod album nõ esse lapidem, & aliquod album non est lapis.* 10 *Confirmatur, quoniam reciprocata assumptione, fit ratiocinatio in quarto modo primæ figuræ, ex propositione negãte necessaria. Dictum est autem eo loco, ex eiusmodi mistione, colligi duplicẽ conclusionẽ, igitur in hac figura, ex eadem mistione duplex colligetur conclusio.* 11 *Quòd si assumptio fuerit negans, atque contingens, ex huiusmodi sumptionibus non poterit colligi concusio: tamen si assumptio negans mutetur in affirmantem, quemadmodum in superioribus figuris, efficietur utilis ratiocinatio, siue propositio sit affirmans, siue negans.* 12 *Si tamen assumptio sit negans necessaria, non efficietur utilis ratiocinatio, quia reperiuntur termini necessariò omni, & nulli inesse, omni inesse, somnus, equus dormiens, homo: ut contingit omnem hominem somno affici, necessariò nullus homo est equus dormiens, necessariò omnis equus dormiens afficitur somno. Nulli inesse, somnus, equus uigilans,*

A. lapis.
B. album.
C. homo.

homo: nulli inesse, somnus, equus vigilãs, homo. 13 Similis erit ratio, si alter ex terminis vniuersè iungatur cum medio, alter ex parte; si ambo quidem affirmẽtur, efficietur ratiocinatio cõtingere concludens, non autem inesse. 14 Et cùm alterum pronuntiatum negans sumptum fuerit, alterum affirmans, sit autem necessarium affirmans, contingere concludetur. 15 Cùm autem negans fuerit necessarium, efficietur conclusio non inesse declarans.

16 Idem enim erit demonstrandi modus, siue vniuersè, siue non vniuersè sumantur ipsi termini; quia necessarium est per primam figuram perficiãtur ratiocinationes. Quapropter, vt in illis, sic etiã in his accidat est necesse. 17 Cùm verò negans vniuersum adhibetur ad minus extremum, si quidem fuerit contingens, efficietur ratiocinatio per reciprocationem. 18 Si autem necessarium, non efficietur. Demonstrabitur autem eodem modo, quo in vniuersis, atque per eosdem terminos. 19 Perspicuum igitur est quando in hac figura, & quomodo efficiatur ratiocinatio. Et quando con-

gilans, homo. Vt contingit omnem hominem affici somno, necessariò nullus homo est equus uigilans, necessariò nullus equus uigilans afficitur somno.

13 *In modis particularibus eadem est omnino ratio, atq; eædem seruãtur præceptiones, quæ in uniuersis: in duobus enim affirmantibus. si altera sumptio est contingens, altera necessaria, non colligitur conclusio inesse declarans, sed tantùm contigens, quamuis non semper idem cõtingens, quemadmodum in uniuersis.* 14 *In negantibus autem, si pronuntiatum affirmans sit necessarium, & negans contingens, colligitur conclusio uerè contingens.* 15 *Si uerò negans sit necessarium, & affirmans contingens, sequitur duplex conclusio, ut in uniuersis, una contingens, altera non inesse declarans. Qui omnes modi, eisdem exẽplis explicari possunt, quibus uniuersi sunt explicati.* 16 *Probantur etiam eadẽ ratione, qua modi uniuersi. scilicet cum reciprocatione alterius sumptionis reuocantur ad primam figuram, præter quintum modum, qui probatur per incommodum. Itaq; in omnibus eadem est colligẽdi ratio.* 17 *Quòd si assumptio sumatur uniuersa negans, si quidem fuerit contingens, efficietur utilis ratiocinatio, si mutetur in affirmantem.* 18 *Si uerò assumptio sit negans necessaria, nulla efficitur ratiocinatio, quia reperiuntur termini necessariò omni, & nulli inesse. Quod per eosdem terminos, quibus in uniuersis usi sumus probari potest: scilicet termini omni inesse, somnus, equus dormiens, homo: nulli inesse somnus, equus uigilãs, homo.* 19 *Constat igitur ex superiori disputatione, quæ sint utiles ratiocinationes huius mistionis in hac tertia figura, & quæ*

Disamis.
Datisi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

cludatur contingere, quãdo verò ineſſe. Manifeſtum etiam omnes ratiocinationes imperfectas eſſe, perfici verò per primam figuram.

inutiles. Tum quando colligatur concluſio contingens, quando etiam non ineſſe declarans: atq; omnes perfici per primã figuram, dum ad eadem reuocantur.

Scholiũ in cap. 21.

10 *CVm autem ſic ſe habebant, pronuntiata, conſequebatur aliquod c non eſſe a, & aliquod c eſſe a &c.) Docens hîc Ariſtoteles cũ in prima figura propoſitio negans erat neceſſaria, & aſſumptio cõtingens, colligi duplicẽ concluſionem, id explicat per ea elemẽta, ex quibus in prima figura conflatur concluſio, ſcilicet c a: nam in prima figura b eſt medium: in hac verò figura concluſio eſt b a, c medium.*

De ratiocinationibus, quæ conſtant ex pronuntiatis modalibus.

EPITOME.

DIfficilia quidem ſunt, quæ Ariſt. tradit de compoſitione ratiocinationum ex pronuntiatis, quæ modum habent: ſed multò eſt difficilius ea omnia memoria retinere. Cui malo ut ſuccurrerẽ uiſum eſt, quæ longa oratione explicantur ab Ariſto. breuiter & per ſumma quædam capita comprehendere; quò poßint facilè mandari memoriæ, & conſeruari.

Docet igitur Ariſt. in tota hac diſputatione multis capitibus, qua ratione conſtruãtur ratiocinationes ex pronuntiatis neceſſarijs, & contingentibus: tum ex ipſis ſolis, tum miſtis inter ſe, & miſtis etiã cum his, quæ tãtùm ineſſe dicũt. Ac primũ ex utriſque neceſſarijs fit ratiocinatio eodem modo, atque ex utriſq; ineſſe dicentibus. *Vt omne animal neceßariò eſt ſubſtãtia, omnis homo neceſſariò, eſt animal, ergo omnis homo neceſſariò eſt ſubſtantia. Propterea quod in prima figura probantur ratiocinationes per illa principia, dici de omni, & nullare: In ſecunda, & tertia confirmantur eodem modo per primam figuram reciprocatione pronuntiatorum.*

De miſtione ex neceſſario pronuntiato, & ineſſe dicente in prima figura.

In prima figura, ſi propoſitio ſit neceſſaria, & aſſumptio ineſſe declarans, ſequitur concluſio neceſſaria. Vt omne animal neceſſariò eſt ſubſtantia, omnis homo eſt animal, igitur omnis homo neceſſariò eſt ſubſtantia. Idq; fit in omnibus mo-

bus modis: ſi autem propoſitio ineſſe dicat, & aſſumptio ſit neceſſaria, ſequitur quidem concluſio ineſſe dicens, non tamen neceſſaria: quia daretur antecedens uerum, & conſequens falſum. Vt omne animal currit, omnis homo neceſſariò eſt animal, ergo omnis homo neceſſariò currit, non ſequitur: ſed tantùm omnis homo currit.

Secunda figura.

In ſecunda figura, in tribus modis prioribus, ſi pronuntiatum negans fuerit neceſſarium, & affirmans ineſſe declarans, ſequitur concluſio neceſſaria: quia facta reuocatione ad primam figuram, erit propoſitio neceſſaria, & aſſumptio ineſſe declarãs: ſi autem affirmans ſit neceſſarium, & negans non ineſſe dicens, non ſequitur concluſio neceßaria, ſed tantùm non ineſſe dicens: quia facta reuocatione ad primam figuram, propoſitio ineſſe dicit, & aſſumptio eſt neceſſaria, ex quibus, ut diximus, nõ ſequitur cõcluſio neceſſaria. In quarto uerò modo, ſiue propoſitio, ſiue aſſumptio ſit neceſſaria, nunquam ſequitur concluſio neceſſaria.

Tertia figura.

In tertia figura atq; in primo modo, qui dicitur Darapti, ſiue propoſitio ſit neceſſaria, & aſſumptio ineſſe declarans: ſiue cõtrà, ſequitur cõcluſio neceſſaria. Tamen cùm aſſumptio eſt neceſſaria debet reuocari ad primã figuram reciprocata propoſitione, & concluſione, & tranſmutatis ſumptionibus. In ſecũdo modo Felapton, ſi ſumptio negans eſt neceſſariã, & affirmans ineſſe dicẽs, ſequitur concluſio neceſſaria, aliter nõ ſequitur. In particularibus affirmantibus Diſamis, & Datiſi, ſi ſumptio uniuerſa eſt neceſſaria, & particularis ineſſe declarãs, ſequitur concluſio neceſſaria. In ſexto modo qui dicitur Feriſon, ſi ſumptio negans eſt neceſſaria, & affirmans ineſſe declarans, ſequitur etiam cõcluſio neceſſaria In quinto modo, qui dicitur Bocardo, nunquam poteſt colligi neceſſaria concluſio. Denique hoc eſt commune præceptum in ſecunda, & tertia figura, tum ex una ſumptione neceſſaria, & altera ineſſe dicente, ſequi concluſionẽ neceſſariã, cùm facta reuocatione ad primã figuram, propoſitio eſt neceſſaria, & aſſumptio ineſſe dicens.

De contingenti.

Contingens dicitur, quod non eſt neceſſarium, nec re uera eſt, ſed poteſt eſſe, & non eſſe: atque hoc eſt proprium contingens; quod duplex eſt, alterum ut plurimum, uel natum, quod plerunque fieri ſolet, & habet à natura certam & definitam cauſam; ut hominem caneſcere in ſenectute: alterum incertum, quod non habet certam aliquam & definitam cauſam. Atque hoc rurſum eſt duplex: unũ, quod æquè cadit in utramque partem, ut hominem ambulare: alterum rarum, ut fodientem reperire theſaurum. De primo cõtingente habetur ſcientia, & demonſtratio: de contingente incerto, non habetur. Eſt aliud cõtingens cõmune,

quod tam dicitur de necessario, quàm de nõ necessario, quod quidem nõ est proprium contingens. In explicanda mistione contingentis, & aliorum pronuntiatorum recedam memoriæ gratia ab ordine Aristotelis, nam unum genus mistionis explicabo simul in omnibus figuris.

De mistione ex utrisque contingentibus in prima figura.

Ex utrisque contingentibus in prima figura fit perfecta ratiocinatio, ubi sequitur conclusio uerè contingens. Vt contingit omne uigilantem moueri, contingit omnem hominem uigilantem esse, ergo contingit omnem hominem moueri. Quod intelligitur, si disponantur sumptiones ut debẽt: scilicet ut propositio perpetuò sit uniuersa, & assũptio affirmans. Quòd si assũptio fuerit negans, inutilis erit ratiocinatio: potest tamẽ fieri utilis, si mutetur negans in affirmantem iuxta natura cõtingentis.

Secunda figura.

In secunda figura ex utrisque contingentibus nulla sequitur conclusio duabus de causis. Prima est, quia non potest reuocari ratiocinatio ad primã figurã reciprocato pronuntiato uniuerso negante, quoniam in uero contingente negans uniuersum non reciprocatur. Secunda causa est, quia datur antecedens uerum, & consequens falsum. Vt contingit nullum hominem ambulare, contingit omnem equum ambulare, ergo contingit nullum equum esse hominem, falsum est consequens, quia necesse est nullum aquum esse hominem.

Tertia figura.

In tertia figura ex duabus sumptionibus contingentibus in omnibus modis sequitur conclusio uerè contingens, si sumptiones disponãtur, ut in ijs, quæ inesse dicunt. Vt contingit omnem hominem ambulare, contingit omnem hominẽ esse album, ergo contingit aliquod album ambulare.

De mistione ex una sumptione contingente, & altera ineſſe dicente in prima figura.

In prima figura, si propositio fuerit cõtingens, & assumptio ineſſe declarãs, sequitur conclusio uerè contingens, & fit perfecta ratiocinatio, quia probatur illis principijs, de omni, & nullo dici. Vt contingit omne animal currere, omnis homo est animal, ergo contingit omnem hominem currere; si autem propositio sit ineſſe declarans, & assumptio contingens, sequitur etiam conclusio contingens: tamen illud non est proprium contingens, sed commune, & ratiocinatio est imperfecta: quia non potest probari illis principijs, de omni, & nullo dici: sed ratione ducente ad incommodum, si sumatur cõtradicens conclusionis loco propositionis, & assumptio cõtingens fiat ineſſe declarans, unde sequitur contradicẽs propositionis in tertia figura. Vt quidquid mouetur est substãtia, cõtingit omnẽ hominẽ moueri, ergo cõtingit omnẽ hominẽ esse substantiã. Si enim nõ sequitur, cõtradicens erit uerũ, nõ cõtingit omnẽ hominẽ eße substãtiam, quod æquipollet huic, necesse est aliquem hominem nõ esse substantiã. Sit igitur hæc propositio,

sitio, & sumatur assumptio ineſſe dicens, omnis homo mouetur; sequitur aliquid, quod mouetur non est substantia; sed hoc cõtradicit illi propositioni ueræ, quidquid mouetur est substantia, ergo prima ratiocinatio erat necessaria.

Secunda figura.

In secunda figura, si sumptio negans uniuersa fuerit contingens, & affirmans ineſſe dicens, non efficitur ratiocinatio, propter causam explicatam, quia negãs uniuersa contingens non potest reciprocari, ut reuocetur ad primam figuram: tamen si affirmans fuerit contingens, & negans non ineſſe dicens: sequetur cõclusio contingens. Vt nullum sanum est ægrum, contingit omnem hominem esse ægrum, ergo contingit nullũ hominem esse sanum. Verumtamen hoc cõtingens, non est proprium, sed commune: potest enim sequi contingens necessarium. Vt nullus homo ambulat, contingit omnem equum ambulare, ergo contingit nullum equum esse hominem.

Tertia figura.

In tertia figura ex una sumptione ineſſe declarante, & altera contingenti, semper sequitur conclusio contingens: tamen si est contingens ea, quæ est futura propositio in prima figura facta reuocatione, sequitur conclusio uerè cõtingens. Vt contingit omnem hominem moueri, omnis homo est animal, ergo contingit aliquod animal moueri. Si autem est contingens, quæ est futura assumptio, sequitur contingens commune.

De mistione ex una sumptione necessaria, & altera contingente in prima figura.

In prima figura hæc mistio explicatur quatuor præceptis, quorum duo pertinent ad modos affirmantes. Primũ est, si propositio fuerit contingens, & assumptio necessaria, sequitur conclusio uerè contingens, & fit perfecta ratiocinatio. Vt contingit omne animal dormire, necesse est omnem hominem eße animal, ergo cõtingit omnem hominem dormire. Secundum præceptum, si propositio est necessaria, & assumptio contingens, sequitur etiam conclusio contingẽs: tamen illud contingens est commune, & ratiocinatio est imperfecta, quia non potest probari illo principio, de omni dici, sed ratione ducente ad incommodum. Alia duo præcepta pertinent ad modos negantes. Primum est, in negantibus si propositio, quæ est negans, fuerit cõtingens, & assumptio necessaria, sequitur conclusio uerè contingens. Vt contingit nullum animal dormire, necesse est omnem hominem eße animal, ergo cõtingit nullum hominem dormire. Secundum præceptum, si propositio fuerit necessaria, & assumptio contingens, sequitur duplex conclusio, una, quæ non ineße dicit, altera contingens; tamen illud contingens est commune.

Secunda figura.

In secunda figura in tribus modis prioribus, si sumptio negans fuerit neces-

Universidad de Deusto
Biblioteca

saria, & affirmans contingens, sequitur duplex conclusio nõ ineße declarans, & contingens: & illud contingens est commune. Vt necesse est nullum cygnum esse nigrum, contingit omnem equum esse nigrum. ergo nullus equus est cygnus, & contiugit nullam equum esse cygnum. Si autem negans fuerit cõtingens, & affirmans necessaria, non potest fieri ratiocinatio. Primùm, quoniam uniuersa negans contingens non potest reciprocari, ut fiat reuocatio ad primam figuram: deinde quoniam in uero contingente daretur antecedens uerum, & consequens falsum. Vt cõtingit nullum equum esse albũ, necesse est omnem cygnũ esse albũ: ergo cõtingit nullũ cygnũ esse equum, falsum est consequens, quia necessarium est nullum cygnum esse equum. In quarto modo nunquam efficitur ratiocinatio.

Tertia figura.

In tertia figura in modis affirmantibus, ex altera sumptione contingente, & altera necessaria, semper sequitur conclusio contingens: ut contingit omnem hominem esse album, necesse est omnem hominem esse animal, ergo contingit aliquod animal esse albũ. In modis autem negantibus. si negans fuerit cõtingens, & affirmans necessaria, sequitur etiam conclusio contingens. Vt contingit nullum hominem ambulare, necesse est omnem hominem esse animal, ergo contingit aliquod animal non ambulare. Si uerò negans fuerit necessaria, & affirmans contingens, sequitur duplex conclusio, non ineße dicens, & contingens.

Quòd omnis ratiocinatio directa fiat in aliqua trium figurarum. Cap. 22.

ARGVMENTVM.

CVM duplex sit ratiocinatio, vna directa, ex hypothesi altera, docetur hoc capite omnem directam ratiocinationem confici in aliqua trium figurarum, ac proinde tres esse tantùm ratiocinandi figuras: quoniam ad cõcludendum attributum aliquod de subiecto, sumendum est tertium aliquid, vt medium, quod non est satis iungatur cum solo attributo, nec cum subiecto solo, nec cum alijs diuersis, sed cum vtroque, quod cùm tribus modis fieri possit, tres colliguntur tantùm ratiocinationũ figurę.

1 PErspicuum igitur ex ijs, quæ dicta sunt ratiocinationes harum figurarum perfici per ratiocinationes vniuersas primæ figuræ.

Cap. 7. 1 *IN superioribus cùm absolueremus tres figuras ratiocinationum, docuimus non tantùm ratiocinationes secundæ, & tertiæ figuræ, per ratiocinationes primæ figuræ probari, & perfici, ut in singulis figuris explicandis sigillatim demonstrabatur: uerùm etiam ratiocinationes particulares primæ figuræ reuocari ad uniuersas eiusdem figuræ, ut ita constaret omnes ratiocinationes, quæ in his figu-*

2 Nunc autem manifestum erit omnem ratiocinationem eiusmodi futuram esse omnino, cùm demonstratum fuerit, omnem confici in aliqua trium figurarum. 3 Necesse est igitur omnem demõstrationem, atque omnem ratiocinationem, aut inesse aliquid in aliquo, aut non inesse mostrare. 4 Idque aut vniuersè, aut in parte. 5 Præterea aut directò, aut ex hypothesi. 6 Eius autem, quæ ex hypothesi dicitur, pars quædam est illa, quæ ad incommodum & impossibile ducit. 7 Primùm igitur dicamus de ipsis directis, his enim demonstratis, manifesta res erit, & in ijs, quæ ad incommodũ ducunt, atque omnino in ijs, quæ sunt ex hypothesi. 8 Si igitur a de b sit cõcludendũ, inesse, aut non inesse, aliquid de aliquo su-

bis figuris connectuntur, per duos modos uniuersos primæ figuræ confirmari.
2 Nunc accuratiùs multò, & latiùs, hoc idem est demõstrandum, scilicet omnes quotquot sunt ratiocinationes, à duobus illis modis uniuersis primæ figuræ firmitatem, & perfectionem accipere. Quod fiet manifestũ si ostendamus omnem raciocinationem in aliqua trium figurarum necessariò connectendam esse; unde simul etiam ostendemus tres esse tantùm ratiocinationum figuras. Adiungemus etiam omnem ratiocinationem tribus constare terminis, ac duobus pronuntiatis: ut quæ in superioribus sine probatione sumpta fuerunt, nunc certißima ratione demonstrentur. 3 Primùm igitur probandum est, tres esse tantùm ratiocinationum figuras, propositis initiò tribus ratiocinationis diuisionibus; quarum prima est, omnis demonstratio, atque omnino omnis ratiocinatio, aut affirmantem colligit conclusionem, aut negantem. 4 Secũda, alia colligit uniuersam conclusionem, alia particularem. 5 Tertia, alia est directa, alia ex hypothesi, id est ex constituto. Directa est, quæ recta uia ex sumptis pronuntiatis propositam quæstionem colligit, quæ propterea συλλογιστικὸς, id est, ratiocinatio monstrans appellatur, quia rem ipsam propositam cõcludit, & mostrat. Ex hypothesi uero est, quæ propositã quæstionem non concludit, sed aliud quippiam: tamen ex conuentione quadam, inde res proposita, uia obliqua demõstratur. 6 In hoc genere continetur ratiocinatio ducens ad incommodum & id, quod fieri non potest. 7 Sed priùs docendum est omnem directam ratiocinationem construi in aliqua trium figurarum; hoc enim demonstrato facilè erit probare omnem ratiocinationem ex hypothesi ad aliquam trium figurarum pertinere; ut ita constet tres esse tantùm figuras. 8 Igitur si quæstio aliqua affirmans, aut negans sit ratiocinatione concludenda, necesse est ad id efficiendum sumatur aliquid, quod de aliquo affirmetur, aut negetur. Vt si quæstio sit hominem esse substantiam, aut non esse lapidem.

A. attributũ
B. subiectũ

matur est necesse. 9 Quòd si ipsum a de b dici sumatur, id quod initiò est propositum sumetur. 10 Si autẽm a de c dici sumatur, ipsum verò c de nullo alio, neq; aliud de ipso, neq; de ipso a aliud quidquã, nulla erit ratiocinatio. 11 Nã hoc ipso quòd vnũ de vno sumitur, nihil consequitur ex necessitate. Quapropter assumendũ est aliud pronuntiatum. 12 Si igitur sumatur a de alio dici, 13 aut aliud de ipso a, 14 aut de c aliud quippiam, 15 nihil quidem prohibet fieri ratiocinationem, tamen ad ipsum b nõ erit

C. medium.
A. substãtia.
C. animal.
B homo.

9 *Non possumus autem ad eam quæstionem concludendam sumere eãdem quæstionem pro argumento, peteretur enim quod in principio est propositum, ac idem per seipsum probaretur, unde tertium aliquid tanquam medium est accipiendum, ab utraque parte quæstionis diuersum, ad concludendum attributum de subiecto, ut si ad propositas quæstiones sumatur pro medio animal.* 10 *Si autem ipsum medium iungatur tãtum cum una parte quæstionis, uelati si iungatur tantùm cum attributo, ut de ipso dicatur attributũ, ipsum autẽ non dicatur de alio, ut fit in prima figura, neq; aliud de ipso, ut fit in tertia, nec de ipso attributo quæstionis dicatur aliquid, ut fit in secũda figura: nõdũ efficitur aliqua ratiocinatio* 11 *Quoniã ex uno solo pronũtiato nihil potest ratiocinatione concludi, cùm definiatur ratiocinatio oratio, in qua positis quibusdã. Vnde aliud pronũtiatum tanquam, socium est assumendũ.* * *Nec satis est sumantur multa pronũtiata, nisi illa affinitatem habeant cum proposita quæstione: nã si aliena fuerint, poterunt quidem esse apta ad aliud quippiam concludendum, non tamen ad cõcludendam propositam quæstionem. Quod multis modis contingere potest.* 12 *Primò, si attributum quæstionis præter illum tertium terminũ, qui à principio ipsi est coniunctus, dicatur etiam affirmatè, aut negatè de alio, ita ut attributum quæstionis fiat medium in secunda figura. Velati si ex proposita quæstione homo est substantia, ad quam sumptum est animal, dicatur quidem substantia de animali, omne animal est substantia, & negetur de alio, ut de linea, nulla linea est substantia, fit quidem apta ratiocinatio in secunda figura, concludens nullã lineam esse animal.* 13 *Secundò, si de attributo quæstionis aliud dicatur, & ipsum de illo termino, qui priùs cum eo sumptus est, ita ut attributum quæstionis fiat medium in prima figura: ut omnis substantia per se existit, omne animal est substãtia, fit apta ratiocinatio in prima figura concludens omne animal per se existere, aut etiã negãs, nulla substãtia est linea, omne animal est substãtia.* 14 *Tertiò, si de termino, qui est sumptus pro medio, præter attributũ quæstionis, dicatur etiã aliud quippiam affirmatè, aut negatè, diuersum à subiecto quæstionis, ut fiat ratiocinatio in tertia figura. Vt omne animal est substãtia, omne animal uiuit, ergo aliquod uiuẽs est substãtia.* 15 *Itaq; ut apparet, ex his omnibus pronũtiatis*

accõmodata ex ijs, quæ sumpta sunt. 16 Quod si c de alio quopiam dicatur; & illud de alio, ac illud rursus de alio, nõ autem cõiungatur cum ipso b, neque hoc pacto efficietur ratiocinatio, quæ a colligat de b. 17 Omnino enim dicimus nullam vnquam fore ratiocination em, quæ aliud de alio colligat, nisi sumatur aliquod mediũ, quod ad vtrumq; attributionibus accõmodetur. 18 Nam ratiocinatio omnino & in vniuersum ex pronuntiatis constat, ratiocinatio verò quæ ad hoc pertinet, ex pronuntiatis ad hoc accõmodatis. 19 Quæ autem hoc ad illud coniungit, per ea pronuntiata, quæ hoc cum illo copulent. 20 Fieri verò non potest, vt sumamus pronuntiatum ad ipsum b, si nihil de ipso affirmemus, aut negemus. 21 Aut rursum colligamus a de b, si nihil accipiamus commune: sed de vtroq; propria quedam affirmemus, aut ne-

tiatis ita sumptis, nihil uetat fieri rectas ratiocinationes, nõ tamen sunt accommodatæ ad propositam quæstionem, homo est substantia, nec ad concludendum attributum de subiecto. 16 *Possunt quidem alia ratione sumi in rectum pronũtiata aliena à proposita quæstione, si attributum quæstionis dicatur quidem de illo termino, qui est sumptus pro medio, & medium de alio, & ille rursum de alio, nunquam autem coniungatur cum subiecto quæstionis, ut si substantia dicatur de animali, animal de bellua, bellua de aue, auis de cygno, nunquam autem dicatur aliquid de homine: sunt etiam hæc pronuntiata apta ad conficiendam ratiocinationem, nõ tamen ad concludendam quæstionem propositam, homo est substantia. Vnde non tantùm debet medium illud, quod sumitur, iungi cum attributo; sed etiam cum subiecto quæstionis.* 17 *Statuimus igitur non posse ratiocinationem fieri, quæ concludat propositam quæstionem, nisi sumatur tertium aliquid pro medio, quod attributione coniungatur cum utraq; parte quæstionis, subiecto scilicet, & attributo.* 18 *Omnis enim ratiocinatio in uniuersum cõstat duobus pronuntiatis, tamen ea, quæ sumitur ad concludendum hanc quæstionem propositam, debet constare pronũtiatis, quæ ad hanc ipsam quæstionẽ pertineant.* 19 *Ita ut quæ coniunctura est hoc attributum cum illo subiecto, constet ex pronuntiatis accõmodatis ad copulandum huiusmodi attributum cum illo subiecto,* 20 *Vnde nullo pacto sumere possumus pronuntiatum, quod pertineat etiam ad subiectum quæstionis, (nõ tantùm autem ad attributum, ut antea sumebamus) nisi medium illud, quod sumitur, iungatur etiam cum subiecto affirmatè, aut negatè quemadmodum cum attributo.* 21 *Neque possumus concludere propositam quæstionem colligẽdo attributum de subiecto, nisi sumamus aliquid commune subiecto, & attributo tanquam medium. Nam si separa-*

Universidad de Deusto
Biblioteca

gemus. 22 Itaque si futura est ratiocinatio, quę hoc ad illud cõiungat, sumendum est aliquid amborum medium, quod copulet attributiones. 23 Si igitur necesse est aliquid accipere, quod sit amborum cõmune: hoc autem fieri potest tribus modis, aut enim a de c, & c de b dicitur, aut c de ambobus, aut ambo de ipso c, hæ autem sunt figuræ à nobis expositæ: perspicuum est omnem ratiocinationem construi in aliqua trium figurarum. 24 Eadem est ratio si per plura media iungatur a cum ipso b; nam eadẽ erit in pluribus figura, quæ in vno. 25 Constat igitur omnes ratiocinationes directas concludi per expositas figuras.

tim propria quædam attributa de ipsis enuntiemus, ut de substantia per se existere, de homine sentire, aut aliud quippiam, nihil nobis conferent ad cõcludendum quod uolumus. 32 Quare si futura est ratiocinatio, quæ concludat attributum quæstionis de subiecto affirmatè, aut negatè, sumendum est aliud tertiũ tanquam medium amborum, quod cohæreat attributione cum utroq;, ut eius interuentu colligatur ipsum attributum de subiecto, quemadmodum in exemplo proposito; omne animal est substantia, omnis homo est animal, ergo omnis homo est substantia. 23 Ex his colligitur necessariò quod à principio instituimus demõstrare, scilicet tres esse tantùm ratiocinationum figuras, ac proinde omnem ratiocinationem in aliqua trium figurarum construendam esse. Si enim ad concludendum attributum quæstionis de subiecto, sumendum est tertium aliquid tanquam medium, quod attributione cum utroq; coniungatur, tribus autẽ tantùm modis coniungi potest, nam aut subijcitur attributo, & dicitur de subiecto quæstionis, ut in prima figura: aut dicitur de utrisq;, ut in secunda: aut subijcitur utrisque, ut in tertia, constat tantùm esse tres figuras, quas in superioribus exposuimus, non plures, nec pauciores. 24 Eadem est omnino ratio, si per plura media attributum concludatur de subiecto, nam in aliqua trium figurarũ colligatur est necesse, ut si substantia dicatur de corpore, corpus de uiuente, uiuẽs de animali, animal de homine, atque ita colligatur substantia de homine, prima est figura, in qua multæ continentur coniunctæ ratiocinationes. 25 Manifestum igitur relinquitur omnes ratiocinationes, quæ recta uia aliquid concludunt, confici in ijs figuris, quas antea exposuimus. Non enim reperitur quarta figura, in qua medium dicatur de attributo quæstionis & maiori extremo, & subijciatur minori & subiecto. Quoniam aut est eadem prima figura transmutatis sumptionibus, aut certè talis figura esse nõ potest. Nam ad concludendum uniuersam quæstionem affirmantem non potest reperiri medium, quod sit maius maiori extremo, & minus minori.

Quòd

Quòd ratiocinationes hypotheticæ pertineant ad aliquam trium figurarum. Cap. 23.

ARGVMENTVM.

QVOD in directis ratiocinationibus probatum est, idem nunc in hypotheticis demõstratur. Primùm ea, quæ ducit ad incommodum fit in aliqua trium figurarum, quia ratiocinatio, quæ falsum concludit directa est. Deinde quæ ex transumptione dicitur, nam quæ transumptum concludit, est etiam directa.

1 EAs etiam, quæ ad incommodum & impossibile ducunt eodem modo se habere ex his erit manifestum; omnes enim quæ per impossibile concludunt, id quod falsum est colligunt. 2 Quod autem à principio propositum est, ex hypothesi probant, cùm ex contradicente posito cõsequitur aliquid, quod fieri non potest. 3 Quemadmodum dimetientem incommensurabilem esse hoc ipso probant, quòd si ponatur commensu-

NOn tantùm ratiocinationes directæ in his tribus figuris connectuntur, sed etiam hypotheticæ, quæ ex hypothesi, & conuentione rem probant: continent enim in se ratiocinationes directas, quæ necesse est in aliqua trium figurarũ construantur. 1 Cùm autem huiusmodi sint uariæ, id primùm apparet in ijs, quæ ducunt ad incommodum & id quod fieri non potest. Fit uerò ratiocinatio ducens ad incommodum, cum ex hypothesi accipimus contradicens pronũtiatũ eius quæstionis, quam uolumus probare, ui illius principij, de omni re uera est affirmatio, aut negatio. Deinde ex eo cõtradicente, cum alio pronũtiato manifestè uero, aut cum multis, colligimus aliquid quod sit manifestè falsum. Ratiocinatio uerò quæ id colligit directa est. 2 Quæstio uerò proposita ex illa falsa hypothesi demonstratur hoc modo. Illud falsum & impossibile, quod ratiocinatione concluditur non potest colligi nisi ex falso; non autem ex eo pronuntiato, quod sumptum est manifestè uerum, ergo ex contradicẽte propositæ quæstionis: quòd si id falsum est, proposita quæstio est necesse sit uera. Exempli causa, si probemus omnem stirpem uiuere hoc modo, si falsum est omnem stirpem uiuere, cõtradicens erit uerũ, aliqua stirps non uiuit. Rursus quæcunq; nõ uiuunt, nõ aluntur, nec augentur, aliqua stirps non uiuit, ergo aliqua stirps non alitur, nec augetur, atqui hoc est manifestò falsum, ergo aliqua ex sumptionibus, unde sequitur; non propositio, ut apparet, igitur assumptio, aliqua stirps nõ uiuit, quare contradicens erat uerum, omnis stirps uiuit, quæ erat quæstio proposita. 3 Vtuntur etiam Mathematici hac ratione probandi per incõmodum, & impoßibile: ut demõstrat Geometra dimetientem quadrati non posse eadem men-

rabilis, efficitur imparia paribus æqualia esse. Igitur imparia æqualia fieri paribus ratione colligunt, esse autem dimetientem incommensurabilem ex hypothesi demonstrant, quia falsum cõsequitur ex cõtradicente posito. 4 Hoc enim erat per impossibile ratiocinari, demonstrare aliquid impossibile, propter hypothesim initiò sumptam. 5 Quoniam igitur in ijs, quæ ad incommodum & impossibile ducunt, efficitur ratiocinatio directa falsum concludens, quod autem à principio propositum est, ex hypothesi monstratur: diximus verò antea ratiocinationes directas per has tres figuras cõcludi, manifestum est ratiocinationes per incommodum in his figuris construendas esse. 6 Eadem etiam ratione, & alias omnes ex hypothesi: in omnibus enim ipsa ratiocinatio fertur in

sura, & ratione mensurari, cum latere eiusdem quadrati, sumpto contradicente. Si diameter est commensurabilis, sequitur inde numerum parem, & imparem esse æquales inter se, atq; hoc colligit ratiocinatione directa. Id autem manifestè falsum est, igitur illud unde sequitur diameter est commensurabilis; quare contradicens erat uerũ, diameter est incõmensurabilis lateri quadrati. 4 Itaque ratiocinatio ducens ad incommodum est, quæ ex contradicente propositæ quæstionis sumpto per hypothesim concludit aliquid, quod sit manifestè falsum. 5 Ex his relinquitur probatum quod initiò proposuimus. Nam si in ratiocinationibus ducentibus ad incommodum, ea ratiocinatio, quæ falsum & impossibile concludit, directa est; docuimus autem antea omnem directam ratiocinationem fieri in aliqua trium figurarum, manifestum relinquitur eam, quæ ad incommodum & impossibile ducit in aliqua trium figuram connectendam esse, quandoquidem ipsa directa est. Atq; una & eadem ratiocinatio comparata ad conclusionem falsam, quam concludit, directa est, comparata uerò ad quæstionem propositam, quam probat sublata hypothesi falsa, est hypothetica & obliqua. 6 Aliæ quoq; ratiocinationes ex hypothesi in his tribus figuris continentur, illæ scilicet, quæ dicuntur ex transumptione, quales sunt ex concessione, aut alia simili hypothesi. Est autem ratiocinatio ex concessione cùm quæstio proposita in aliam transfertur, hac hypothesi & conuentione facta, ut si illa probetur, quæstio proposita relinquatur demonstrata, deinde illa quæstio, in quam disputatio translata est, directa ratiocinatione demonstratur: ut si probandum sit omnia astra esse rotunda, quoniam difficile est una ratione id in omnibus concludere, transferatur hæc quæstio ad lunam (quandoquidem omnia astra sunt eiusdem naturæ) lunam autem esse rotundam ita demonstremus, omne astrum, cuius lumen in orbem crescit, & minuitur, est rotundum; luna est huiusmodi astrum, ergo luna est

id, quod trãsumptum est, quod autem à principio est propositũ, ex concessione concluditur, aut ex alia quapiam hypothesi. 7 Si autem hoc verum est, necesse est omnem demonstrationẽ, omnẽq; ratiocinationẽ confici per tres expositas figuras. 8 Hoc autem demonstrato, manifestum est omnem ratiocinationem perfici per primam figuram, ac redigi in ratiocinationes vniuersas huius figuræ.

na est rotunda: quòd si luna rotũda est, ex hypothesi constituta, omnia astra sunt rotũda. In his itaque rationibus hypotheticis, quæstio illa in quam prima translata est, ratiocinatione directa cõcluditur, nam propterea dicitur ratiocinatio ex trãslatione, seu transumptione: prima uerò ex hypothesi probatur. Si igitur ratiocinatio directa fit in aliqua trium figurarum, huiusmodi quoq; ratiocinationes ex hypothesi in aliqua trium figurarũ contineantur est necesse. 7 Constat igitur ex his omnem ratiocinationem tam directam, quàm ex hypothesi cõnecti in aliqua trium figurarum, quandoquidem quæ ex hypothesi quid probat, relata ad conclusionem, quam per se concludit, directa est. 8 Ex his autem relinquitur demonstratum illud quod à principio proposuimus capite superiore, si omnis ratiocinatio constituitur in aliqua trium figurarum, duæ uerò figuræ secunda, & tertia perficiuntur per primam, atque omnino omnes per duos modos uniuersos primæ, superest demonstratũ omnem ratiocinationem, aut cõtineri in modis uniuersis primæ figuræ, aut per eos perfici, & probari.


Scholia in cap. 23.

Syllogismus hypotheticus vulgò appellatur, qui constat pronũtiatis hypotheticis, & compositis; aut ex solis hypotheticis, aut ex hypothetico, & simplici: vt si Deus iustus est, animus hominis est immortalis, atqui Deus iustus est, ergo animus hominis est immortalis. De quo genere syllogismi non disputauit Aristoteles separatim in operibus, quæ nunc extant; sed obiter in Topicis explicans locos ab antecedentibus, & consequentibus, & comparatione, vt videre est secundo, & tertio libro Topicorum. Tamen Theophrastus, & Eudemus eius discipuli, multa de hoc Syllogismo tradiderunt, & hos imitatus Seuerinus Boethus: Philoponus etiam in hoc loco, in Commẽtarijs capitis 22. breuiter collegit quæcunq; de hoc syllogismo ab alijs sunt tradita. Nonnulla etiam adfert Diogenes Laërtius in vita Zenonis Citiei; quoniam Stoici multum in hoc genere syllogismi elabo-

Universidad de Deusto
Biblioteca


rarunt. Verũ Aristoteles hoc loco per syllogismum hypothicum intelligit eum, qui re vera directus est in aliqua trium figurarum constitutus, quod toto hoc capite probare nititur: tamen quia ipse non cõcludit quæstionem propositã, sed aliud quippiam, ex quo quæstio proposita ex aliqua hypothesi, via quadam obliqua demonstratur, propterea dicitur hypotheticus. Hunc appello cum Aristotele ex hypothesi relicto verbo Græco, qualia multa sunt in disciplinis, quia non suppetit Latinum, quod omnino ei respondeat. Quamquam interdum id interpretor ex cõstituto, hoc enim ad vim eius verbi magis videtur accedere. Perionius ex concessione. Tamen Syllogismus ex concessione, vt apparet ex hoc capite, non est omnis Syllogismus & hypothesi; sed eius quædam species, quæ ab Aristote. vocatur ἐξ ὁμολογίας & infra capite 40. ἐξ συνθήκης ὁμολογημένων. Ex conuentione concessus.

3 Quemadmodum dimetientem incommensurabilem esse &c.) Solet Aristoteles in hoc organo Logico, ac potissimũ in parte analytica disserendi præcepta exemplis Mathematicis illustrare, quòd in ijs artibus accuratiùs huiusmodi præcepta seruentur. Explicans igitur nũc rationem probandi per incommodum pertinere ad aliquam figuram, in medium profert exemplum Geometricum. Nam hac ratione demonstrant Geometræ diametrum quadrati non esse commensurabilem cum latere, hoc est, non mensurari eodem genere mensuræ cum ipso latere. Quia si esset commensurabilis fieret numerum parem, & imparem esse æquales inter se. Quæ demonstratio variè explicatur hoc loco ab interpretibus, & aliter à Cãpano apud Euclidem. 10. elementorũ propositione 6. Sed quoniam hæc adolescentibus parum exercitatis elaborantur, adferam primũ eam demõstrationem, quæ ceteris sit facilior. Ad quam explicandam statuenda sunt quædam principia, tam simplicia, quàm composita. Primum principium simplex, & definitio est, quadratum est figura plana quatuor lineis rectis, & æqualibus contenta, & quatuor angulis rectis, ex primo elementorum. Secundum, dimetiẽs, vel diameter quadrati est linea recta, ducta ab vno angulo quadrati, ad alterum angulum oppositum, diuidens quadratum in duo triangula æqualia: alio nomine dicitur Græcè διαγώνιος, vt in proposita figura.



Tertium


Tertium numeri minimi in sua ratione sunt, quibus non dãtur alij minores in eadem ratione; vt ternarius, & binarius in ratione sesquialtera; quaternarius, & ternarius in ratione sesquitertia. Quartũ ex septimo elementorũ, numeri ad se inuicẽ cõpositi sunt qui eodem numero, vt mẽsura cõmuni mensurãtur. Vt 4. & 6. qui mensurantur binario. Quintũ ex eodẽ septimo, numeri ad se inuicẽ primi, qui nõ mensurantur eodẽ numero, sed sola vnitate. Sextũ ex. 10. elementorum, magnitudines cõmensurabiles sunt, quæ eadẽ mẽsura mensurãtur, vt linea sex pedũ, & nouem pedum: incõmensurabiles, quæ nõ possunt eadem mensura mẽsurari. Septimum ex. 7. elementorum, numerus quadratus est, qui fit ex aliquo numero in se inuicem ducto, vt quaternarius quadratus ex binario, nouenarius ex ternario. 16. ex. 4. Deinde sunt constituendæ duæ hypotheses tanquam principia composita. Prima hypothesis. Si aliquæ magnitudines sint commensurabiles inter se, habent inter se eandem rationem, quam numerus ad numerum, ex. 5. decimi elemẽtorum. Vt linea nouem pedum, & sex pedum, quia sunt commensurabiles habent inter se eandem rationem, quam nouẽ ad sex. Secunda ex. 47. primi quadratum diametri, duplo maius est quadrato lateris. Est autem quadratum diametri cuius latus est diameter alterius quadrati. His ita constitutis demonstratur Theorema per incommodum hac ratione. Si hoc pronuntiatum non est verum, diameter non est lateri commensurabilis longitudine, contradicens erit verum, diameter est commensurabilis lateri lõgitudine, quare ex prima hypothesi habebunt se, vt numerus ad numerũ. Ponamus se habere vt. 4 ad. 3. qui sunt primi in hac ratione, ac proinde ad se inuicem primi ex 24. septimi. Itaque qua ratione quaternarius superat ternariũ, eadem diameter superet latus. Si igitur se habent hac ratione, quemadmodum quadratum diametri est duplo maius quadrato lateris, ex secũda hypothesi, sic quadratus numerus quaternarij erit duplus ad quadratum numerum ternarij: quod demonstratur. 10. elementorũ propositione 9. Sed quadratus quaternarij est numerus 16, quadratus ternarij 9. ergo numerus 16. est duplus ad numerum 9. Vnde nouenarius erit dimidiũ. 16. sed cõstat. 8. esse quoq; dimidiũ. 16. igitur. 9. & 8. sunt dimidia eiusdẽ numeri. Nunc fit Syllogismus directus, quæcunq;




sunt

sunt dimidia eiusdē numeri, sunt æqualia inter se, sed .9. & .8. sunt dimidia eiusdē numeri, nēpe .16. ergo sunt æquales numeri inter se: atqui .9. est impar & .8. par: igitur numerus par, & impar sunt æquales inter se: hoc autē impoßibile est, ergo illa sumptio, vnde sequitur, diameter est cō mensurabilis, est falsa; quare contradicens erat vera, diameter est incō mensurabilis, quod erat demonstrandum. Hæc demōstratio facilior est, non tamen omnia certa ratione probantur, sed quædam sumuntur vt certa, vt pote .8. esse dimidium .16. & esse parem .9. imparem.

Alexander eodem modo incipit hanc demonstrationem, sed aliter absoluit, & accuratiùs certè, scilicet hoc modo. Si numerus quadratus .16. est duplus ad quadratū .9. ergo .16. est numerus par. Rursus cū numerus quadratus diuiditur in partes æquales, eius dimidij numeri sunt etiā pares; quare si .9. est dimidius .16. est numerus par. Esse verò imparē ita probatur, si quaternarius, & ternarius sunt ad se inuicem primi, vt anteà sumptum est, quadrati qui ex ipsis nascuntur, sunt etiam ad se inuicem primi, per .29. septimi. Quòd si .16. & .9. sunt ad se inuicē primi; non possunt esse ambo pares, si enim essent pares mensurarentur binario; sed aut ambo sunt impares, aut vnus est impar: iam autem demonstratū est .16. esse parē, quia est duplus ad .9. igitur .9. est impar, quare nouenarius simul erit par & impar. Vnde sequitur parem numerum, & imparem æquales esse, si vnus & idem est par, & impar.



Ab alijs aliter explicatur accuratißimè non incertis numeris, sed in quibusuis: quæ demonstratio habet multas partes. Prima est, sit quadratum a b c d, diameter a c: si a c est commensurabilis b a lateri, habebunt se, vt numerus ad numerum, habeant se vt f ad g, qui sint primi in sua ratione. Secunda, si eodem modo se habent, ergo sicut quadratū a c est duplum ad quadratum a b, sic numerus quadratus f, duplus ad quadratū g per .9. decimi. Tertia quadratus numerus f est duplus ad quadratum g, ergo est numerus par, ex definitione septimi: vnde & numerus f erit etiam numerus par, nam si esset impar, eius quadratus esset impar, per .29. noni. Quarta, f & g sunt primi in sua ratione, ergo sunt ad se inuicem primi, per .27. septimi, sed f est par, vt demonstratū est, ergo g est impar. Si igitur f est par, diuidatur in partes æquales ex



diffinitione,

definitione, ita vt vna pars sit h. Quinta, numerus f est duplus ad h, ergo quadratus ex f, erit quadruplus ad quadratū ex h. Sexta, quadratus numerus ex f, est quadruplus ad quadratum ex h, sed quadratus ex f erat duplus ad quadratū ex g, ergo quadratus ex g erit duplus ad quadratum ex h. Nam si octonarius est quadruplus ad binariū, & duplus ad quaternarium, certè quaternarius erit duplus ad binarium. Postrema ratio, quadratus g est duplus ad quadratum h, est igitur numerus par, quare ipse numerus g erit etiam par, quia radix quadrati paris; nā si esset impar, quadratus inde genitus esset impar, per .29. noni, at positum est numerum g esse imparē, ergo idem numerus est par, & impar, quod est incommodum & impoßibile.

Est tamē intelligendum, vt docet Theō apud Euclidem .10. elementorum in cōsectario nonæ propositionis, diametrum esse incommēsurabilem lateri longitudine, quia quadratum diametri, non se habet ad quadratum lateris, sicut quadratus numerus, ad quadratum numerum. Tamen esse commensurabilem potestate, quia quadratum diametri habet se ad quadratum lateris, sicut aliquis numerus ad aliquē numerum, scilicet, vt duplus ad dimidium.

6 *In omnibus enim ratiocinatio fertur in id, quod trāsumptū est &c.)* Priùs explicāda est vis verbi, deinde hoc genus ratiocinationis, quod nō ab omnibus interpretibus satis declaratur. Græca habēt πρὸς τὸ μεταλαμβανόμενον. Verbum autem μεταλαμβάνειν inter alia significata declarat aliud pro alio sumere, quod Latinè dicitur commutare, vt cōstat ex eodem Arist. hoc eodem lib. cap. 39. Vbi docens in resoluendis Syllogismis oportere nōnunquam pro nominibus ibi positis, alia sumere aptiora, & pro oratione orationem, sic habet. Δεῖ δὲ τὴν μεταλαμβάνειν ἃ ἔστι τὸ αὐτὸ δύνασθαι ὀνόματα ἀντ' ὀνομάτων, καὶ λόγους ἀντὶ λόγων. Id est, oportet autem commutare nomina quæ idem valeant pro nominibus, & orationes pro orationibus. Ex hac significatione verbi dicitur hic Syllogismus concludere transumptū, & infrà cap. 30. nominatur κατὰ μετάληψιν, id est, ex transumptione, quia in eo pro quæstione proposita, alia sumitur ad concludendum. Vnde poterat appellari Latinè ex commutatione, aut etiam ex trāslatione, quia quæstio proposita, in aliam trāsfertur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

fertur. Quemadmodũ Quinctilianus ſpeciem illam ſtatus legalis, quam Græci μετάληψιν dicunt, Latinè appellat tranſlatiuam libro. 3. cap. 8. Nolui tamen nomen receptum mutare, ſed appelletur verbum de verbo, ex trãſſumptione, quemadmodum idem Quinctilianus lib. 8. cap. 6. figuram illam loquẽdi, qua ex alio aliud intelligimus, quam Græci μετάληψιν vocãt, Latinè interpretatur tranſſumptionem. Non eſt autem hoc loco trãſſumptum idem omnino, quod aſſumptum, vt quidã exiſtimãt. Sed iam explicemus quódnam ſit hoc genus Syllogiſmi. Videtur hoc loco ſentire Alexander omnẽ Syllogiſmũ ex hypotheſi eſſe quoq; ex tranſſumptione, etiam eum, qui ducit ad incommodum, quod in eo pro quæſtione propoſita ſumatur examinãda eius cõtradicens. Quæ ſententia nõ videtur vera, nec Ariſt. cõſentanea. Docet enim hoc loco Ariſtoteles Syllogiſmũ ex trãſſumptione cõcludere ipſum trãſſumptum, at Syllogiſmus per incõmodum nõ cõcludit cõtradicens quæſtionis, ſed ex eo aliquid, quod ſit manifeſtè falſum. Quid quod infrà, cap. 30. apertè Syllogiſmũ ex trãſſumptione diſtinguit à Syllogiſmo ducẽte ad incommodum, & ab alio hypothetico, qui dicitur ex qualitate. Fit ergo Syllogiſmus ex trãſſumptione, cùm loco propoſitæ quæſtionis, alia ſumitur cõcludenda directo Syllogiſmo ex veris ſumptionibus; atq; ea quæſtio quæ cõcluditur dicitur trãſſumpta, & Syllogiſmus, qui eã cõcludit ex trãſſumptione. Inde verò probatur quæſtio propoſita via quadam obliqua, per hypotheſim. Atque huiuſmodi Syllogiſmus, vt hîc indicat Ariſt. nõ videtur fieri vno modo, ſed variis. Primo fit cùm quæſtio propoſita ſtatim initio diſputationis trãsfertur in aliã, hac conuentione, vt ſi illa demõſtretur, prima quoq; relinquatur demõſtrata propter vtriuſq; ſimilitudinem. Deinde illa in quam facta eſt trãſlatio Syllogiſmo directo cõcluditur, hic eſt qui proprio nomine vocatur ab Ariſt. ἐξ ὁμολογίας, id eſt, ex conceſſione. Eius exemplum explicatur in Paraphaſi, quod ſumptum eſt ex eodẽ Ariſt. in 2. lib. de Cœlo, cap. 11. vbi hoc genere Syllogiſmi probat aſtra eſſe rotũda, infrà tamen cap. 40. aliud exemplum adfert ipſe Ariſtoteles. De hoc Syllogiſmi genere eſt intelligendum, quòd dicit ipſe Ariſtoteles primo Topicorum, cap. vlti. vbi ait conſiderationem ſimilitudinis maximè conferre ad Syllogiſmũ ex hypotheſi.

potheſi. Fit alio modo vt hîc docet Alexander, cùm quæſtio propoſita priùs cõcluditur Syllogiſmo hypothetico, qui conſtat ex vno pronũtiato hypothetico, & altero ſimplici: deinde quia quæſtio nondũ relinquitur demonſtrata, niſi ſimplex illud pronuntiatum demonſtretur, quod dicitur aſſumptum, concluditur hoc ipſum Syllogiſmo directo. Vt ſi virtus eſt ſcientia, virtus poteſt doceri, atque virtus eſt ſciẽtia, ergo virtus poteſt doceri. Deinde aſſumptum ita probatur, omnis habitus, qui non poteſt à vero in falſum mutari, eſt ſcientia; virtus eſt habitus, qui non poteſt à vero in falſum mutari, ergo virtus eſt ſcientia. Vbi prima quæſtio relinquitur probata ex propoſitione connexa primi Syllogiſmi, ſi virtus eſt ſcientia, poteſt doceri, quæ eſt hypotheſis. Docet in alijs Syllogiſmis hypotheticis fieri hoc genus Syllogiſmi, vbi id, quod aſſumitur directò concluditur. Verumtamen ille eſt proprius & potißimus Syllogiſmus ex tranſſumptione, qui dicitur ex conceßione. Atque hæc ſatis de Syllogiſmo hypothetico. Qui verò ab Ariſtotele dicitur ἀφαιρετικὸς, id eſt, mõſtrãs, ſeu directus, à Græcis poſterioribus appellatus eſt Categoricus.

De qualitate, & quantitate pronuntiatorum in ratiocinatione. Cap. 24.

ARGVMENTVM.

QVATVOR hîc tradũtur Theoremata. 1. In omni ratiocinatione aliqua ſumptio debet eſſe affirmans. 2. aliqua debet eſſe vniuerſa 3. concluſio vniuerſa non colligitur niſi ex duabus ſumptionibus vniuerſis. 4. aliqua ex ſumptionibus debet eſſe ſimilis concluſioni.

1 PRæterea in omnibus ratiocinationibus oportet aliquem terminum affirmantem eſſe. 2 Et vniuerſum quippiam ineſſe: nam ſine vniuerſo, aut non erit ratiocinatio, aut

* PRætereà explicanda ſunt in hoc capite, atque in ſequentibus Theoremata quædam ſeu præcepta ſeruanda in omni ratiocinatione, quæ quaſi conſectaria oriuntur ex ijs, quæ in ſuperioribus diſputata ſunt, vbi exponebãtur ratiocinationum figuræ, ex quibus in hoc capite quatuor tradantur. 1 Primum eſt, in omni ratiocinatione debet aliquis terminus affirmari cum medio, quoniam aut ambæ ſumptiones debent eſſe affirmantes, aut ſaltem altera. Demonſtratum enim eſt in ſuperioribus, ex duabus negantibus nihil poſſe colligi, quod reperiãtur in eiuſmodi coniugatione termini omni, & nulli ineſſe. 2 Secundum Theorema, in omni ratiocinatione aut ambæ ſumptiones debẽt eſſe uniuerſæ, aut ſal-

Universidad de Deusto
Biblioteca

non pertinebit ad id, quod propositũ est, aut petetur, quod à principio est propositum. 3 Proponatur enim musicam voluptatem esse bonam, si igitur pronuntiauerit voluptatem esse bonam, non addens omnem, non erit ratiocinatio. 4 Si verò aliquam voluptatem, si quidem aliam; nihil faciet ad rem propositam. 5 Si autem hanc ipsam, sumit quod à principio est propositum. 6 Magis autem redditur manifestum in demonstrationibus Mathematicis, vt angulos isosceles, qui sunt ad basim æquales esse. 7 Ducantur ad centrum lineæ a b. 8 Si igitur sumat angulũ a c æqualẽ esse angulo b d, non pronuntians omnino æquales esse angulos semi-

tem altera: quoniam si neutra sumatur uniuersa, aut nihil poterit concludi, aut non concludetur quæstio proposita, aut petetur ipsamet quæstio, quæ in principio est proposita. 3 *Exempli causa; proponatur quæstio demonstranda, uoluptas, quæ percipitur ex musica, est bona; si quispiam ita ratiocinetur, uoluptas est bona, musica uoluptas est uoluptas; ex his sumptionibus nihil poterit concludere, quia sunt ambæ indefinitæ. Tum cùm fiat ratiocinatio in prima figura, non potest probari illo principio dici de omni re.* 4 *Si uerò sumat in propositione aliquam uoluptatem esse bonam, si per aliquam uoluptatem intelligat aliam diuersam à musica, ut uoluptatem contemplationis, quamuis eam sumat uniuersè, utpote omnem uoluptatem contemplationis, non concludet propositam quæstionem. Poterit quidem ex hoc pronuntiato concludere aliam quampiam uoluptatem esse bonam, ut Geometricam, non tamen musicam.* 5 *Si autem per aliquam uoluptatem intelligat ipsam uoluptatem musicam, sumit ad probãdam propositam quæstionem ipsam quæstionem. Itaq; sumenda est semper aliqua sumptio uniuersa, quæ comprehendat alterà sumptionem, atq; ipsam conclusionem.* 6 *Hoc idem fiet magis manifestum in demonstrationibus Mathematicis. Exempli causa, si demonstrandum sit in eo triangulo, quod habet duo latera æqualia, & unum inæquale, quod dicitur basis, angulos, qui sunt supra basim æquales esse inter se.* 7 *Quæ tota demõstratio constat tribus ratiocinationibus. Primùm ergo describatur circulus, atq; in eo ducantur duæ dimetientes se intersecantes in centro, quarum una sit a c, altera b d. Deinde c & d iũgatur tertia linea, una cum duabus semidimetientibus efficiat triangulum isosceles, cuius basis sit linea c d.* 8 *Si igitur in prima ratiocinatione, in qua demonstrandum est angulum, qui fit ex diametro a c, ad circũferentiam in ipso c, æqualem esse angulo, qui fit ex alia dimitiẽte b d, ad circunferentiam in ipso d. Si inquam sumat hoc ipsum per hoc particulare pronuntiatum, aliqui anguli semicirculorum sunt æquales, non autem illud pronũtiatum uniuersum, omnes*

anguli

circulorum. 9 Et rursus angulum c æqualem esse angulo d, nõ assumens omnem angulũ sectionis. 10 Præterea verò si ab æqualibus existentibus angulis, æquales auferantur, æquales esse reliquos e f, quod à principio est propositum petet. 11 Nisi sumat, si ab ipsis æqualibus æquales auferantur, æquales relinqui. Perspicuum igitur est, oportere in omnibus vniuersum inesse. 12 Atq; conclusionẽ vniuersam, ex omnibus terminis vniuersè sumptis demonstrari: particularem autem, & hoc, & illo modo. 13 Itaq; si conclusio est vniuersa, necesse est terminos vniuersè sumi: si verò termini sumantur vniuersè, fieri potest vt conclusio non sit vniuersa. 14 Certum est autem in omni ratiocinatione, aut ambo pronuntiata, aut alterum simile esse necessariò conclusioni. Intelligo autem non solùm hoc ipso, quod affirmans sit, aut negans; sed etiã

anguli semicirculi sunt æquales, petet quod in principio est propositum. 9 *Si etiam in secunda ratiocinatione, ubi probandum est angulos c & d, qui continentur sub basi esse æquales, sumat hoc ipsum, hoc pronũtiato particulari, aliqui anguli sectionis sunt æquales: nõ autem sumat illud uniuersum, omnes anguli sectionis sunt æquales: petet etiam quod est propositũ.* 10 *Aut si etiã in tertia ratiocinatione, in qua demonstrandum est angulos supra basim e f æquales esse, sumat indefinitè, si ab æqualibus angulis æquales auferantur, qui supersunt æquales sunt, intelligens hos ipsos, petet etiam quæstionem propositam ad demõstrandum.* 11 *Est ergo necesse sumatur uniuersa propositio, ob omnibus æqualibus angulis si æquales auferãtur, qui relinquũtur sunt æquales; unde cõstat in omni ratiocinatione oportere aliquã sumptionẽ uniuersam esse.* 12 *Tertium theorema, conclusio uniuersa nõ potest colligi nisi ex duabus sumptionibus uniuersis: particularis autem & ex duabus uniuersis, ut in duobus modis prioribus tertiæ figuræ: & ex una sumptione uniuersa, & altera particulari, ut in alijs figuris.* 13 *Itaque si conclusio est uniuersa, necessarium est ambas sumptiones esse uniuersas: si autem ambæ sumptiones sunt uniuersæ, non est necesse semper conclusionem uniuersam esse, nam potest esse particularis, ut diximus, in duobus illis modis tertiæ figuræ.* 14 *Quartum theorema, in omni ratiocinatione, aut ambæ sumptiones debent esse similes conclusioni, aut saltem altera, non tantùm qualitate, quòd si conclusio est affirmans, ambæ sumptiones sint affirmãtes: & si conclusio est negans, altera sumptio sit negãs: sed etiam alijs affectionibus. Nam si conclusio est necessaria, ambæ sumptiones, aut saltem altera debet esse necessaria; & si conclusio inesse declarans, aut contingens, ambæ sumptiones, aut altera*

Universidad de Deusto
Biblioteca

quòd necessariùm sit, aut inesse declarãs, aut cõtingens. 15 Oportet autem inspicere alias appellationes. 16 Perspicuum est autem omnino quando futura sit, & quando nõ sit futura ratiocinatio, & quãdo possibilis, quando perfecta. Tum etiã cùm sit ratiocinatio, necessariũ esse eo modo affectos esse terminos, quo exposuimus.

debet esse inesse declarans, aut contingens. Quamuis enim docuerimus in superioribus, interdum ex una sumptione necessaria, & altera contingente, colligi conclusionem inesse dicentem, nihil repugnat; quòniam illa sumptio contingens non erat ex proprio contingente, sed communi, unde idem valebat ac si inesse diceret. 15 Oportet autem diligenter obseruare an in alijs omnibus appellationibus, & affectionibus pronuntiatorum sit eadem ratio. Nam si conclusio est probabilis, aliqua ex sumptionibus debet esse probabilis. Et si cõclusio falsa, aut impossibilis, aliqua ex sumptionibus debet esse falsa, aut impossibilis. Non tamẽ si conclusio est uera, est necesse aliquam sumptionem esse ueram, quia potest colligi ex falsis. 16 Manifestũ relinquitur ex tota hac disputatione, quæ hactenus habita est, quando efficiatur recta ratiocinatio, & quãdo nõ efficiatur. Et quãdo sit aliqua imperfecta ratiocinatio, tamẽ quæ possit perfici qualis in secũda, & tertia figura: & quando sit perfecta & absoluta, qualis in prima figura. Tum si futura sit recta ratiocinatio oportere terminos ita esse dispositos, & pronuntiata sic affecta penes qualitatem, & quantitatem, ut in superioribus explicauimus.

Scholia in cap. 24.


Si igitur pronũtiauerit voluptatem esse bonã &c.) Græca habent ἐὰν οὖν ᾖ ἀξιώσαντος. *Hic est locus, vbi explicanda est vis huius verbi* ἀξιῶν, *& nominis* ἀξίωμα, *quod ab eo verbo deriuatur, quod superiùs policiti fueramus,* ἀξίωμα *primò significat apud Arist. vt cõstat ex 1. de Demonstratione, cap. 2. & 8. principium maximè certũ & notum, quod à quouis homine sine vllo admonitore facilè intelligitur: qualia sunt cõmunia illa principia disciplinarũ, de omni re vera est affirmatio, aut negatio; si ab æqualibus æqualia auferantur, quæ relinquũtur sunt æqualia, & alia eiusdẽ generis, quæ alio nomine vocãtur à Græcis κοιναὶ ἔννοιαι, id est, cõmunes notiones. Appellantur autem huiusmodi principia ἀξίωματα, hoc est, dignitates, quia maximè digna sunt, vt ait Themistius, quibus potissimùm credatur, & quæ princi-*

principem obtineant locum: vel vt ait Proclus in tertio libro Commentariorum in Euclidem, quòd omnes ita se habere existiment, & dignẽtur, atq; de ipsis dubitet nemo. Deinde significat ἀξίωμα omnẽ enũtiationẽ tam probabilẽ, quàm necessariã: tam veram, quàm falsam, vt idẽ sit ἀξίωμα quod πρότασις, & ἀπόφανσις. Quod apertè docet Cicero in prima quæstione Tusculana, vbi sic ait. An tu dialecticis ne imbutus quidẽ es? In primis enim hoc traditur. Omne pronũtiatum, (sic enim mihi in præsentia occurrit, vt appellarem ἀξίωμα: vtar post alio, si inuenero melius, id ergo est pronuntiatum, quod aut verum, aut falsum esse dicitur. In Lucullo effatũ vocat, in libro de Fato enuntiationẽ. A Varrone proloquiũ dicitur, vt ait Aulus Gell. definiebaturq́, sentẽtia, in qua nihil desideratur. Ab Stoicis, vt refert Diogenes Laërtius in vita Zenonis ὁ ἐστὶν ἀληθὲς ἢ ψεῦδος, quod verũ est, aut falsum; tum λεκτὸν αὐτοτελές, ἀποφαντικὸν ὅσον ἐφ' ἑαυτῷ, id est, dictũ per se perfectũ enũtiabile quãtum in seipso potest. Existimat Proclus in loco antea citato, Stoicos primũ vsurpasse hoc uerbũ pro omni oratione enuntiãte, Arist. autẽ ipsum accipere propriè pro principio notissimo, & indemõstrabili. Verũtamẽ iã Arist. ante Stoicos vtebatur hoc nomine pro quauis enuntiatione, vt. 8. Top. cùm ait χρήσιμον δὲ καὶ τὸ μὴ συνεχῆ τὰ ἀξιώματα λαμβάνειν, ἐξ ὧν οἱ συλλογισμοί, id est, confert autem non accipere continua ipsa pronuntiata, ex quibus constãt Syllogismi. Vbi per axiomata accepit quæcunque pronuntiata, quibus vtitur Dialecticus; vt obseruauit Alexander. Et in eodem libro, cap. secundo, multò appertiùs, ὁτὲ δὲ καὶ πρόσθετο ἀξίωμα καὶ τὴν θέσιν, μεῖζον ἔργον διελεγχθῆναι, ἢ τὴν θέσιν, διαφορήσειν ἂν τὶς πότερον θετέον τὰ τοιαῦτα ἢ οὔ, id est, Cùm autem difficiliùs fuerit in axioma, & propositionẽ disputare, quàm in quæstionem propositam, dubitauerit aliquis, nũ huiusmodi ponenda sint, nec ne. Vbi admonet etiam Alexander dixisse Aristotelẽ ἀξίωμα καὶ πρότασιν, quia vnum & idẽ valẽt. Multa alia loca adferri possunt ex eodem libro, & ex alijs ad huius rei confirmationem, sed his nunc est satis. Quemadmodum autem ἀξίωμα interdum idem valet quòd πρόταση, sic ἀξιοῦν idem quòd προτείνειν, id est, pronuntiare. Quod apparet cùm ex alijs locis, tum maximè

ex.26.cap.secundi libri huius disputationis de priori analysi, vbi in eadem sententia explicanda vtitur vtroque verbo in eadem significatione, sic enim habet ὁτὲ γὰρ ἀξιώσῃ παντὶ ὑπάρχειν, ἐνίσταμεθα, ἢ ὅτι οὐδενί, ἢ ὅτι τινὶ οὐχ ὑπάρχει, id est, cùm enim pronuntiauerit omni inesse, instãtiam ferimus, aut nulli, aut alicui nõ inesse. Deinde paulò post explicans exemplo hanc sententiam, sic habet προτείνοντος δὴ μίαν εἶναι τὴν ἐναντίων ἐπιστήμην, id est, pronuntiante sanè vnam esse cõtrariorum scientiã, &c. In eadem significatione vtitur hoc verbo. ἀξιοῦν in primo libro, cap.35. Interdum iungit verbum cum nomine, vt.8. Physico.cap.1. Vbi reprehendens Empedoclem, qui cùm dixisset vniuersum ipsum partim moueri, partim quiescere, nullam eius rei causam reddiderit, sic ait, ἀλλὰ μὴν τοῦτό γε τὸν λέγοντα μὴ ἀποφαίνειν μόνον, ἀλλὰ καὶ τὴν αἰτίαν αὐτὸς λέγειν, καὶ μὴ τυγχάνειν μηδὲν, μηδὲ ἀξιοῦν ἀξιώματα ἄλογον, ἀλλ' εἶναι παραγωγὴν καὶ ἀπόδειξιν φέρειν, id est, sed oportet eum, qui hoc dicit, non solùm enuntiare, verùm etiam causam eius reddere, atq; nihil constituere, nec pronuntiare pronuntiatum, non reddita ratione, sed aut inductionem, aut demonstrationem adferre. Sic igitur in hoc loco, quem nũc obseruamus verbum ἀξιοῦν pronuntiare significat, propterea verti pronuntiare, non postulare, vt quidam.

6 Magis autem redditur manifestum in demonstrationibus Mathematicis, &c. Quamquam exemplum hoc quadam ex parte sit explicatum, & dilatatum in Paraphrasi. Tamen adhuc eget maiori expositione. Ad quam demonstrationem explicandã constituenda sunt aliquot principia, tam simplicia, quàm composita. Simplicia sunt, circulus est figura plana vnica linea contenta, in cuius medio centrum est, à quo omnes lineæ ductæ ad circunferentiam sunt æquales. Diameter circuli est linea recta, quæ ducitur ex vna parte circũferentiæ ad alteram, trãsiens per cẽtrum, diuidẽs circulum in duas partes æquales, atq; hæc ex primo elemẽtorũ. Rursus anguli semicirculi sunt, qui fiũt ex diametro, & circũferẽtia circuli. Anguli sectionis sunt, qui fiũt ex circũferentia circuli & linea recta, quæ ducitur ab vna parte circunferentiæ ad alteram, nec transit per cẽtrum. Isosceles, seu æquicrurũ est triãgulum cõstans duobus lateribus æqualibus, & vno inæquali, quod aut est lõgius quouis alio,

uis alio, aut breuius. Basis est hoc ipsum latus inæquale, quod substernitur duobus æqualibus. Deinde constituendæ sunt duæ hypotheses. Prima est, omnes anguli semicirculi sunt inter se æquales. Secũda, anguli sectionis, qui sunt oppositi, sunt inter se æquales, ex.21.tertij elemẽtorum. His ita constitutis demonstrãdum est in isoscele angulos supra basim æquales esse. Describatur igitur circulus a b c d, cuius duæ sint dimetientes diuidẽtes circulum in quatuor partes a c, & b d. Rursus ducatur linea ex d in c, quæ cum duobus semidiametris efficiat triangulũ isosceles, cuius basis sit linea d c. Vt ex hac linea, & circunferentia fiant anguli sectionis d c.



Est ergo cõclusio demonstranda anguli supra hãc basim d c esse æquales, quæ demonstratio constat tribus Syllogismis. Primus est, omnes anguli semicirculi sunt æquales ex prima hypothesi, sed anguli a c, & b d sunt anguli semicirculi, ergo sunt æquales. Secũdus, omnes anguli sectionis sunt æquales, ex secũda hypothesi, sed anguli d c sunt anguli sectionis, ergo sunt æquales. Tertius Syllogismus concludit propositũ Theorema, ab omnibus æqualibus angulis, si æquales auferantur anguli, qui relinquuntur sunt æquales, sed anguli semicirculi, vnus qui fit ex a c in c, & alter ex b d in d, sunt æquales, & ab ipsis auferũtur æquales anguli sectionis d c, ergo qui relinquuntur supra basim e f, sunt æquales. In his tribus Syllogismus inquit Arist. si neutrũ pronuntiatum sumeretur vniuersum, sed aut ambo indefinita, aut particularia, aut nihil cõcluderetur, aut nõ cõcluderetur propositum Theorema, aut peteretur quod in principio est propositũ ad demonstrãdũ. Quæ tria explicata sunt in Paraphasi. Apud Euclidẽ primo libro, propositione.5. explicatur hoc Theorema alia demonstratione.

Universidad de Deusto
Biblioteca

11 *Nisi sumat, si ab ipsis æqualibus, &c.) Meritò dubitaret aliquis quẽ admodum Aristoteles emendet hoc loco Syllogismum propositũ. Dixit enim in præcedente numero vitiosum esse Syllogismum, eò quòd nullum acciperetur vniuersum pronuntiatũ, sumebatur enim propositio indefinita, si ab æqualibus existentibus angulis, æquales auferantur. Atqui hoc loco eandem sumit propositionem sine nota vniuersa, vnde videtur manere idem vitium. Digna res est dubitatione; sed dissolui potest hic nodus ex ijs, quæ habet ipse Aristoteles in extrema sectione libri de Interpretatione, vbi docens enuntiationi, & opinioni affirmanti, magis esse contrariã negationẽ eiusdem attributi, quàm affirmationem attributi contrarij; cùm id explicasset in enuntiationibus indefinitis sine nota vniuersa, subiungit eandem esse rationem in vniuersis, redditq; hãc causam ἢ γὰρ τοῦ ἀγαθοῦ, ὅτι ἀγαθόν, ἢ καθόλου τὸ ἀγαθόν, ἃ αὐτὰ ἐστὶ τῇ, ὅτι ὃ ἂν ἢ ἀγαθοῦ δοξάσαι τις, ὅτι ἀγαθόν. Τῶν δὲ δόξῃ διαφέρει τὸ, ὅτι πᾶν ὃ ἂν ἢ ἀγαθὸν, ἀγαθὸν εἶναι, ὁμοίως καὶ ἐπὶ τοῦ μὴ ἀγαθοῦ id est, opinio enim ipsius boni, quòd bonum sit, si vniuersum existat verbum bonum, idem valet quod ea, quæ sentit id ipsum, quod bonũ est, bonum esse. Hoc autẽ nihil differt ab eo, omne quod bonũ sit, bonum esse. Eadem est ratio in non bono. Vbi admonet Ammonius sentire Aristotelẽ si articulus Græcus iũgatur subiecto, quod sit vox cõmunis & vniuersa, idem valere quod notam vniuersam, vt idem sit τὸ ἀγαθόν quod πᾶν ἀγαθόν. Ex his igitur explicatur hæc dubitatio. In numero præcedente. 10. docet Aristoteles nõ sumi propositionem vniuersam, quia sumitur subiectum propositionis sine articulo, sic enim habent Græca ἔστι ἀπ' ἴσων σσῶν ἦν ὅλων γωνιῶν. Vnde propositio indefinita æquipollet particulari. In hoc autem loco sumitur idem subiectum cum articulo, nam sic habet ἐὰν μὴ λάβῃ ἀπὸ τῶν ἴσων ἴσα ἀφαιρεθέντων. Vbi articulus efficit propositionem vniuersam. Id in Græca oratione facilè dignoscitur, non autem in Latina. Tamen vt aliquo modo id exprimerem, verti Latinè; Nisi sumat, si ab ipsis æqualibus æquales auferantur; vt idem valeat quod, ab omnibus æqualibus, si æquales auferantur. Sed rursus obijceret aliquis Arist. superius cap. primo, explicans exemplis quænam sint pronuntiata indefinita, attulisse pronuntiata cum articulis,*

hæc

hæc enim adfert τῶν ἐναντίων ἐνδέχεται τὴν αὐτὴν ἐπιστήμην, οἷον τὴν ὑγιεινὴν μὴ εἶναι ἀγαθόν. Quare etsi subiectum articulum habeat adiunctum non propterea esse vniuersa pronuntiata, sed indefinita. Respondendum est, esse quidem pronuntiata indefinita, quia non habent actu notam vniuersam: tamen propter articulum æquipollere vniuersis.

Omnem ratiocinationem constare ex tribus terminis. Cap. 25.

ARGVMENTVM.

OMnem ratiocinationem tribus constare terminis demonstratur: quoniã si pluribus constiterit, non vna, sed multæ sunt ratiocinationes, in quibus aut vna cõclusio proximè concluditur multis medijs, aut conclusio proximè concluditur duobus pronuntiatis, deinde pronuntiata per alia priora concluduntur.

1 MAnifestum etiam est omnem demonstrationẽ tribus cõstare terminis, non pluribus. 2 Nisi per alia & alia eadem efficiatur conclusio. 3 Vt si e per a b, & c d. 4 Aut per a b.

1 *ALiud theorema, & consectarium tractatur hoc capite, scilicet omnem ratiocinationem (nam hanc intelligo nunc nomine demonstrationis) cõstare tantùm tribus terminis non pluribus, ita ut constet duobus tantùm pronuntiatis, quæ tribus terminis continentur. 2 Nisi eadem cõclusio per diuersa media colligatur, ac proinde per plura pronuntiata duobus: Tum enim constabit quidem pluribus terminis quàm tribus, tamen ea non est una ratiocinatio, sed plures. 3 Sed multis modis possunt fieri multæ ratiocinationes ad colligẽdam eandem conclusionem. Primò, cum eadem conclusio proximè concluditur per diuersa media, ac diuersa pronuntiata. Vt si hæc conclusio, omnis homo est substantia, primò colligatur per hæc duo pronuntiata, omne animal est substantia, omnis homo est animal, ergo omnis homo est substantia. Deinde per alia duo, quidquid per se existit est substantia, omnis homo per se existit. 4 Secũdo modo fiunt plures ratiocinationes, cùm una & eadẽ cõclusio colligitur eodẽ medio dispositio in diuersis figuris. Vt hæc conclusio, aliquis homo non est albus, potest colligi in tribus figuris sumpto medio Aetiope. Ac primùm in prima figura hac ratione, nullus Aetiops est albus, aliquis homo est Aetiops, ergo aliquis homo*

E. cõclusio.
A. B. duo priora pronuntiata.
C. D. duo posteriora.
A. B. duo pronũtiata in prima figura.

Universidad de Deusto
Biblioteca

5 Et a c. 6 Et b c. 7 Nam plura media eorumdem esse nihil prohibet, cùm autem hæc ita se habent, non vna, sed plures sunt ratiocinationes. 8 Aut rursus cùm vtrunque ex pronuntiatis a b, per ratiocinationem sumptũ fuerit. 9 Vt a per d e. 10 Et rursum b, per f h. 11 Aut alterum inductione, alterum ratiocinatione. 12 Verumetiam hoc modo multæ efficiuntur ratiocinationes; multæ enim sunt conclusiones, vt a, & b, & c. 13 Quòd si non multa, sed vna, ad hunc quidem modum fieri potest eandem cõclusionem per plures effici terminos. 14 Tamen vt c per a b, non potest fieri. 15 Esto enim e conclusio ex pronũ-

C. sumpsit pro e, quod significatcõ clusionem.

A.C. pronũtiata in secũda figura.
B.C. pronũtiata tertiæ figuræ.

none st albus. 5 Deinde in secunda his pronuntiatis, nullũ album est Aetiops, aliquis homo est Aetiops. 6 Tandem in tertia his duobus, nullus Aetiops est albus, omnis Aetiops est homo. 7 Nihil enim uetat adhiberi multa media ad colligendam unam & eãdem conclusionem, uerùm tum non est una, sed multæ ratiocinationes. 8 Tertiò multæ ratiocinationes possunt conuenire ad colligendam eãdem conclusionem, si priùs colligatur proximè ex duobus tantùm pronũtiatis: deinde singula pronũtiata per alia priora probentur, aut priùs ipsa probentur, deinde colligatur proposita conclusio. 9 Vt si in prima ratiocinatione proposita, propositio omne animal est substantia, his duobus pronuntiatis colligatur, omne uiuens est substantia, omne animal est uiuens. 10 Deinde assumptio, omnis homo est animal, per hæc duo: quidquid sentit est animal, omnis homo sentit. 11 Potest etiam altera ex sumptionibus confirmari ratiocinatione, altera inductione, ubi fient duæ ratiocinationes, & una inductio. 12 Constat igitur hac etiam ratione fieri multas ratiocinationes, cùm multæ existãt cõclusiones, sunt enim tres. Prima illa propositio, omne animal est substantia; secunda assumptio, omnis homo est animal: tertia, quæ erat proposita, omnis homo est substãtia. 13 Quod si quis uelit has ratiocinationes non esse multas, sed unam, eò quòd omnes conueniant ad demonstrandam eandem cõclusionem, fatebimur hoc modo colligi unam conclusionem pluribus terminis, quàm tribus, dummodo intelligat eam non esse unam simplicem ratiocinationem, sed compositam ex multis simplicibus. 14 Tamen una simplici ratiocinatione, quæ constat duobus tantùm pronuntiatis, non potest colligi conclusio, nisi per tres tantùm terminos. 15 Sed quod hactenus expositum est subtilius demonstremus. Sit igitur conclusio designata elemento e, ad quam sumantur quatuor pronuntiata, quæ designentur his quator elementis a b c d. Si hæc quidem pronuntiata cõclusura sunt propositam conclusionem, necesse est unum ipsorum ad alterum habere quandam rationem, & habitudinem, qua sint apta ad colligendam conclu-

sionem.

D.E. duo pronũtiata, quę probãt propositionẽ a.
F.H. duo pronũtiata, quæ probãt assump.

tiatis a b c d. Igitur necesse est aliquid ipsorũ aliud ad aliud sumptum esse, alterum vt totum, alterũ vt partem. 16 Hoc autẽ demonstratũ est antea, si ratiocinatio sit, necessarium esse aliquos terminos sic esse affectos. 17 Sit igitur a hoc modo affectũ ad b, colligitur ergo ex ipsis aliqua conclusio; quare aut ipsum e, aut alterum ex c d, aut aliud quippiam præter hæc. 18 Quòd si ipsum e, ex solis a b, constabit ratiocinatio. 19 Pronuntiata verò c d, si quidem ita se habeant, vt alterum sit vt totum, alterum vt pars, aliquid ex ipsis colligetur, scilicet aut ipsum e, aut alterum ex a b, aut præter hęc aliud quippiam. 20 Quòd si ipsum e, aut alterum ex a b, aut plures erunt ratiocinationes, aut, vt fieri potest, accidet

sionem. Nam in primis si futura est ratiocinatio in prima figura, necesse est alterum pronuntiatum, ut totum esse & latius patere, scilicet propositionem; alterum, ut assumptionem habere rationem partis, ac minus patere, atq; omnino sub propositione contineri: aut certè necesse est, uel ambo esse uniuersa, aut saltem unũ uniuersum, alterũ particulare. 16 Iam enim capite præcedẽte, hoc est demonstratũ, sic affecta esse debere pronũtiata in ratiocinatione. Tum etiã aut debere ambo affirmantia esse, aut saltem unum affirmans, alterum negans. Et quod omnium primum esse debet, ut communicent aliquo medio termino. 17 Igitur ex quatuor pronuntiatis, duo priora a b sint ita affecta inter se, ut diximus. Quapropter necessarium erit aliqua ex ipsis sequatur conclusio, aut igitur colligitur conclusio proposita e, aut alterum ex reliquis duobus pronuntiatis c d, aut alia cõclusio ab his omnibus aliena. 18 Quòd si ex duobus prioribus pronuntiatis a b colligitur conclusio proposita e, iam inde manifestum est, ratiocinationem constare ex solis duobus pronuntiatis, ac proinde ex tribus tantùm terminis. 19 Reliqua uerò duo pronũtiata c d, si quidem ita sint affecta inter se, ut sint apta ad colligẽdam conclusionem aliquam, scilicet ut alterũ sit ut totũ & uniuersum, alterũ ut pars, aut particulare, & alia obseruentur, quæ paulò antè diximus, necesse est colligatur ex ipsis aliqua cõclusio: aut igitur cõclusio proposita e, aut alterũ ex duobus prioribus pronuntiatis a b, aut alia cõclusio ab his omnibus aliena. 20 Si quidẽ colligatur cõclusio proposita e, aut alterum ex duobus prioribus pronuntiatis a b, quibus proximè colligitur conclusio e, plures efficientur hoc modo ratiocinationes pertinentes ad eandem conclusionẽ. Aut si quis uelit esse unam ratiocinationem, colligetur quidem una conclusio per plures terminos tribus eo modo, quo ante diximus fieri posse, scilicet non esse eam unam simplicem ratiocinationem, sed compositam ex multis

idem per plures terminos concludi. 21 Si verò aliud quippiam præter hæc, plures erunt, & minimè cohærentes inter se ratiocinationes. 22 Si autem non ita se habeat c ad ipsum d, vt efficiãt ratiocinationem, frustrà sumpta erunt, nisi aut inductionis, aut occultationis, aut alterius rei similis gratia. 23 Quòd si ex pronuntiatis a b non ipsum e, sed alia quæpiã efficiatur conclusio, ex pronuntiatis verò c d, aut alterum horum, aut aliud quippiam præter hæc, plures etiam efficiuntur ratiocinationes, nec eius quod propositum est, propositum enim fuit, esse ratiocinationem ipsius e. 24 Si verò ex pronuntiatis c d, nulla efficitur conclusio, euenit inde frustrà fuisse sumpta, nec esse ratiocinationem eius, quod initiò propositum est. 25 Itaque manifestum est omnem demõstrationem, atque omnem ratiocinationem ex tribus tantùm constare terminis.

simplicibus 21 *Si autem ex pronũtiatis c d sequatur conclusio aliena a proposita conclusione e, & a duobus illis pronuntiatis a b, ex quibus sequitur e, fient etiam hoc modo plures ratiocinationes, tamen disiunctæ, nec ulla ratione cohærentes inter se, cùm non pertineãt ad eandem conclusionem.* 22 *Si verò duo posteriora pronuntiata c d, non sint ita affecta, ut possint aliquam colligere conclusionem, frustrà sumuntur eiusmodi pronuntiata. Nisi sint eiusmodi pronuntiata, quæ per inductionem probent aliquam ex sumptionibus; aut sumãtur præter pronuntiata necessaria ad occultandam conclusionem, ne scilicet intelligat respondens, cùm tot proponantur pronuntiata, quæ nam sit futura conclusio: aut sumantur ad pondus, & amplificationem disputationis, aut ad eius perspicuitatem, ut dicitur 8. Topico. cap. 1. Hac enim ratione, non sunt superuacanea pronuntiata.* 23 *Si verò ex duobus prioribus pronuntiatis a b, non colligatur proposita conclusio e, sed alia quæuis, ex reliquis duobus c d, aut colligatur alterum ex prioribus pronuntiatis a b, aut alia conclusiõ ab his diuersa, efficiuntur quidem hoc modo plures ratiocinationes, tamen nihil pertinẽt ad propositã conclusionẽ e.* 24 *Si autẽ ex duobus posterioribus pronũtiatis c d, nulla colligatur conclusio, sed tantùm ex prioribus a b, ipsa pronuntiata c d, frustra sumũtur: & ex duobus prioribus non colligitur cõclusio initiò proposita ad concludendum, scilicet e.* 25 *Manifestum igitur relinquitur ex proposita disputatione, omnem ratiocinationem constare tantùm tribus terminis, si modò simplex fuerit, quod erat propositum demonstrandum.*

Scholia

Scholia in cap. 25.

22 *Frustra sumpta erunt, nisi aut inductionis, aut occultationis, &c.) Existimat Burana contra fidem omnium codicum, & interpretum consensum hunc locum deprauatum esse, ac pro ἀπαγωγῆς inductionis, legendũ esse ἀναγωγῆς abductionis, quod pronuntiata inductionis non sumantur frustra, cùm possit per ea altera ex sumptionibus confirmari, quemadmodum docuit paulò superiùs numer. 11. Ego tamen à recepta lectione recedendum non putaui. Nam quãmuis pronuntiata inductionis apta sint ad confirmandam alterã ex sumptionibus, nõ tamẽ, vt ex omnibus vna ratiocinatio cõnectatur, ita vt sint redacta in formã ratiocinationis. Quod apparet apertè ex 8. Top. vbi inter pronuntiata non necessaria, quæ sumuntur præter ea, ex quibus cõnecti tur ratiocinatio dialectica, recenset Aristo. inductionem, idcirco dicit hoc loco frustra sumi. Quòd si propterea frustra non sumitur, inductio, quod per eam confirmetur altera ex sumptionibus, neque abductio frustrà sumetur, cùm per eam iudicio Aristotelis confirmetur assumptio propositi Syllogismi, & iudicio Procli pertineat ad demonstrandum propositum Theorema.*

24 *Si verò ex pronuntiatis c d nulla efficitur conclusio, &c). Sentiunt hoc loco Alexander, & Philoponus pro elementis c d accipiẽda a b, quod de c d iam hoc ipsum docuerit paulò superiùs numero. 22. de pronuntiatis a b id nondum sit explicatum. Hos sequitur Burana reddita etiam causa, cur pro elementis a b sumpserit Aristo. c d. Quam sententiam adeo probarũt typographi Basilienses, vt in contextu apposuerint elemẽta a b, quasi hæc sit vera lectio, in margine verò elementa c d. Tamen quod pace tantorum virorum dixerim, non existimo hoc loco vllam esse faciendam mutationem, sed elementa c d propriè sumpta esse. Pendet enim totus hic locus ex præcedente, in quo docuit, si ex pronuntiatis a b non colligatur conclusio proposita e, sed alia quæppiam, & ex pronuntiatis c d, alterum ex pronuntiatis a b, aut alia conclusio diuersa ab e, fieri multas ratiocinationes, nihil tamen pertinere ad propositam conclusionem e.*

Dicit

Universidad de Deusto
Biblioteca

Dicit autem modò in hoc loco, si ex pronuntiatis a b colligatur alia conclusio ab ipso e, & ex pronuntiatis c d nulla colligatur, hæc pronũtiata c d frustrà sumi, & vnã tantùm ratiocinationem, quæ fit ex pronuntiatis a b, non pertinere ad propositam conclusionem e. Hic mihi videtur verus, & germanus sensus huius loci, quin si pro elemẽtis c d, intelligas a b, totus confunditur, nec potest verbis Arist. accõmodari. Quoniam verba, quæ sequuntur in contextu, nec esse ratiocinationem eius, quod initiò propositum est, non possunt accipere vllam accommodatã interpretationem. Quòd autem docuit superius numero 22. non obest huic interpretationi. Ibi enim sumũtur pronuntiata c d frustra, cùm per pronuntiata a b, colligitur proposita conclusio e.

De numero pronuntiatorum, & antecedentibus ratiocinationibus. Cap. 26.

ARGVMENTVM.

OMnis ratiocinatio simplex constat duobus pronunciatis, tribus terminis, vnde sequitur vna conclusio, si autem sit composita ex antecedentibus ratiocinationibus, pluribus constat, tum terminis, tum pronuntiatis, tum etiam cõclusionibus. Tamen pronuntiata semper sunt vno pauciora, quàm termini, & si pronuntiata paria, termini impares, & contra. Conclusiones non seruant hanc rationem, quia possunt esse plures, quàm termini, & pronuntiata.

1 HOc autem cùm perspicuum sit, manifestum etiam est ex duobus pronuntiatis, & nõ pluribus constare; tres enim termini duo efficiunt pronuntiata. 2 Nisi assumatur aliquid, quemadmodum in principio dictum est, ad perfectionem

SVperiori capite de numero terminorum disputatum est, nunc de pronuntiatorum numero, quæ sunt maiores partes ratiocinationis est differẽdum, atq; obiter de numero conclusionum. Igitur demonstratum antea est omnem ratiocinationẽ, si una & simplex sit, constare tantùm tribus terminis. 1 Ex hoc demonstrato Theoremate sequitur necessariò hoc consectarium, constare quoque omnem ratiocinationem ex duobus tantùm pronuntiatis, & non pluribus: propositione scilicet, & assumptione. Quoniam ex tribus terminis tantùm conflari possunt duo pronuntiata, quæ conueniant uno termino medio. 2 Nisi cùm ratiocinationes imperfectæ, quales sunt secundæ, & tertiæ figuræ, reciprocatione pro-

ratiocinationum. 3 Perspicuum igitur est in qua ratiocinatione non sunt paria pronuntiata, ex quibus efficitur conclusio principalis, (necesse enim est aliquas ex superioribus conclusionibus esse pronuntiata) eam inquam rationem aut nihil ratiocinatione concludisse, aut plura rogasse, quàm erant necessaria ad propositã quæstionem. 4 In ijs ergo ratiocinationibus, quæ sumunt principalia pronuntiata, omnis ratiocinatio constat ex pronũtiatis paribus, & terminis imparibus. Nam vno sunt plures termini, quàm pronũtiata. 5 Conclusiones autem sunt dimidium pronuntiatorum. 6 Cùm autem per antecedentes ratiocinationes concluditur, aut

ne pronuntiatorum, aut per incommodum, reuocantur ad primam figuram, ut per eam probentur; quemadmodum in superioribus dictum fuit, ubi explicabantur tres figuræ. Tum enim ex tribus terminis plura efficiuntur pronũtiata, quàm duo ad colligendum unam conclusionem, quorum alia continentur in secunda, aut tertia figura: alia in prima per reciprocationem. 3 Constat igitur in omni ratiocinatione simplici pronuntiata, quæ sumuntur ad colligendũ proximè propositam conclusionem, quæ principalis est, paria esse, hoc est duo tantùm: quoniam si plura duobus fuerint, aut ea ratio non est ratiocinatio, qualis est inductio, quæ cõtinet plura pronuntiata quàm duo, tum si pronuntiata sint inepta ad aliquid concludendum: aut si est ratiocinatio aliquid rectè concludẽs, plura sumũtur, quàm sunt necessaria ad cõcludendam propositam cõclusionem: ut si ea pertineant quidem ad aliquam conclusionem, nõ tamen ad propositam, aut si pertineãt ad propositam, non tamen necessariò, cùm ex solis duobus possit colligi proposita conclusio. Diximus autem, quæ sumuntur ad colligendum principalem conclusionem, quia fieri potest, ut pronuntiata, quæ colligunt propositam conclusionem, sint conclusiones aliorum pronuntiatorum antecedentium; nihilominus quæ proximè colligunt principalem conclusionem, duo sunt tantùm. 4 Itaq; in omni simplici ratiocinatione, quæ tantùm sumit ea pronuntiata, ex quibus proximè colligitur ipsa cõclusio, ipsa pronuntiata sunt paria & termini impares; quia pronuntiata sunt duo, termini uerò tres.

5 Ipsa uerò conclusio est dimidia pars pronuntiatorum scilicet una; atq; id tantùm, ut diximus, in simplici ratiocinatione. 6 Tamen in ratiocinatione composita, ubi conclusio non tantùm concluditur ex proximis pronuntiatis, sed etiam per antecedẽtes ratiocinationes, quibus pronuntiata principalia, & proxima per alia priora confirmantur, plura sumuntur pronuntiata, quàm duo ad colligendam unam conclusionem. Quia non est una, & simplex ratiocinatio: sed ex multis simplicibus composita; siue media, quæ in

per plura media non continua. 7 Vt si a b, per c d confirmẽtur. 8 Multitudo quidem terminorum eodem modo vno superabit pronuntiata. 9 Aut enim foris, aut in medio ponetur terminus

A. B. propositio, & assũtio principales propositæ conclusionis.
C. medium quo probãt propositio.
D. medium quo probatur assũptio

ipsis sumuntur, sint continua, siue non sint cõtinua. 7 Exempli causa, si sit hæc ratiocinatio: omne uiuens est substantia, omnis homo est uiuẽs, igitur omnis homo est substantia. Et propositio demonstretur sumpto medio corpore, & assamptio sumpto medio animali. Atq; in his dicuntur media non continua, cum in ratiocinationibus antecedentibus exprimuntur conclusiones, quæ sunt pronuntiata ultimæ conclusionis. Vt si propositio ita colligatur, omne corpus est substantia, omne uiuens est corpus, igitur omne uiuens est substantia; similiter si medio animali colligatur assumptio, omnis homo est uiuens, deinde ex his conclusionibus colligatur principalis conclusio, omnis homo est substantia. Media uerò continua sunt, si auferantur interiectæ conclusiones, atque relinquãtur sola pronuntiata, quæ non sunt conclusiones, ex quibus omnibus cohærentibus colligatur ultima & principalis conclusio. Vt omne corpus est substantia, omne uiuens est corpus, omne animal est uiuens, omnis homo est animal, igitur omnis homo est substantia. 8 Itaq; in hac composita ratiocinatione ex continuis pronuntiatis, termini uno sunt plures quàm pronuntiata continua, quemadmodum in simplici. Nam si sumatur medium ad probandum tantùm propositionem: fiunt pronuntiata continua tria, & termini sunt quatuor: si uerò sumatur etiam medium ad probandam assumptionem, fiunt quatuor pronuntiata, & termini quinq;: ut in exemplo proposito, termini sunt substantia, corpus, uiuẽs, animal, homo. Hoc autem est intelligendum de pronuntiatis cõtinuis, quæ tantùm sunt pronuntiata, & non conclusiones. 9 Atq; id in omnibus ita se habet, siue terminus ille, qui assumitur tanquam medium ad probandum prima pronuntiata, interponatur inter terminos principalis ratiocinationis, cùm scilicet pronuntiata probantur per primam figuram, ut uidere licet in exemplo proposito: siue ponatur extra, cùm probatur ipsum pronuntiatum per secundam, aut tertiam figuram, in quibus medium semper extra ponitur. Exempli gratia, si sit hæc ratiocinatio: nullum animal est lapis, omnis homo est animal, ergo nullus homo est lapis. Et propositio probetur in secunda figura per medium expers sensus. Omnis lapis est expers sensus, nullum animal est expers sensus, ergo nullum animal est lapis: unde si detrahatur hæc conclusio, per duo priora pronuntiata, & assumptionem prioris ratiocinationis, colligetur prima conclusio, ex tribus continuis pronuntiatis: ut omnis lapis est expers sensus, nullum animal est expers sensus, omnis homo est animal, igitur nullus homo est lapis. Rursus sit hæc ratiocinatio, omne animal sentit, aliqua substantia est animal, ergo aliqua substãtia sentit. Assumptio potest probarari in tertia figura, sumpto medio homine

ille, qui inferitur. 10 Vtroque verò modo efficitur pauciora esse interualla quàm terminos, ipsa autem pronuntiata æqualia sunt interuallis. 11 Non tamen semper hęc erũt paria, & illi impares, sed commutatim, cùm pronũtiata sunt paria, termini impares; cùm autem termini sunt pares, pronuntiata sunt imparia. 12 Nã vnâ cum termino, vnum additur pronuntiatum, vbicunq; terminus apponatur. 13 Vnde quoniam hæc erãt paria, illi verò impares, necesse est hæc commutari eadem facta additione. 14 Conclusiones autem non amplius habebũt eandem orationem, neq; ad terminos, neque ad pronuntiata. 15 Vno enim addito termino, adduntur

mine, omnis homo est animal, omnis homo est substãtia, ergo quædam substantia est animal. Detracta hac conclusione, fiet ratiocinatio composita ex continuis pronuntiatis, omne animal sentit, omnis homo est animal, omnis homo est substantia, ergo quædam substantia sentit. 10 Tamen siue medium extra ponatur, siue interponatur inter alios terminos, semper ipsa pronuntiata, quæ eodem interuallo nominantur, uno sunt pauciora quàm termini. 11 Neq; semper pronuntiata sunt paria, & termini impares, ut in simplici ratiocinatione, ubi pronuntiata sunt duo, & termini tres; sed cõmutatim, si quidem pronuntiata sunt paria, termini impares; si autem imparia pronuntiata, termini pares. Nam ubi duo pronuntiata, tres termini; ubi tria pronũtiata, quatuor termini; ubi quatuor pronuntiata, quinq; termini, & ita deinceps, ut uidere est in exẽplis propositis. 12 Causa est, quia addito uno termino, unum tantùm adiungitur pronuntiatũ, siue in medio, siue foris apponatur ille terminus. Quamuis enim addito uno termino medio, duo efficiantur pronuntiata, quibus aliud pronuntiatum confirmatur, tamen quia detrahitur hoc ipsum pronuntiatũ sequentis ratiocinationis, quod est conclusio antecedentis, efficitur ut numerus pronũtiatorum uno tantùm augeatur, ut in exemplis propositis licet experiri. Propterea dixi hoc esse intelligendum de pronuntiatis, quæ nõ sunt cõclusiones. 13 Quoniam igitur in simplici ratiocinatione pronuntiata sunt paria, & termini impares, & addito uno termino, uno tantùm crescit numerus pronũtiatorum; necesse est hæc duo, par, & impar uicißim commutari in pronuntiatis, & terminis. 14 At uerò conclusiones, quæ colliguntur ex huiusmodi pronuntiatis, & terminis, iam non habent eandem rationem, nec cum terminis, nec cum pronũtiatis: ut alia sint paria, alia imparia. 15 Causa est quia addito uno termino, adduntur denuò tot conclusiones, quot erant termini præcedentes, dempto uno; ita ut si simplici ratiocinationi, quæ constat tribus terminis, addatur unus, oriuntur præter principalem cõclusionem duæ aliæ, quæ sunt uno pauciores


conclusiones vna pauciores præcedentibus terminis. 16 Ad solũ enim vltimum terminum non efficit conclusionem; ad alios verò omnes. 17 Vt si terminis a b c, adijciatur d, continuò adijciuntur etiam duæ cõclusiones, vna ad ipsum a, altera ad b. 18 Similis est in alijs ratio. Atq; si in medio interponatur ille terminus ad-

res tribus terminis prioribus. Rursus si his quatuor terminis addatur alius, fiũt præter has tres conclusiones, aliæ tres, quæ sunt uno pauciores quatuor terminis, & ita deinceps. 16 Quoniam additis terminis maius extremum, & mediũ de alijs cõcluduntur. Rursus si addita pronuntiata per alia priora probentur, illi etiam termini de alijs concluduntur: solum ultimum extremum principalis ratiocinationis de alio non concluditur. Itaque modò pronuntiata sunt paria, & conclusiones impares, aut contra: modò tam pronuntiata, quàm cõclusiones sunt pares, modò omnes impares. Eadem est ratio, si cum terminis conferantur conclusiones. 17 Sed exemplo res fiet manifesta. Sit illa ratiocinatio antea proposita, omne animal sentit, quædam substantia est animal, ergo quædam substantia sentit, quæ constat tribus terminis, sentit, animal, substantia: si his addatur forte homo, ad probandam assumptionem in tertia figura, ut antea fecimus, efficiẽtur ex omnibus tria pronuntiata continua, omne animal sentit, omnis homo est animal, omnis homo est substantia: in quibus præter principalem conclusionem, quædam substantia sentit, continentur aliæ duæ, una, in qua sentit maius extremum concluditur de termino addito. Nam ex duobus prioribus, omne animal sentit, omnis homo est animal, sequitur omnis homo sentit: altera ubi medium concluditur de minori extremo per terminum additum: ut omnis homo est animal, omnis homo est substantia, ergo quædam substãtia est animal, quæ erat assumptio principalis ratiocinationis. Itaque addito uno termino fiũt quatuor termini, tria continua pronuntiata, & tres conclusiones. 18 Eadem est ratio in omnibus alijs ratiocinationibus, quæ augentur addito termino. Atq; etiã si terminus additus ponatur inter alios: ut cùm fit antecedens ratiocinatio in prima figura, quod in exemplo superiùs tradito cernere licet: sit enim illa ratiocinatio, omne uiuens est substantia, omnis homo est uiuẽs, ergo omnis homo est substantia. Atq; ad probandam propositionem sumatur medium corpus inter substantiam, & uiuens, efficientur tria continua pronuntiata. Omne corpus est substantia, omne uiuẽs est corpus, omnis homo est uiuẽs. In quibus præter principalem conclusionem, omnis homo est substantia, continentur aliæ duæ: una, in qua substantia concluditur de uiuente, omne corpus est substantia, omne uiuẽs est corpus, ergo omne uiuens est substantia, quæ erat propositio principalis ratiocinationis. Altera, in qua corpus colligitur de homine, omne uiuens est corpus, omnis homo est uiuens, ergo omnis homo est corpus. Itaque sunt etiam quatuor termini,


A. sentit.
B. animal.
C. substãtia.
D. homo.

ditus, eadem est ratio. 19 Nam ad vnum tantùm terminum non efficiet ratiocinationem. 20 Quare multò plures erunt conclusiones, quàm termini, & pronuntiata.

termini, tria continua pronuntiata, & tres cõclusiones. 19 Nam ut antea diximus, solum ultimum extremum non potest de alio concludi, ut in exemplo proposito homo non potest de alio concludi, quia nihil sumitur pro medio, quod sit minus homine. 20 Atque toties possunt addi termini, ut efficiantur plures conclusiones, quàm pronuntiatæ, & plures etiam, quàm termini. Nam si superiori ratiocinationi compositæ, quæ constat quatuor terminis, addatur alius ut medium, ad probandam assumptionem principalis ratiocinationis, utpote animal: efficiuntur, ut in superioribus dictum est, quinq; termini, & quatuor cõtinua pronũtiata, omne corpus est substantia, omne uiuens est corpus, omne animal est uiuens, omnis homo est animal. At in his quatuor pronũtiatis, & quinq; terminis latent sex conclusiones: una de uiuente, omne corpus est substantia, omne uiuens est corpus, ergo omne uiuens est substantia. Rursus duæ de animali, prima, omne corpus est substantia, omne uiuens est corpus, omne animal est uiuens, ergo omne animal est substantia. Secunda, omne uiuens est corpus, omne animal est uiuens, ergo omne animal est corpus. Tandem tres de homine. Nam primùm ex omnibus quatuor pronuntiatis, sequitur principalis conclusio, omnis homo est substantia: deinde ex tribus præter primum: omne uiuens est corpus, omne animal est uiuens, omnis homo est animal, sequitur omnis homo est corpus. Demum ex duobus posterioribus omne animal est uiuens, omnis homo est animal, sequitur omnis homo est uiuens, quæ erat assumptio principalis ratiocinationis. Cùm ergo ex quatuor pronuntiatis, & quinq; terminis colligantur sex conclusiones, constat conclusiones esse plures, quàm pronuntiata, & quàm terminos. Quòd si his rursus adderetur alius terminus ad probandam primã propositionem, omne corpus est substantia, essent omnes sex termini, quinq; continua pronuntiata, & decem conclusiones, & ita deinceps, quod quisq; per se potest experiri.



Tabula, qua docetur ex quatuor pronuntiatis continuis sequi sex conclusiones.



Scholia in cap. 26.

1 HOc autem cùm perspicuum sit, manifestum etiã est ex duobus pronuntiatis, & non pluribus constare, &c.) Quod hoc loco docet Aristoteles, putat Alexander conclusionem esse collectam ex tota disputatione capitis superioris; vnde videbatur tota hæc pars contextus iungenda capiti præcedenti. Tamen quia hinc sumit occasionem omnis disputatio huius capitis de duplici ratiocinatione simplici, & composita, atque de numero pronuntiatorum, terminorum, & cõclusionum in vtraq;, rectè factum est ab ijs, qui Aristotelem in capita distribuerunt, vt ab hoc loco cap. 26. initium duceret. Iam constat ex hoc loco, quod superiùs cap. 4. proposui Syllogismum vno modo appellari, & admodum propriè solam coniunctionem duorum pronuntiatorũ, cùm dicat hîc Aristoteles constare ex duobus pronũtiatis, & non pluribus. Nam conclusio magis est appellãda effectus Syllogismi, & quasi proles, quàm pars. Posset tamẽ aliquis respõdere propterea dixisse Aristotelem constare Syllogismum ex duobus tantùm pronũtiatis, quòd ipse nomine pronuntiati tantùm appellet eam enũtiationem, quæ sumitur ad cõcludendum aliquid, nõ ipsam cõclusionem. Fateor quidem apud Aristotelem semper accipi nomen pronũtiati in hac significatione; quamquam definitio pronũtiati ab eo tradita ipsi conclusioni maximè conueniat: est enim conclusio oratio, quæ affirmat, aut negat aliquid de aliquo,

quo. Immo verò apud Mathematicos, vt docet Proclus. 3. lib. Commentariorum in Euclidem, πρότασις dicitur, quæ proponitur demonstranda, vnde apud Euclidem numerus quæstionum propositionibus designatur. Alexander autem suprà cap. 4. scribit πρότασιν, id est, pronuntiatum genus esse ad quæstionem, sumptionem, cõclusionem, & axioma; tamen addit sumptiones propriè dici pronuntiata, itaque fatendum est hãc esse propriã pronuntiatorũ significationem apud Arist. Nihilominus verum id est, quod docemus solã duorum pronũtiatorũ cõiugationem Syllogismũ esse. Nã cùm instituat Arist. docere hoc capite, & superiore quot, & quæ sint partes Syllogismi, ac ante docuerit partes simplices esse tres terminos, si ipse existimasset cõclusionẽ esse partẽ Syllogismi, dixisset hoc capite constare ex duobus pronũtiatis, & cõclusione: cũ igitur dicat cõstare ex duobus tantũ pronũtiatis, apertè docet sola duo pronũtiata esse partes Syllogismi. Præterea superiùs cap. 22. docuit Syllogismũ accõmodatum ad hãc conclusionẽ, constare ex pronuntiatis accõmodatis ad hãc conclusionẽ; vbi per Syllogismum ad hanc cõclusionem accommodatũ, non potest intelligere nisi solam coniugationẽ duorũ pronuntiatorũ. Idem etiã constare potest ex capite superiore. Rursus infrà lib. 2. cap. 1. docet, omnẽ Syllogismum vniuersum, & particularem affirmantem, concludere duas conclusiones, vnam directè, alterã indirectè, in quam prima reciprocatur, vbi per vnũ Syllogismum concludentem duas conclusiones non potest intelligere, nisi solam compositionẽ duorum pronũtiatorum. Si enim Syllogismus esset tota collectio ex pronuntiatis & conclusione, nullo modo vnus concluderet duas conclusiones, sed vbi essent duæ conclusiones, essent necessariò duo Syllogismi. In quo loco dicit Suesanus Syllogismum apud Peripateticos nunquam accipi, nisi pro ipsis pronuntiatis coniunctis ad aliquod medium. In eadẽ sententia sunt Græci interpretes. Nam figura definitur ab Alexandro (vt diximus superiùs capite. 4. & in breui compendio Syllogismorum, quod fertur sine nomine autoris, communio duorum pronuntiatorũ penes vnũ terminum medium) cõstat autem tres figuras esse tres Syllogismorum species. Philoponus etiã superiùs cap. 1. docet pronuntiatũ, quæstionem, instantiam, & cõclusionem, re ipsa eandem esse orationẽ, sola

ratione

ratione differre, quòd pronuntiatum dicatur, quòd sumitur vt Syllogismi pars, conclusio verò, quatenus Syllogismo cõcluditur. Vbi apertè declarat conclusionem non esse partem Syllogismi, sed solã sumptionem. Ex his satis confirmata relinquitur hæc nostra sententia. Dicitur autem pronuntiatorum compositio Syllogismus, quia ratione aliquid colligit.

6 Cùm autem per antecedentes ratiocinationes, &c). Antecedentes ratiocinationes appello, quas Aristoteles vocat προσυλλογισμοὺς, quibus scilicet confirmantur sumptiones principalis ratiocinationis. Est autem ab hoc loco, vsque ad finẽ capitis tota oratio difficillima. Suesanus, vir satis laboriosus multùm videtur à vera Aristotelis sententia discedere. Alexander, & Philoponus multò melius eam assecuntur, & interpretantur. Tamen dum tribus terminis principalis Syllogismi aliũ addunt cum Aristotele, eum videntur facere minus extremũ, cùm perpetuò terminus ille adiungatur tanquam medium, ad probandã aliquã sumptionem principalis Syllogismi: alioquin non fieret prosyllogismus. In fine capitis, vbi dicit Aristoteles in cõposita ratiocinatione esse plures conclusiones, quàm pronuntiata, & terminos, Suesanus id non satis assecutus, intelligit esse plures, quàm terminos principalis Syllogismi; cùm Aristoteles apertè doceat plures esse quàm terminos totius Syllogismi compositi: Alexãder, & Philoponus rectè totum eum locum interpretantur, quos secuti sumus in Paraphrasi, vbi explicauimus ex quatuor pronuntiatis, & quinque terminis, sequi sex conclusiones. Hoc tantùm obseruandum est, in eo Syllogismo cõposito, qui constat quatuor terminis, & tribus pronuntiatis, non esse conclusiones plures terminis, nec pronuntiatis, quia tantùm sunt tres conclusiones. In alijs omnibus, qui constãt quinque terminis, aut sex, aut pluribus, semper esse plures conclusiones, quàm pronuntiata, & terminos.

Quænam quæstiones faciliùs, aut difficiliùs confirmentur, aut refutentur. Cap. 27.

ARGVMENTVM.

CVM quatuor sint quæstionum genera, quæ ratiocinationibus concluduntur, vniuersæ faciliùs refutantur, quàm confirmantur, quia refelluntur per plures figuras, & modos: contrà verò particulares faciliùs confirmantur.

Quoniam

QVoniam autem intelligimus de quibus habeãtur ratio-
1 cinationes, & quale sit quod in quaq; figura, quotque modis demonstretur, 2 perspicuũ nobis est etiã qualis quæstio difficilis, qualis què facilis ad probandum existat. Nam quæ in pluribus figuris, atq; per plures casus concluditur, facilior: quę autem in paucioribus, & per pauciores casus probatur, est difficilior. 3 Ac quidem vniuersa affirmãs per primam figuram demonstratur tantùm, & per eam vno modo. Negans autem per primam, & mediam: per primam vno modo, per mediam duobus modis. Particularis affirmans per primam, & vltimam: vno quidẽ modo per primam, tribus autem per vltimam. Negans verò particularis in omnibus figuris demonstratur: præterquam quod in prima vno tantùm modo, in media, & postrema multis modis, in media quidem duobus, in vltima tribus. 4 Perspicuum igitur est vniuersam affirmantem, ad confirmandum esse difficilimam, ad refu-

1 VLtimum cõsectarium, quod ex superiori disputatione colligitur hoc capite pertractatur. Constat enim ex habita disputatione de constructione ratiocinationis in quauis figura omnes ratiocinationes haberi de quatuor quæstionibus vniuersa affirmante, vniuersa negante, particulari affirmante, & particulari negante, & ad eas concludendas pertinere. Tum qualis quæstio, & conclusio in quaq; figura cõcludatur, & quot modis: scilicet in prima figura omnes quatuor, & singulas singulis modis. In secũda solã negantẽ tam vniuersam, quàm particularem, & utranq; in duobus modis. In tertia solam particularem, tam affirmantem, quàm negãtem, & utranq; in tribus modis. 2 Ex his igitur intelligere possumus quænam quæstio facilior sit ad concludendum: & probandum: quæ autẽ difficilior. Nam ea, quæ in pluribus figuris, & modis concluditur, multò profectò erit facilior ea, quæ in paucioribus figuris, & modis. 3 At quæstio quidem vniuersa affirmans tantùm cõcluditur in prima figura, atq; vno modo, scilicet in primo. Vniuersa negans, in prima, & secunda: in primo vno modo, nempe in secundo: in secunda duobus modis, nempe in primo, & secundo. Particularis affirmans concluditur in prima & tertia figura, in prima vno modo, scilicet in tertio, in tertia tribus modis, in primo, tertio, & quarto. Demum particularis negans concluditur in omnibus figuris. In prima vno modo, nempe in quarto: in secunda duobus modis, in tertio, & quarto: in tertia tribus modis, in secundo, quinto, & sexto. 4 Ex his constare potest quænam quæstio faciliùs confirmetur, aut refutetur. Primùm vniuersa affirmans ad confirmandum difficillima

tandum autem facilimam. Atq; omnino est multò facilius euertere vniuersam quæstionem, quàm particularē. 5 Nam si & in nullo, & in aliquo non ineſt, euertitur. Ex his autē, hoc quidem in aliquo non ineſſe, in omnibus figuris demonſtratur: illud verò in nullo ineſſe, in duabus. 6 Eadem est ratio in negantibus, nam si & in omni, & in aliquo ineſt, euertitur quod à principio est propositū; hoc autem concludebatur in duabus figuris. 7 In particularibus autem vno modo, si in omni, aut in nullo ineſſe demoſtres. 8 Ad confirmandum autem faciliores ſunt particulares, quoniam in pluribus figuris, & per plures modos concluduntur. 9 Atq; omnino ignorandum non est, per ſe mutuò refutari poſſe quæſtiones, ſcilicet vniuerſas, per particulares, & has per vniuerſas.

ficillima est, ad refutādum facillima. Atq; omnino omnis quæstio uniuersa multò facilius refellitur, quàm confirmatur. 5 Itaque uniuersa affirmans facilinē refellitur, quia per contrariam uniuersam negantem, & per contradicentem particularem negantem euertitur: ut hæc, omnis uoluptas est bonum, per hanc, nulla uoluptas est bonum, & per illam, aliqua uoluptas non est bonum. Ex quibus uniuersa negans, ut diximus, in duabus figuris concluditur, particularis negans in omnibus. Nam illa quæstio dicitur facilior ad concludendum, tam confirmando, quàm refutādo, quæ in pluribus figuris, & modis concluditur. 6 Simili ratione uniuersa negans facilè refutatur, quia per contrariam uniuersam affirmantem, & per contradicentem particularem affirmantē euertitur. Particularis antē affirmans, ut diximus, concluditur in duabus figuris, in prima uno modo, & in tertia tribus modis. 7 Particulares autē quæstiones difficilius refutantur, quia tantùm euertuntur per uniuersas contradicentes. Particularis affirmās per negantē uniuersam, ut hæc, quædam uoluptas est bonum, per illam, nulla uoluptas est bonum. Particularis uerò negans per uniuersam affirmantē. Nō autē potest particularis euerti per subcontrariā particularem, quia poßūt esse simul ueræ. 8 At uerò si confirmationē spectemus, res cōtrà se habet. Nā particulares quæstiones multò facilius confirmantur, quàm uniuersæ. Propterea quòd, ut diximus, concluduntur in pluribus figuris, & modis. Particularis affirmans in prima, & tertia, negans in omnibus. 9 Atq; omnino, ut paucis rem omnem complectamur, hoc generale præceptum tenendum est, quæstiones uniuersas, & particulares, per se mutuò refutari. Nam si ostendamus aliquam uoluptatem non esse bonum, refutamus uniuersam affirmantem, omnis uoluptas est bonum: & si demonstremus omnem cygnum esse album, refutamus illam, aliquis

cygnus

10 Non autē confirmari poſſe vniuerſas per particulares, ſed cōtrà particulares per vniuerſas. 11 Simul etiam manifeſtum est facilius eſſe refutare, quàm confirmare. 12 Ex ijs igitur, quæ hactenus dicta ſunt, perſpicuum relinquitur, quemadmodū omnis efficiatur ratiocinatio, atq; ex quot terminis, & pronuntiatis, & qua ratione inter ſe affectis cōstet. Tum etiam qualis quæſtio in quaq; figura, & qualis in pluribus, qualisq; in paucioribus demonſtretur.

cygnus non est albus ſimilis est in alijs ratio. 10 Non autem confirmantur per se mutuò, ſed particulares quidem confirmantur per uniuersas, ſi enim demonſtremus omnem uoluptatem esse bonum, ſimul demonſtramus aliquam uoluptatem esse bonum. Tamē uniuerſæ non confirmantur per particulares. Non enim ſi demonſtremus aliquam uoluptatē esse bonum, inde ſequitur omnem uoluptatem esse bonum, eadem est ratio in negantibus. Ex his conſtare poteſt quod docuimus, uniuerſas ſcilicet quæſtiones faciliùs refutari, confirmari difficiliùs, contrà particulares faciliùs confirmari. Nam uniuerſæ tantùm confirmantur per ſe ipſas, ſcilicet, ſi ipſasmet concludamus: refelluntur autem per ſe ipſas, & pē particulares: hoc eſt, euertitur uniuerſa quæſtio per uniuerſam contrariam, & per particularem contradicentem. Particulares autem tantùm refelluntur per uniuerſas contradicentes, confirmantur uerò per ſe ipſas, & per uniuerſas. 11 Vnde hoc generale conſectarium colligi poteſt, facilius eſſe ſimpliciter refutare, quàm confirmare. Quod in uniuerſis quæſtionibus iam eſt demonſtratum, in omnibus tamen ſimpliciter hoc ſolo nomine uerum eſt conſectarium, quia uniuerſæ, & particulares quæſtiones refelluntur per ſe mutuò, ut dictum eſt, non autem per ſe mutuò confirmantur. In ijs etiam quæ natura, & arte fiunt uidemus facilius eſſe rem omnem deſtruere & interimere, quàm conſtituere. 12 Atq; hic abſoluitur prima ſectio huius libri, in qua explicatum eſt quemadmodum omne genus ratiocinationis cōſtruatur, ex quo numero terminorum, & pronuntiatorum conſtet, qualis quæſtio concludatur in quaq; figura, & quibus in modis.

SECVNDA SECTIO.

De paranda copia pronuntiatorū, & ratiocinationū. Cap. 28.

ARGVMENTVM.

DOCETVR ars, qua poſsit parari copia pronuntiatorū ad diſputandum. Primū explicatur diuiſio quædam omnium quæ ſunt. Deinde traditur ars, ſumenda eſſe cōſequentia, antecedentia, & repugnātia rei, de qua diſputatur, non remota, ſed proxima. Tum inſpiciendū eſſe, quæ reuera conueniāt, quæ ex opinione, quæ vt plurimū.

1 NVnc iam explicandum est quemadmodum suppetat nobis ratiocinationum copia ad id, quod propositum est, quaque via accipiamus principia ad vnumquodque accõmodata. 2 Nec enim solùm spectare oportet ratiocinationũ cõfectionem, verùm etiam habere efficiendi facultatẽ. 3 Omniũ autem quæ sunt, alia quidem sunt eiusmodi, vt de nullo alio dicãtur verè in vniuersum, vt Cleon, & Callias, atq; omnino singulare, & sensile; de his autem alia dicũtur, nam vterque horum est homo, & animal. 4 Alia verò, quæ ipsa quidem de alijs dicuntur, de ipsis autem alia priora non dicuntur. 5 Alia demum, quæ & ipsa de alijs dicuntur, & de ipsis alia. Vt homo de Callia, & de homine animal. 6 Esse igitur quædã corũ, quæ sunt, quę de nulla re nata sunt dici, manifestum est. Nam vnumquodque ferè sensilium eiusmodi est, vt de nullo dicatur: præterquã ex accidẽte; dicimus enim interdum album illud Socratem esse, & id quod accedit Calliam.

* *Cvm tres habeat sectiones hic liber, in prima explicatum est quẽadmodum cõponenda sit omnis ratiocinatio, & ex quauis coniugatione, qualis sequatur conclusio.* 1 *Nunc docendum est in secunda sectione, quo pacto possimus nobis comparare copiã pronuntiatorum, & ratiocinationum, atque omnino inuenire medium accommodatum, & accõmodata pronuntiata ad disputandam quamcunque propositam quæstionem.* 2 *Neque enim satis est ad perfectionem artis intelligere quâ ratione propositis terminis fit cõficienda ratiocinatio, sed etiam oportet proposita quauis quæstione ad disputandum, habere facultatem excogitandi medium, atque omnino ratiocinationem ad eam quæstionem pertractandam, ex ueris quidem sumptionibus. Ac primùm de copia pronuntiatorũ agendum est hoc capite.* 3 *Cui rei tradenda est prius quædam rerum diuisio. Omnium enim, quæ sunt, alia quidem talia sunt, ut de alia re uerè omnino non dicantur, qualia sunt singularia, ut Socrates, Cleon. Quia sub his nihil continetur de quo dici possint, aut si quando dicantur de re aliqua ex accidenti; nõ tamen cum nota uniuersa, dicimus enim aliquem hominem, aut sedentem esse Socratem: nõ uerò omnem hominem, aut sedentem Socratem esse.* 4 *Alia uerò sunt, quæ ipsa dicuntur de alijs, de ipsis tamen non dicuntur alia priora, ut suprema genera, de quibus non dicuntur alia genera superiora.* 5 *Alia denique sunt, quæ & ipsa dicuntur de alijs, & de ipsis alia, ut omnia genera interiecta, & species infimæ. Vt homo dicitur de Callia & Socrate, & alijs: & de homine dicitur animal.* 6 *Atque ut singulas partes huius diuisionis explicemus,*

7 Quòd autem sursum versus progredientibus sistendum sit alicubi, rursum explicabimus. Nunc autem hoc constitutum esto, nõ licere de his attributum aliud demonstrari, nisi ex opinione, sed hæc de alijs: nec singularia de alijs, sed alia de ipsis. 8 Quæ autẽ intercedunt, perspicuum est vtroque modo se habere posse; quoniam & ipsa de alijs dicũtur, & alia de ipsis. Ac ferè disputationes, & considerationes de his maximè habẽtur. 9 Oportet autem in vnoquoq; horum ita sumere pronuntiata. Primum omnium proponendum est id de quo agitur; tum definitiones, & quæcumque propria sunt ipsius rei. 10 Deinde post id quæcũque rem consequuntur, & quæ ipsi rei accidunt. Deinde ea quæ ex necessitate sequuntur ipsa pronuntiata, si pauca sint. Plura autem, si ex pluribus constent. Nam quo plura, eo plus habebit ratiocinationis. Ea autem quæ ex necessitate sequuntur, sumenda sunt, quæ communia sunt omnibus, aut plerisque. Nam quo communiora, eo plus habebit ratiocinationis. Quæ uerò ex opinione, quæ probabilia sunt, & quæ omnibus, aut plerisque uidentur. Nam sine his non erit ratiocinatio. Quæ uerò neque ex necessitate, neque ex opinione, ea falsa esse oportet. Nam quæ falsa non sunt, ea neque ex necessitate, neque ex opinione sequuntur. Falsum autem sumere oportet, quæ ab his, quæ ex arte, aut alia quauis scientia sunt, ea falsa sunt. Ut Geometram non oportet ratiocinari falsum, neque eum, qui ratiocinatur de re aliqua, ut ille dicit. Non enim ad hoc quisquam ratiocinatur, sed ad ea, quæ ipsa sunt, aut esse uidentur. Nam ipsa ratiocinatio in his rebus uersatur. Quæ uerò ex opinione, quæ probabilia sunt, & quæ omnibus, aut plerisque uidentur. Nam sine his non erit ratiocinatio. Quæ uerò neque ex necessitate, neque ex opinione, ea falsa esse oportet. Nam quæ falsa non sunt, ea neque ex necessitate, neque ex opinione sequuntur. Falsum autem sumere oportet, quæ ab his, quæ ex arte, aut alia quauis scientia sunt, ea falsa sunt. Ut Geometram non oportet ratiocinari falsum, neque eum, qui ratiocinatur de re aliqua, ut ille dicit. Non enim ad hoc quisquam ratiocinatur, sed ad ea, quæ ipsa sunt, aut esse uidentur. Nam ipsa ratiocinatio in his rebus uersatur.

plicemus, constat primum esse quædam in rerũ natura, quæ de nulla re nata sunt dici; ut singularia omnia, & quæ sensibus obiecta sunt, qualia sunt singularia corpora, hæc enim non dicuntur de alia re, nisi ex accidente, & præter naturam. Vt cùm dicimus illud album esse Socratẽ, aut accedẽtem Callia esse: non enim est natura substantiæ dici de accidente, sed potius accidens dicitur de substantia, cùm ipsa accidẽtium existat subiectum. 7 *In ordinibus autem Categoriarum, cùm ab imis sursum progredimur, sistendum esse necessariò in quibusdam supremis generibus, demonstrabimus inferius, primo scilicet libro de Demonstratione. Nunc hoc tantùm tanquam hypothesis constituatur, de huiusmodi supremis generibus nihil posse concludi, quod de ipsis synonymè dicatur, nisi ex eorum opinione, qui putant ens, & unum esse prima genera omnium rerum, ut Plato & alij: unde iuxta horum opinionem poterunt hæc attributa de substantia, & alijs generibus concludi, tamen quia ex opinione tantùm, probabiliter, non autem certò & necessariò, neque synonymè concludentur, poterunt etiam de ipsis aliqua dici ex accidente, & præter naturam, ut si dicamus substantiam esse hominem. Ipsa tamen concluduntur de alijs sibi subiectis, contrà uerò singularia, ut diximus, de alijs non possunt concludi, sed de ipsis alia.* 8 *Quæ uerò interiecta sunt inter suprema genera, & singularia, utramq; habẽt rationem: ipsa scilicet de alijs possunt concludi, & de ipsis alia; quandoquidẽ dicũtur de alijs, & de ipsis alia enũtiantur. Vnde omnes ferè disputationes dialecticorum, & philosophorum cõsiderationes uersantur in his rebus interiectis.* 9 *His ita propositis tradenda est iam ars parandi copiam pronuntiatorum ad disputandum: quæ ars generatim ita potest explicari tribus præceptis. Primum omnium proponenda est quæstio, de qua est futura disputatio; tum diuidenda est in subiectum, & attributum; rursus quærendæ sunt definitiones, & proprietates tam subiecti, quàm attributi.* 10 *Atque omnino, ut uno uerbo rem omnem complectamur, sumenda sunt, quæ sequuntur tam attributum, quàm subiectum, &*

cuntur, & rursus ea, ex quibus res ipsa consequitur. 11 Et quæcunq; non possunt ipsi rei conuenire. Ea verò, quibus res cõuenire nõ potest, sumenda nõ sunt, propterea quòd reciprocatur negans pronuntiatũ. 12 Sũt aũt distinguẽda, quæ rem cõsecuntur, quæcunq; in quæstione quid est dicuntur, & quæ vt propria & quę tãquam accidentia. 13 Atque ex his quænam opinione, quænam reuera dicantur. Nam quò pluribus ex his quispiam abundabit, eò citiùs conclusionem obtinebit: quò autem verioribus, eò magis demonstrabit. 14 Oportet autem deligere non quæ rem aliquã, sed quæ totam consecuntur. Exempli causa, non quæ aliquem hominem, sed quæ consecuntur omnem hominem. 15 Ex pronuntiatis enim vniuersis efficitur ratiocinatio. Si autem indefinitũ exi-

antecedentia, ex quibus partes quæstionis consecuntur, ut homo est antecedens animalis, & animal hominis consequens. Dicuntur enim consequentia hoc loco, quæ in recta argumentatione ex alijs colliguntur, antecedentia uerò, ex quibus alia secuntur. 11 *Secũdum præceptum, ad tractandã quæstionem negãtem sumẽda sunt, quæ repugnãt attributo, uel subiecto. Nõ aũt est necesse tradere particulare præceptũ ad sumẽda ea, quibus repugnat subiectũ, aut attributum: quoniam hæc eadem sunt, cùm pronuntiatam uniuersum negans reciprocetur uniuersè. Si enim nullum animal est lapis, quemadmodum lapis repugnat animali, sic animal lapidi.* 12 *Tertium præceptum, ea quæ subiectum, aut attributum quæstionis consecuntur, distinguenda sunt. Nam alia dicuntur de re in quæstione quid est, & ad rei essentiã pertinent; ut genera, differentiæ, & definitiones. Differentiæ enim hoc ipso dicuntur in quæstione quid est, quoniam ad rei essentiam spectant: alia uerò cõueniant, ut proprietates, alia ut accidentia cõmunia.* 13 *Rursus uidendum est, quænam ex huiusmodi consequentibus rei conueniant opinione tantùm hominum, ex quibus fit ratiocinatio dialectica; quænam reuera & certò. Nam quò pluribus consequentibus abundabit aliquis, eò citiùs inueniet pronuntiata ad concludendam propositam quæstionem: quò autem uerioribus, & magis necessarijs, eò magis quæstionem demonstrabit.* 14 *Præterea in hac arte accipiẽdi antecedẽtia, & consequẽtia, alia tria præcepta obseruãda sunt. Primum, nõ sunt accipienda ea cõsequentia, quæ partem rei secũtur, sed quæ rem totam secuntur. Vt si quærantur consequentia hominis, non sumemus Grammaticum, aut Musicum, aut album, uel nigrum, quæ non conueniunt omni homini, sed alicui.* 15 *Causa est quia ex ijs, quæ rem totam consecuntur, efficiuntur uniuersa pronũtiata, cuiusmodi sumi debent in ratiocinatione: ex ijs autem, quæ partem rei secuntur, particularia fiunt pronũtiata, ex quibus solis nõ*

efficitur

stat pronuntiatum, incertum est an sit vniuersum, quòd si definitũ, periculum est. 16 Simili ratione deligenda sunt antecedentia, ex quibus totis res consequitur; 17 propter causam explicatã. 18 Nõ est autem sumendum consequens totũ consequi; dico autem vt ex homine sequi omne animal, aut ex musica sequi omnem scientiam: sed tantùm simpliciter sequi, quemadmodum pronuntiamus. 19 Alterum enim inutile est, & impossibile. Vt omnem hominem esse omne animal, aut iustitiam omne bonum. 20 Sed id, ex quo illud sequitur omne dicitur. 21 Cùm autem sub aliquo continetur, quod propositum est, cuius sumenda sunt consequentia, non sunt in his deligenda, quæ ipsum vniuersum consecũtur, aut non consecuntur. Iam enim in illis sumpta sunt. Quęcũq; enim secuntur animal, hominem etiam secuntur. Similiter quæ in animali non insunt, nec in homine.

efficitur ulla ratiocinatio. Fiunt etiam ex ijs, quæ partem secuntur indefinita pronuntiata, quæ inepta sunt etiam ad ratiocinationem, quia incertum est an sint uniuersa, ut homo est albus. Si autem definiãtur nota uniuersa, constat uniuersa esse, & attributum toti subiecto conuenire. 16 *Simili ratione non sunt accipiẽda ea antecedentia, ex quibus res proposita sequitur ex parte, sed ex quibus totis sequitur; ut si quærantur antecedentia animalis, non sumemus album, aut nigrũ, aut animatum, quia non omne album est animal: sed sumemus hominem, aut leonem, aut sentiens;* 17 *propter eandem causam iam explicatum, quia ex illis antecedentibus non fiunt uniuersa pronuntiata, sed particularia, ut aliquod album est animal.* 18 *Non est autem sumendum consequẽs, ut totam rem sequatur cum nota uniuersa: ut si dicamus ex homine sequi omne animal, aut ex musica omnẽ scientiã. Sed tãtùm simpliciter sequi sine ulla nota, quemadmodum efficimus pronũtiata. Non enim dicimus omnem hominẽ esse omne animal, sed esse animal,* 19 *Nam altera nota quæ adhibetur attributo inutilis est, cùm nihil conferat ad ratiocinationem: & efficit pronuntiatũ impossibile. Impossibile enim est omnem hominem esse omne animal, & iustitiam esse omne bonum.* 20 *Sed antecedenti, ex quo sequitur quod propositum est, adhibetur nota uniuersa, ut omnem hominem esse animal.* 21 *Secundum præceptum, cùm subiectum, aut attributum quæstionis, cuius quæruntur consequentia, continetur sub aliquo attributo uniuerso, non sunt accipiẽda consequentia remota, quæ secuntur illud attributum uniuersum, sed consequentia proxima: quoniam in his potestate continentur remota, ut qui sumat proxima, sumat etiam remota*

Nota vniuersa nõ adhibetur attributo: Aristote. in lib. de Interpretatione.

sit necesse,

22 Sumenda sunt autem quæ sunt cuiusque rei propria. Sũt enim quædam speciei propria, præter genus: quia necesse est diuersis formis propria quædam conuenire. 23 Neq; sanè ipsi vniuerso deligẽda sunt ea, ex quibus sequitur quod sub eo cõtinetur. Vt animali ea, ex quibus sequitur homo. Necesse enim est, si ex homine sequitur animal, ex his etiam omnibus consequi. 24 Hæc autem aptiora sunt ad hominis delectum. 25 Sunt autẽ accipienda, quæ vt plurimum secuntur, & ea, ex quibus, vt plurimum sequitur. 26 Earum enim quæstionum, quæ vt plurimum se habent, Ratio-

sit necesse: ut si quærantur consequentia hominis, qui sub animali cõtinetur, non sumemus corpus, aut substãtiam quæ secuntur animal, sed quæ proximè secuntur hominem. Quoniam quidquid sequitur animal, & ipsi conuenit, sequitur etiam hominem unde accipimus hac ratione plura pronuntiata de re proposita. Eodem modo, nec sunt accipienda repugnantia remota, ut quæ repugnant animali, sed proxima. Nam quod animali repugnat, homini quoque repugnat. 22 *Itaque accipienda sunt primũ ea consequentia, quæ propria sunt ipsius rei. Nam omnis species habet sua propria consequentia, præter ea, quæ genus consecuntur, ita ut diuersis formis, diuersa propria cõueniant: ut hominis propria consequentia sunt, rationis esse participem, & capacem disciplinæ, & alia. Sunt eodem modo accipienda propria repugnantia, quæ ita repugnent speciei, ut non repugnent generi: ut homini esse expertem rationis.* 23 *Simili ratione si id, quod est propositum, uniuersum existat, habens sub se subiecta adhuc etiã uniuersa, & quærãtur eius antecedentia, non sunt accipienda antecedentia remota, quæ subiectum antecedunt, sed proxima, quæ ipsum uniuersum propositũ proximè antecedunt: ut si propositum est querere antecedentia animalis, non sumemus antecedentia hominis, ut Philosophum, aut Musicum, aut Socratem: sed ipsum hominem, aut leonem, aut alia similia; quoniam in homine, qui antecedit animal, sumimus ea quæ hominem antecedunt; si enim ex homine sequitur animal, sequetur etiam ex philosopho, ex Socrate, atq; ex ijs omnibus, ex quibus sequitur homo.* 24 *Hæc autem antecedentia remota animalis, quæ hominem proximè antecedunt, sunt magis accommodata ubi proponitur homo ad disputandum, & eius sunt accipienda antecedentia.* * *Quoniam autem hec ars non tantùm seruit Demonstrationibus, sed etiam rationibus dialecticis, & rhetoricis, quæ uersantur in rebus, quæ ut plurimũ ita se habent, & probabiles sunt: Propterea traditur tertium præceptum.* 25 *Cùm quæstio proposita ex ijs est, quæ ut plurimum ita se habent: sumenda sunt consequentia, quæ ut plurimum rem secuntur, & antecedentia, ex quibus res ut plurimum sequitur.* 26 *Quoniam ad quæstiones, quæ ut plurimum sunt ueræ, sumenda sunt pronũtiata, ut*

plurimum

cinatio ex pronũtiatis vt plurimum se habẽtibus cõstat, aut omnibus, aut quibusdam. Similis est enim cuiusque cõclusio ipsis principijs. 27 Præterea non sunt deligenda quæ omnibus sunt consequentia; nõ enim efficietur ex ipsis ratiocinatio. Qua verò de causa, in ijs, quæ secuntur fiet manifestum.

plurimum uera, aut omnia, aut aliqua. Nam ex omnibus necessarijs necessaria sequitur cõclusio: qualia enim sunt principia, talis est cõclusio. 27 *Est præterea aliud præceptum. Non sunt accipienda ea consequentia, quæ secuntur utramq; partem quæstionis subiectum, & attributam; quoniam ex ijs fiet ratiocinatio ex duobus pronuntiatis affirmantibus in secunda figura, quæ inutilis est omnino: sed hoc præceptum copiosius tractabitur capite sequenti.*

Scholia in cap. 28.

7 *Nisi ex opinione, &c.) Tribus modis interpretatur Alexãder hæc verba. Vno, ex opinione eorum qui putãt ens, & vnum esse prima rerum genera, quæ refertur ab ipso Aristote. 3. Metaphy. cap. 3. poterũt de decem Categorijs alia superiora concludi: altero modo probabiliter, & dialecticè. Verùm hi duo modi non differunt. Id enim dicitur probabile, quod est positũ in hominum opinione: nam primo Topico definiuntur probabilia ab Aristo. quæ videntur omnibus, aut multis, aut sapientibus, &c. Tertius interpretandi modus est, vt de supremis generibus dicantur inferiora præter naturam, vt substãtia est homo; quæ interpretatio minus quadrat, quàm aliæ. Sed posset aliquis dubitare hoc loco. Si ens, & eius affectiones, quæ vulgò dicuntur transcendentes, sunt attributa superiora Categorijs, quæ necessariò de ipsis dicuntur; nam ea considerat primus Philosophus, qui non versatur in probabilibus, sed in necessarijs; iam poterũt concludi de Categorijs aliqua attributa, nõ quidem ex opinione, sed necessariò, & reuera. Respõdendum est, ens iudicio Aristo. dici de substantia, non tanquam significans rationem superiorem, & diuersam à ratione substantiæ: alioquin esset verum genus, sed ita vt significet eãdem rationem substantiæ. Immo verò propria ratio entis est ratio substãtiæ, vt docet ipse Arist. 7. Methaphy. cap. 1. cùm autem dicitur de quãtitate, significat ipsam rationem quantitatis: & cùm dicitur de qualitate, ipsam rationem qualitatis; quod docet. 8. Metaph. cap. vltim. Pro-*

 pterea

pterea alia ratione dicitur ens de accidẽte, & alia de substantia. Alia verò sunt affectiones entis, quæ non differunt re ab ipso ente. Docet ergo hoc loco, de decem supremis generibus nõdici synonymè alia attributa superiora, quæ significẽt rationem superiorem, & diuersam ab ipsis Categorijs.

23 *Neque sanè ipsi vniuerso deligẽda sunt ea, &c.) In omnibus Græcis exemplaribus, quæ ego viderim, & in contextu, qui fertur in Commentarijs Græcis Alexãdri, & Philoponi, legitur hic locus hoc modo,* οὐδὲ δὴ τὸ καθόλου ἐκλεκτέον οἷς ἕπεται τὸ περιεχόμενον, *id est, neque ipsum vniuersum eligendum est ijs, quæ sequitur id, quod continetur. Atq; eodem modo legit, & interpretatus est Boëthus, tum etiam Argyropylus, ac tãdem Perionius, & Firminus, præter Suesanũ, qui illud* τὸ καθόλου *interpretatur vniuersaliter & omnino, sed minus rectè. Proculdubio tamẽ corruptus est hic locus, ac legi debet* ἐδ' ἑκάστῳ καθόλου ἐκλεκτέον, *&c. neque ipsi vniuerso eligenda sunt; vt articulus ille* τῷ *sit dandi casus. Id primùm apparet, quia explicans Aristote. hoc præceptum vniuersum sumpto exemplo animalis, sic statim subiungit* οἷον ζῴῳ, οἷς ἕπεται ἄνθρωπος, *id est; vt animali ea, ex quibus sequitur homo. Vbi casus ille dandi* ζῴῳ *respõdet* τῷ καθόλου. *Deinde ita hũc locum interpretantur in suis Commentarijs Alexander, & Philoponus. Nam præsertim Philoponus expressè admonet ita legendum esse. Agnouit etiam hanc lectionum Franciscus Burana. Videtur enim hic locus respondere superiori, qui designatur num. 21. Vbi docuit cùm res proposita, cuius quæruntur consequentia, cõtinetur sub aliquo vniuerso attributo, non esse sumenda consequentia attributi vniuersi, sed quæ proximè secuntur rem propositam. Nunc autem tradit hoc preceptũ, si illud attributum vniuersum proponatur ad disputandum, & quærantur eius antecedentia, non esse accipienda antecedentia remota, quæ antecedunt subiectum contentum sub vniuerso, sed quæ proximè ipsum vniuersum antecedunt: quæ autẽ antecedunt subiectum, tum esse accipienda, vbi de ipso subiecto quæstio est, & eius quærũtur antecedentia.*

De inuen-

De Inuentione Medij in ratiocinationibus. Cap. 29.

ARGVMENTVM.

AD probandum quatuor genera quæstionum, scilicet quæstionẽ vniuersam affirmantem, & negantem, particularem etiam affirmantem, & negantem traduntur quatuor præcepta inueniendi Medium, sumpta ex antecedentibus, cõsequentibus, & repugnantibus: explicãtur elementis, refutantur inutilia, & quæ ab alijs tradebãtur.

1 IS igitur, qui aliquid de aliquo toto confirmare velint, spectanda sunt subiecta eius, quod confirmatur, de quibus ipsum dicitur, & consequentia omnia eius, de quo dici oportet. Nam si quippiam horum vnum & idem fuerit, alterũ in altero insit est necesse. 2 Si verò sit propositum concludere non quidem in omni, sed in aliquo inesse, spectanda sunt ea, ex quibus sequitur vtrumque. Si enim aliquid horum vnum, & idem fuerit, necesse est in aliquo inesse.

* RAtio parandi copiam pronuntiatorũ, quæ hactenus explicata est, communis est omnibus quæstionibus. Nunc igitur tradẽda sunt priuata præcepta inueniendi medium accommodatum ad concludendũ omne genus quæstionis ex ueris sumptionibus. Quoniã igitur sunt quatuor quæstionũ genera, quæstio scilicet uniuersa affirmans, particularis affirmans, uniuersa negãs, & particularis negãs, quatuor sunt potißimùm huius artis præcepta & formulæ. 1 Primum igitur præceptum est, ad concludendam quæstionem uniuersam affirmantem, primùm est diuidenda in subiectum, & attributum; tum sunt inspicienda omnia subiecta, & antecedentia attributi, de quibus dicitur ipsum attributum: rursus ea, quæ consecuntur subiectum. Quòd si in his reperiatur aliquid, quod unum & idem antecedat attributum, & sequatur subiectũ, id erit medium accommodatum ad concludendam quæstionem propositam. Vt si uelimus concludere omnem hominem esse substantiam, quia substantiã antecedunt animal, uiuens, corpus, & alia, ac eadem secuntur hominem, unumquodq; ex his erit medium accommodatum: ut omne animal est substantia, omnis homo est animal, ergo omnis homo est substantia. 2 Secundum præceptum, ad quæstionem particularem affirmantem, spectanda sunt antecedentia utriusque partis, subiecti scilicet, & attributi. Nam si aliquid reperiatur, quod idem sit antecedens subiecti, & attributi, id est medium accõmodatum: ut si sit quæstio proposita aliquod animal esse album, medium erit cygnus, & fiet ratiocinatio in tertia figura, omnis cygnus est albus, omnis cygnus est animal, & reciprocata assumptione in

3 Quòd si oporteat in nullo inesse, spectanda sunt consequentia eius, in quo probandum est non inesse, & repugnantia, quę nō possunt conuenire ei, quod est probandum nō inesse. 4 Aut cotrà, spectanda sunt repugnantia, quæ non possunt conuenire ei, in quo probandum est non inesse, & consequentia eius, quod est probandum non inesse. 5 Nam vtrouis modo hæc eadem existant, non poterit alterum in vllo altero inesse. 6 Atque efficitur quidem ratiocinatio interdum in prima figura, interdum in media. 7 Si verò probandum est aliquid in aliquo non inesse, spectāda sunt ea, ex quibus sequitur id, in quo probandū est non inesse: & repugnātia, quæ non possunt conuenire ei, quod est probādum non inesse. Si enim aliquid horum idem fuerit, necesse est in aliquo nō inesse.

prima. Potest interdum concludi particularis affirmās per primum præceptum: non tamen omnis quæstio, nec in omnibus modis. Nam quæstio quæ nunc est proposita exempli causa, per medium primæ præceptionis concludi non potest. Oportet autem præceptiones esse generales 3 Tertium præceptum ad concludendam uniuersam negantem duas habet partes, quia duplex medium sumi potest. Prima pars est, spectanda sunt quæ sequuntur subiectum, & repugnāt attributo. Nam si idem sit consequens subiecti, & repugnans attributo, erit medium aptum: ut ad concludendum nullum hominē esse lapidem, Medium erit animal, ut nullum animal est lapis, omnis homo est animal. 4 Secunda pars est, spectanda sunt quæ repugnant subiecto, & sequuntur attributum. Si enim unum & idem repugnet subiecto, & sequatur attributū, est medium aptum: ut si ad eandem quæstionem, nullus homo est lapis, sumatur medium inanimatum: ut omnis lapis est inanimatus, nullus homo est inanimatus, ergo nullus homo est lapis.

5 Itaq; utrouis modo reperiatur aliquid, quod unum & idē, aut sequatur subiectum, & repugnet attributo, aut contrà repugnet subiecto, & sequatur attributum, est medium accommodatum. 6 Atq; si sumatur medium sequens subiectum, & repugnans attributo, fit ratiocinatio aut in prima figura, aut in primo modo secundæ figuræ: si autem quod repugnet subiecto, & sequatur attributum, efficitur semper ratiocinatio in secundo modo secundæ figuræ. 7 Quartum præceptum, ad concludendam particularem negantem, spectanda sunt quæ antecedunt subiectum, & repugnāt attributo. Nam si in his reperiatur aliquid, quod idem antecedat subiectum, & repugnet attributo, erit medium accommodatum. Vt si probandum est aliquod animal non esse album, medium aptum erit coruus, nullus coruus est albus, omnis coruus est animal. Et in prima figura reciprocata

8 Sed vnumquodq; eorum, quæ dicuntur fortasse hoc modo erit magis perspicuū. Constituantur enim quæ consecūtur a, designata in elemēto b: ea verò ex quibus sequitur a, in c: quæ autem repugnant, nec possunt illi conuenire in d. 9 Rursus quæ insunt ipsi e, & sunt consequentia, designentur in f: ea, ex quibus sequitur in g: quæ repugnant, nec possunt ipsi conuenire in h. 10 Si igitur aliquid eorum, quæ sunt f, idem est cum c, necessariò fiet omne e esse a. Nam omne e est f, & omne c est a; quare omne e est a. 11 Si verò c, & g sint idem, necessariò efficitur aliquod e esse a. Quoniam omni c conuenit a, & omni g conuenit e, & cōsequens est. 12 Si autem f, & d idem sint, efficietur nullum e es-

ciprocata assumptione. 8 Verūtamen hæ ipsæ præceptiones magis manifestæ, magisq; certæ apparebūt, si explicentur elemētis, de sic ipta quadam figura. Primum igitur attributum quæstionis designetur elemento a, subiectū autē e. Deinde b significet consequentia attributū a, ipsum autem c antecedentia, d repugnantia. 9 Simili ratione f significet consequentia subiectū e, ipsum g antecedentia, h repugnantia. Exempli causa, attributum a sit bonum: subiectum e uoluptas, consequentia attributum bonum, sint utile, optabile, prosequēdum, conducens, & alia similia. Antecedentia uero sint, felicitas, ualetudo, secundum naturam, perfectum, uita uirtuti consentanea, & similia. Repugnantia sint, imperfectum, fugiendum, noxium, malum, minime cōducens. Simili ratione consequentia uoluptatem sint, motus, actio secundum naturam, appetendum, secundū naturam, optabile. Antecedentia sint sanitas, abundantia, gloria, uita sine labore. Repugnantia, morbus, labor, indigentia, timor, præter naturam. 10 Est ergo primum præceptum, ad concludendam quæstionem uniuersam affirmantem sumendum est medium, quod antecedat attributum, & sequatur subiectum. Vt ad concludendum omne e esse a, sumendum est medium, quod idem sit c, & f. Fecan. *Nam si omne c est a, & omne e est f, atq; f idem est quod c, necessariò sequitur omne e esse a. Vt si ad concludendum omnem uoluptatem esse bonum, sumatur medium optabile, aut quod est secundum naturam. 11 Secundum præcepum, ad probandum aliquod e esse a, sumendum est medium, quod idem sit c* Cageti. *& g, hoc est antecedat utrunq;. Si enim omne c est a, & omne g est e, atq; g idem est quod c, necessariò sequitur in tertia figura, aliquod e esse a. Vt si ad probandum aliquam uoluptatem esse bonum, sumatur medium felicitas, aut uita uirtuti consentanea. 12 Prima pars tertij præcepti est, ad concludendū nullum e esse a, sumendum est medium, quod idem sit f, & d, hoc est sequatur sub-* Dasen. *iectum*

se a 13 ex antecedente ratiocinatione. Nam quia reciprocatur vniuersum negans,& f idem est quod d,nullum f erit a,atqui omne e est f. 14 Rursus si b,& h idem sint,nullũ e erit a. Nam omne a erit b, nullũ autem e erit b, quia idem erat b quod h, sumptum autem fuit nullum e esse h. 15 Quòd si d,& g idem sint,fiet aliquod e non esse a.Nam ipsum g nõ erit a,quãdoquidem neque d est a;atqui g sub e cõtinetur: quare aliquod e nõ erit a. 16 Si verò g,& b idem fuerint,vniuersa erit ratiocinatio. 17 Nam omne a erit g,quoniam omne a est b,& omne b erit e, quia idem erat b quod g. Non tamen est necesse omne e esse a, aliquod verò e esse a necessariò sequitur, propterea quòd reciprocatur affirmatio vniuersa in particularem. 18 Perspicuũ igitur est in quauis parte cuiusque quæstionis spectanda esse ea, quę

iectum,& repugnet attributo. 13 Quod poßumus demõstrare facta priùs antecedente ratiocinatione ad probandam propositionem,hoc modo, si nullum a est d,per reciprocationem,nullum d erit a. Rursus nullum d est a,omne f est d,quia f idem est quod d,ergo nullum f est a,quæ est antecedens ratiocinatio. Ex his fit propria. Nullũ f est a,omne e est f,ergo nullũ e est a,quæ erat quæ-

Hebare. *stio proposita. 14 Secunda pars præcepti;ad concludendam eandem quæstionem nullum e est a,erit etiam medium accommodatum,quòd idem sit b,& h. hoc est,sequatur attributũ,& repugnet subiecto. Si enim omne a est b,& nullum e est h,atque h idem sit,quod b, sequitur necessariò nullum e est a.in.2. modo secundæ figuræ. 15 Quartum præceptum, ad concludendum aliquod*

Gedaco. *e non esse a, Medium accommodatum erit quod idem sit d & g, hoc est repugnet attributo, & antecedat subiectum. Nam si nullum d est a, & omne g aut aliquod g est e, atq; g idẽ est quod d,sequitur necessariò aliquod e nõ esse, a, in tertia figura. Vt si ad concludendum aliquam uoluptatem non esse bonum sumatur medium adulterium aut noxium. 16 His potest adiungi quintũ*

Gebali. *præceptum. Si sumatur Mediam, quod idem sit g,& b hoc est antecedat subie-*

In Barali- pliton. *ctum,& sequatur attributum,erit accommodatum ad concludendam particularem affirmantem in prima figura,indirectè,hoc est inuersam, & reciprocatã conclusionem. 17 Si enim g idem est quod b,omne a erit g, & omne b erit e. Si igitur omne b est e. Et omne a est b,nõ sequitur omne e est a,sed aliquod e est a. Quoniam sequi oportebat omne a est e,quæ reciprocatur in hanc aliquod e est a. Vt si ad concludendum aliquam substanti: esse hominem sumatur*

Disamis. Datisi. *Medium animal. Potest etiam per hoc medium concludi in tertia figura, in.3. modo directè,& in .4. indirectè. 18 Itaque proposita quauis quæstione ad*

disputan-

diximus,ex ijs enim efficitur omnis ratiocinatio. 19 Oportet autem tam in cõsequentibus, quàm in antecedentibus cuiusq; rei sumẽdis ea,quę prima sunt,magisq; vniuersa spectare. 20 Vt ipsius subiecti e potiùs spectemus K f, quã f solum:ipsius autem attributi a,potiùs K c,quàm c solum. 21 Si enim ipsi K f conuenit a, conueni & etiã ipsi f,& ipsi e. 22 Quòd si ex ipso K f non sequitur a,poterit sequi ex f. 23 Similis est habenda ratio in antecedentibus,ex quibus ipsum consequitur. Nam si ex primis sequitur,ex inferioribus sequetur:quòd si ex primis non sequitur, poterit sequi ex inferioribus 24 Manifestum autem, ac certũ est ex tribus terminis,& duobus pronuntiatis habendam esse rationẽ.

disputandum,tam in subiecto,quàm in attributo sunt spectanda illa tria,antecedentia,consequentia,& repugnantia. Quoniã ex huiusmodi sumitur omne Medium ad efficiendã omnem ratiocinationem ex ueris sumptionibus. 19 Tamẽ

E. homo. A.substãtia. K F.corpus consequens hominis. F.animal. k C.corpus antecedens substantiæ. C. animal antecedẽs.

in his omnibus obseruãdum est,ut consideremus ea antecedentia, & consequentia,quæ magis sunt uniuersa,atque ex ipsis sumamus mediũ. 20 Exempli causa,si proponatur quæstio,an homo sit substantia,ex ijs, quæ secuntur hominem, potius sumemus corpus,aut uiuens pro medio,quàm animal. Ex ijs etiã,quæ antecedũt substantiã potius corpus, quàm animal. 21 Causa est quia si sumamus consequẽs,& mediũ magis uniuersum, habebimus plura media ad cõcludendũ idem attributum de subiecto. Si enim substantia conuenit corpori, conueniet etiam animali,quod sub corpore cõtinetur,atq; homini, qui est subiectum quæstionis. Vnde poterimus concludere substantiam de homine per medium corpus, & per animal. 22 Quòd si cõsequens magis uniuersum nõ est accõmodatum, tũ descẽdemus ad minus uniuersum. Nã si attributũ quæstionis nõ sequatur ex corpore,poterit sequi ex animali, & ipsi cõuenire. Veluti si attributũ sit animatũ, aut sentiẽs. 23 Eadẽ est habẽda ratio in antecedẽtibus tam subiecti,quàm attributi:ut scilicet sumamus antecedẽtia magis uniuersa. Quoniã si ex magis uniuersis sequitur subiectũ,aut attributũ,sequetur etiam ex inferioribus minus uniuersis, ut si homo sequitur ex philosopho, sequetur etiam ex Socrate. Si uerò subiectum,aut attributum quæstionis nõ sequatur ex primis,& uniuersis,poterit sequi ex inferioribus,& minus uniuersis: ut si homo non sequatur ex bipede, poterit sequi ex bipede terrestri. 24 Ex his confirmari possunt quæ in superioribus docuimus,omnem scilicet ratiocinationẽ constare tribus terminis,& duobus pronuntiatis. Nam si omnis quæstio constat duabus partibus, subiecto scilicet,& attributo, atq; ad eam concludendam sumendum est unum medium, per

præcepta

Universidad de Deusto
Biblioteca

25 Atque omnes ratiocinationes fieri per expositas figuras. Demonstratur enim omne e esse a, cùm sumitur aliquid, quod idem sit c, & f: hoc autem erit medium, extrema verò a e: efficitur igitur prima figura. 26 Aliquod autem e esse a, quando sumptum fuerit quod idem sit c, & g. Hæc autem est extrema figura, mediũ enim est g. 27 Nullum autem e esse a, quãdo idem fuerit d, & f: sic enim efficitur tũ prima figura, tum secunda. 28 Prima quidem, quoniam nullum f est a, si quidem reciprocatur negans vniuersum; omne verò e est f. 29 Secunda verò, quia nullum a est d, & omne e est d. 30 Aliquod verò e non esse a, quando idem fuerit d, & g: hæc autem est vltima figura. Nullum enim g est a, & omne g est e. Manifestum igitur relinquitur, omnes ratiocinationes fieri per expositas figuras. 31 Tum etiam constat non esse deligenda quæ ex omnibus consecuntur, propterea quod ex ipsis nulla efficitur ratiocinatio. Primùm enim nullo pacto licet confir-

præcepta explicata, erunt omnes tres termini, ex quibus duo tantùm constãtur pronuntiata. 25 Ex eisdem etiam constat tres esse tantùm ratiocinationum figuras. Nam ad demonstrandam quæstionem uniuersam affirmantem, ut omnem hominem esse substãtiam, sumendũ est medium, quod idem sequatur hominem, & antecedat substantiã, quale est animal, ex eo uerò fit prima figura. Omne animal est substãtia, omnis hõ est animal. 26 Præterea ad particularẽ affirmãtem, ut aliquod animal esse album, sumẽdum est medium, quod antecedat subiectũ, & attributum, qualis est cygnus, unde efficitur tertia figura, omnis cygnus est albus, omnis cygnus est animal. 27 Ad uniuersam negantem, ut nullum hominem esse lapidem, sumendum est medium uno modo, quod idem repugnet attributo, & sequatur subiectum, quale est animal, ex quo efficitur tum prima figura, tum secunda. 28 Prima quidem figura, quia si nullus lapis est animal, per reciprocationem, nullum animal est lapis, & omnis homo est animal. 29 Secũda uerò figura hoc modo, si nullus lapis est animal, & omnis homo est animal, nullus homo est lapis. 30 Ad particularem autem negantem sumendum est medium, quod idem repugnet attributo, & antecedat subiectum, ut ad cõcludendum aliquod animal non esse album, medium coruus, ex eo nãq; efficitur tertia figura, nullus coruus est albus, omnis coruus est animal. Itaque ex præceptis inueniendi medium constat omnem ratiocinationẽ fieri in aliqua trium figurarũ. 31 Constat etiam sola explicata præcepta inueniendi medium utilia esse, quia cætera omnia sunt inutilia, quæ sunt tria. Primùm, non est accipiendum medium quod sequa-

mare, ex consequentibus. Neq; licet refellere, & tollere ex ijs, quæ omnibus sunt consequẽtia. Oportet enim Medium alteri extremo conuenire, & alteri nõ conuenire. 32 Pespicuum est autẽ omnes alias rationes deligendi Medium inutiles esse ad efficiẽdam ratiocinationem. Vt si eadem sint, quę secũtur vtrumq;, aut ea, ex quibus sequitur a, & non possunt conuenire ipsi e, aut quæ neutri possunt conuenire. Non enim efficitur ratiocinatio ex his. 33 Si enim quæ secuntur vtrumque eadem sint, vt b, & f, efficitur media figura habens ambo pronuntiata affirmantia. 34 Si verò sumantur eadem, ex quibus sequitur a, & quæ non possunt cõuenire ipsi e, vt c & h, efficietur prima figura, habens negãs illud pronuntiatum, quod pertinet ad minus extremum. 35 Si autem quæ neutri possunt conuenire, veluti d & h, negãtia erunt ambo pronuntiata, aut in prima, aut in media figura; hoc autem modo nulla erit ratiocinatio. 36 Constat autem in hac consideratione, & ra-

sequatur utramq; partem, subiectum scilicet, & attributum. Quia fieret ratiocinatio in secunda figura ex duabus affirmantibus sumptionibus, ex quibus nulla potest sequi conclusio. Non enim affirmans, ut demonstratum est in superioribus: neque negans, quoniam ad negantem conclusionem, debet medium alteri parti conuenire, & alteri repugnare; si autem sequitur utramq; partẽ, utriq; conuenit. 32 Itaque omnes aliæ rationes sumendi medium sunt inutiles, quæ sunt tres, ut diximus. Prima est explicata, cùm sumitur mediũ quod idem sequatur subiectum, & attributum quæstionis. Secunda, si antecedat attributum, & repugnet subiecto. Tertia, si repugnet utriq;. 33 Prima ergo ratio inutilis est, ut diximus, si sumatur medium, quod sequatur subiectum, & attributum. Vt Febas.
si ad quæstionem, omnis homo est animal, sumatur medium substantia. Fiet enim ratiocinatio in secunda figura ex utrisq; affirmantibus, scilicet omne animal est substantia, omnis homo est substantia, quam constat esse inutilẽ. 34 Se- Hedas.
cunda ratio, cùm sumitur medium, quod idem antecedit attributum, & repugnat subiecto, est inutilis, quia fiet ratiocinatio in prima figura habens assumptionem negantem, ut si ad quæstionem, nullus lapis est animal, sumatur medium homo, omnis homo est animal, nullus lapis est homo. In secunda non potest fieri, quia medium subijcitur attributo: si fiat in tertia, erit etiam assumptio negãs. Hecas.
35 Tertia ratio, cùm sumitur medium quod utriq; repugnat, est omnino inutilis, quia fient ambo pronuntiata negantia, ex quibus nihil prorsus colligitur.
36 Constat igitur ex superioribus, in hac ratione inueniendi medium, sumenda

tione, quæ sunt eadem sumenda esse, non quę sunt diuersa, aut cõtraria. 37 Primùm quidem, quoniam hæc consideratio, & ratio causa inueniendi medium habetur: medium autem non diuersum, sed vnum & idem accipiendum est. 38 Deinde in quibus omnibus cõtingit fieri ratiocinationem, hoc ipso quòd sumantur contraria, aut quæ non possunt eidem rei conuenire, ea omnia ad modos antea explicatos referuntur. 39 Vt si b, & f sint contraria, aut quæ non possint eidem rei conuenire, efficietur quidem ex his ita sumptis ratiocinatio & conclusio, nullum e esse a: non tamen ex ipsis, sed ex modo antea exposito. 40 Ipsum enim b conueniet omni a, & nulli conuenit e. Vnde necesse est idem esse b, cum aliquo ex ijs, quæ sunt h.

*esse ea consequẽtia, aut antecedentia, aut repugnantia ipsius attributi, quæ eadem sint cum his, quæ pertinent ad subiectum; non autẽ quæ sint ab ipsis diuersa, aut contraria. * Vnde constat rationes accipiendi medium à nobis explicatas, hoc ipso rectas esse, quòd quæ ab alijs traduntur, aut tradi possunt inutiles sint. Eiusmodi autem sunt duæ. Prima, cùm ad concludendam uniuersam negantem, sumuntur quæ secuntur subiectum & attributum, & inter se sunt contraria, aut repugnantia, ut si ad concludendum, nullum e esse a, sumãtur b, & f, contraria, aut repugnantia. Exempli causa ad concludendum nullum cygnũ esse coruum sumantur album, & nigrum. Idq; præstatur per duas ratiocinationes, prima fit in secunda figura. Omnis coruus est niger, nullum album est nigrũ, ergo nullum album est coruus. Secunda in prima figura. Nullum album est coruus, omnis cygnus est albus, ergo nullus cygnus est coruus, quæ erat proposita quæstio. 37 Hæc itaq; ratio inutilis est duabus de causis. Prima est, quia non sumitur medium, nam ad unam conclusionem in una ratiocinatione Medium debet esse unum & idem pertinens ad attributum, & subiectũ; hic autem sumuntur duo contraria, aut diuersa. 38 Secunda causa est, quòd, quando ex contrarijs, aut diuersis colligatur conclusio, non colligitur propter ipsa, quà talia sunt, sed quia reuocantur ad rationes illas à nobis traditas. Hæc scilicet ratio ad tertium præceptum. 39 Nam si b, & f sint contraria, quemadmodum nigrum, & album, colligetur quidem ex ipsis conclusio, nullus cygnus est coruus; non tamen quia ipsa contraria sunt, sed quia refertur ad tertium præceptum antea explicatum. 40 Si enim nigrum conuenit omni coruo, & repugnat albo, repugnabit etiam cygno, ex quo sequitur album, unde iam sumitur aliquid, quod idem sit b, & h, nempe nigrum, quod idem sequitur attributum coruum, & repugnat subiecto cygno. Hæc autem erat secunda pars tertij*

41 Rursus si b, & g non possunt eidẽ rei conuenire, efficietur ali quod e non esse a, sic enim secunda erit figura. 42 Quoniam omne a erit b, & nullum g erit b. 43 Quare necesse est ipsum g idem esse cum aliquo eorũ, quę sunt d. 44 Illud enim, quod sumptum est, b & g non posse eidem rei conuenire, nihil differt ab eo quod est, g idem esse cum d. 45 Omnia enim, quę nõ possunt ipsi a conuenire, sumpta sunt in ipso d. 46 Perspicuum igitur est ex huiusmodi obseruationibus nullam fieri ratiocinationẽ. Quòd si b, & f cõtraria sint, idem erit b cum aliquo eorum, quę sunt h, atque ex his efficietur ratiocinatio. 47 Ijs autem, qui hoc modo obseruant, accidit aliam spectare viam, ab ea, quæ necessaria est, propterea quòd ignorant b, & h eadem esse.

tertij præcepti. 41 Secunda ratio est, cùm ad concludendã particularem negantem, ut aliquod e non esse a, sumuntur b & g: hoc est quod sequitur attributum, & quod antecedit subiectum inter se repugnantia. Vt si ad concludendum, aliquod corpus non esse hominem, sumãtur animal, & lapis, idq; præstatur etiam duabus ratiocinationibus. Prima fit in secunda figura. 42 Omnis homo est animal, nullus lapis est animal, ergo nullus lapis est homo. Secunda in tertia figura, nullus lapis est homo, omnis lapis est corpus, igitur aliquod corpus non est homo. 43 Hæc etiam ratio inutilis est, quia non sequitur conclusio ex illis repugnantibus, sed quia refertur ad quartam præceptionem, ubi sumitur medium, quod idem sit g, & d, hoc est antecedat subiectum, & repugnet attributo. 44 Si enim g repugnat ipsi b, ut lapis animali, quod sequitur ex homine, repugnat etiam ipsi homini: quare iam sumitur aliquid, quod idem sit g & d, nempe lapis, qui antecedit subiectum corpus, & repugnat attributo homini. 45 Nam quæcunque repugnant attributo, ut in superioribus dictum est, intelliguntur in elemento d. Hæc autem erat quarta præceptio. 46 Constat igitur ex his duabus rationibus non effici ratiocinationem. Nam si b & f, id est cõsequentia attributi, & subiecti sint contraria inter se, efficitur, quod consequitur attributum repugnare subiecto. Vnde non sequitur conclusio ex his contrarijs, ut diximus, sed quia refertur ratio ad tertium præceptum. 47 Qui enim hanc rationem obseruarunt aliam spectabant uiam inueniendi medium, ab ea, quæ necessaria, & accõmodata est; propterea quòd ignorabant, quãdo sumuntur consequentia attributi, & subiecti, inter se repugnantia, sumi aliquid, quod idem sequitur attributum, & repugnat subiecto.

A. homo.
E. corpus.
B. animal.
G. lapis.

Scholia in cap. 29.

1 IS igitur, qui aliquid de aliquo toto confirmare velint, &c.) Inter inuẽtionem argumẽti, quæ traditur in Topicis, & eam quæ hîc explicatur, hoc interest: quòd in Topicis docetur inuẽtio argumentorũ probabiliũ, quibus vtitur Dialecticus; propterea explicatur ea ratio in multos locos, traduntúrq; præceptiones magis priuatæ. Hîc autem docetur communis quædam ratio inueniendi medium ad omnem ratiocinationem accommodatũ, quæ ratio cõmunis ad tres communes locos reuocatur, antecedentia, consequentia, & repugnantia. Nam omne medium comparatum cum partibus quæstionis, aut antecedens est, aut consequens, aut repugnans. Quæ quidem ratio accipiendi medium & certa est, & huic loco maximè accõmodata, quidquid hîc nugetur Ramus. Antecedentia verò, consequentia, & repugnantia, quæ adferuntur à Cicerone inter locos Dialecticos, hoc ipso differunt ab alijs locis, vt sentit Seuerinus Boethius, atque omnino ab his tribus locis communibus, qui hîc traduntur, quòd illa antecedentia, consequentia, & repugnantia seruiant argumentationibus hypotheticis: alij verò loci, aut quod perinde est, hi tres communes, seruiant argumentationibus simplicibus, quas vulgò vocant interpretes categoricas.

8 Sed vnumquodq; eorum, quæ dicuntur, &c.) Non cõtentus Aristoteles formulis explicare rationem accipiendi medium, eandem explicat suo more elemẽtis, vt hoc pacto certissimã esse demonstraret. Sumit ergo priùs duas vocales a & e. a significat attributum, e subiectum. Deinde accipit sex consonantes; tres pertinẽtes ad attributum a, b c d; c significat antecedentia attributum, b consequentia, d repugnantia. Totidem pertinentes ad subiectum e, scilicet g f h. g significat antecedentia ipsius subiecti, f consequentia, h repugnãtia. dixi h esse cõsonantem, quoniam elemẽtum Græcum, quod adfert Aristoteles est θ respondens th, sed à Latinis interpretibus semper commutatur elemẽto h, verùm quò facilius hæc omnia intelligerentur, descripserunt interpretes figuram quãdam quadratam, ad cuius latus sinistrum collocetur attributum a, ad dextrum autem è regione subiectum e. Deinde in angulo superiore lateris sinistri collocetur b, quod est consequẽs attributi, in angulo inferiore c, in medio latere d. Simili ratione in angulo superiore dextro collocetur f consequens subiecti, in inferiore g, in medio latere h; in hac figura cõtinentur tam modi vtiles, quàm inutiles. Mediũ designatur duobus elemẽtis, non quin vnum sit, sed propter duplicem rationẽ, quam habet, vnam ad attributum; alterã ad subiectũ.

Rursus quò facilius hæc omnia præcepta memoria retinerentur, excogitarunt Latini quædam vocabula, tam ad præcepta vtilia, quã inutilia, quæ his duobus versiculis continentur.

Fecana, Cageti, Dasenes, Hebare, Gedaco,
Gebali, stant: non stant Febas, Hebas, Hecas.

In quibus vltima vocalis est aliqua ex illis quatuor a, e, i, o, quæ cõtinentur in illis vocabulis barbara, celarent, &c. quæ explicauimus in principio libri. Significat hæc vltima vocalis cõclusionem. In medio vocabulo continentur etiam hæ duæ vocales a, e, quæ significant attributum, & subiectum: & aliquæ ex sex consonantibus, quæ declarant quale medium sit accipiendum ad attributum, & ad subiectum. Primum ergo vocabulum est Fecana, quod significat primam præceptionem. Vltimum a significat conclusionem vniuersam affirmãtem; prima syllaba fe declarat ad talem conclusionem sumendũ esse medium, quod sit f ad e, hoc est sequens subiectum; secunda syllaba ca idem medium debere esse c ad a, hoc est antecedens attributum. Secundum vocabulum Cageti significat secundam præceptionem. Vltimum i significat conclusionem particularem affirmantem; prima syllaba ca declarat ad talem conclusionem sumendum esse medium, quod sit c ad a, & secunda ge, quod sit g ad e, hoc est antecedens vtrumque. Dasenes significat ad conclusionem vniuersam negantem sumendum esse medium, quod idem sit d ad a, & f ad e, hoc est repugnans attributo, & sequẽs subiectum. Similis est interpretatio in alijs vocabulis. Febas, Hedas, Hecas significant rationes inutiles: Febas scilicet mediũ quod idem sit f ad e, & b ad a, id est sequens vtrũque, esse inutile; Hebas, quod repugnat vtriq;; Hecas, quod repugnat subiecto, & antecedit attributum. Hæc omnia contemplari licet in figura subscripta.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ARS INVENIENDI MEDIVM.

Consequētia Attributū.

Vtile, optabile, pſequēdum, conducens.

Attributū.

A


Bonum.

Repugnātia.

Impersectū, fugiendum, noxium, malum, minimè conducens.

Antecedentia.

Felicitas, valetudo, secūdùm naturā, perfectū, vita virtuti cōsentanea.



Consequentia Subiectum.

Motus, actio secundū naturā; appetēdū, secundū naturā, optabile.

Subiectum.

E

Voluptas.

Repugnātia.

Morbus, labor, indigentia, timor, prę ter naturam.

Antecedentia.

Sanitas, abūdantia, gloria, vita sine labore.

Fecana. *Medio in Fecana inuento, concluditur vniuerſa affirmans in* { *Barbara.*

Cageti. *Medio per Cageti inuento, cōcluditur particularis affirmans in* { *Darij.* *Darapti.* *Diſamis.* *Datiſi.*

Dafenes. *Medio inuento in Dafenes, concluditur vniuerſa negans in* { *Celarent.* *Ceſare.*

Hebare. *Medio in Hebare inuento, cōcluditur eadem vniuerſa negans in* { *Celantes.* { *Indirectè.* *Camestres.*

Gedaco. *Medio in Gedaco inuento, concluditur particularis negans in* { *Ferio.* *Feſtino.* *Felapton.* { *Bocardo.* *Feriſon.* *Fapeſmo.* *Friſeſomorum.*

Gebali. *Medio inuento in Gebali concluditur etiā particularis affirmans in* { *Baralipton.* { *Indirectè.* *Diſamis.* { *Directè.* *Datiſi.* { *Indirectè.*

13 *Ex antecedente ratiocinatione, &c.) Secutus ſum hoc loco interpretationem Alexandri, quamuis non probetur Buranæ. Nam tametſi vnicum eſt medium, ac proinde re vera ſint tantùm tres termini, ex quibus fit vna ratiocinatio; tamen quia medium deſignatur duobus elemētis, perinde eſt, ac ſi eſſent quatuor termini. Burana exiſtimat proſyllogiſmum eſſe, qui fit priùs in ſecunda figura, deinde reuocatur ad primam; verùm non ſolet Ariſtoteles huiuſmodi appellare proſyllogiſmos*

Universidad de Deusto
Biblioteca

gismos, sed qui antecedunt ad confirmandas sumptiones principalis syllogismi.

19 *Oportet autem tam in consequentibus, quàm antecedentibus, &c.)* Omnes interpretes obseruarunt repugnantiam inter hunc locum, & eum, qui habetur capite præcedẽte, designatus numero. 21. Ibi enim docuit non esse accipienda consequentia remota, sed proxima: hîc autẽ præcipit sumenda esse remota, & quæ magis sunt vniuersa. Conciliant hæc loca Alexander, & Philoponus, quòd ibi docuerit Aristoteles modum quærendi consequentia, & pronuntiata, vt scilicet quærãtur priùs proxima, quoniam his habitis, habentur remota. Nam si habemus animal consequens esse hominis, habebimus viuens, & corpus consequi etiam hominem. Hoc autem in loco doceat, quodnam medium sit accõmodatius ad concludendum aliquid de aliquo: nempe quod est magis vniuersum: quia sic habemus plura media. Quod enim potest concludi de homine per medium corpus, idem cõcludi poterit per medium viuens, & per animal, nõ autem cõtrà: nam per animal possumus de homine cõcludere quòd sentiat, quod nõ licet per viuens, neque per corpus demõstrare. Aut certè docet hoc loco in omni probatione quærendã esse causam primam, & vniuersam, quod etiam præcipit in libris sequentibus de Demonstratione. Quamuis etiã doceat in secundo libro de Demonstratione, si attributũ vniuersum sit demonstrandum, non de proprio subiecto, sed de parte subiecti, non debere demonstrari per causam primã, sed per proximum genus subiecti particularis, vt habere tres angulos pares duobus rectis demonstrari de isoscele per triangulum.

36 *Non quæ sunt diuersa aut contraria, &c.)* Admonet Philoponus in quibusdam exemplaribus Græcis legi hæc verba sine negatione, quæ sunt diuersa, aut cõtraria. Tamẽ hæc lectio cum negatione, quæ nũc fertur in omnibus exemplaribus, tam Græcis, quàm Latinis, multò verior est, & sententiæ, quæ tractatur multò accommodatior.

Quòd in ratiocinationibus hypotheticis accipiatur mediũ, fiatq; probatio per artem præscriptam. Cap. 30.

Argumen-

ARGVMENTVM.

Docetur in ratiocinationibus hypotheticis eadem ratione inueniri medium, atque in directis. Primùm in ea, quæ ducit ad incommodum, quia cõstat ex eisdem omnino terminis cum directa. Deinde in alijs ex transsumptione, & qualitate, in quibus quæstio, in quam prima translata est, eadem arte probatur: docetur etiam probari quæstionem vniuersam per medium particularis quæstionis ex hypothesi.

1 RAtiocinationes ducentes ad incommodum eodem modo se habent, atque directæ; nam efficiuntur etiam ipsæ per consequentia, & ea, ex quibus vtrumque sequitur, atque eadem est in vtrisque obseruatio. 2 Quod enim directò demonstratur, potest per incommodum & impossibile concludi, atque per eosdem terminos, & contrà quod per impossibile, directò probari potest. 3 Exempli causa nullum e esse a. 4 Ponatur enim aliquod e esse a, quoniã igitur omne a est b, & aliquod e est a, aliquod e erit b, atqui sumptum fuit nullum e esse b.

* *SAtis abundè docuimus quemadmodum sit inueniendum medium in ratiocinationibus directis, quæ recta uia probant propositam quæstionem: sequitur nunc doceamus eandem artem seruire quoq; ratiocinationibus hypotheticis.* 1 *Ac primùm ijs, quæ ducuntur ad incommodum, sumi scilicet medium, & probandi uim, ex antecedentibus, consequentibus, & repugnantibus subiecti, & attributi quæstionis.* 2 *Quod hac ratione constat. Eadem conclusio, quæ probatur ratiocinatione directa, probatur etiam per incõmodum, atque per eosdem terminos, & cõtrà quæ per incommodum ostenditur, potest directò probari: sed in ratiocinatione directa sumitur medium, & probatio per artem explicatam, ex antecedentibus, consequentibus, & repugnantibus, ut dictum est: igitur in ducente ad incommodum sumetur eadem arte.* 3 *Propositio, quod eadem cõclusio utraq; ratiocinatione cõcludatur, exemplo posito confirmari potest, sit enim proposita quæstio uniuersa negãs, nullus lapis est homo, hæc potest primũ probari directò sumpto medio animali, quod idẽ est b & h, hoc est sequitur attribu-* A. homo. *tum, & repugnat subiecto: ut omnis homo est animal, nullus lapis est animal, er-* E. Lapis. *go nullus lapis est homo.* B. animal. *4 Eadem probari potest per incommodum sumpta contradicẽte, aliquis lapis est homo ex hypothesi, cum eadem propositione, hoc modo, omnis homo est animal, aliquis lapis est homo, ergo aliquis lapis est animal, atqui hæc contradicit illi assumptioni ueræ, nullus lapis est animal, igitur est falsa, quare sequitur ex falsa aliqua sumptione, nõ ex propositione, quæ iã antea sumpta fuit uera, ergo ex assumptione, aliquis lapis est homo: unde cõtradi-*

Vide infrà lib. 2. ca. 14.

5 Rursus aliquod e esse a, si enim nullum e est a, omne verò g est e, nullum g est a: atqui sumptũ fuit, omne g esse a. 6 Eadem est ratio in alijs quæstionibus, semper enim in omnibus efficietur demonstratio per incommodum ex consequentibus, & ijs, ex quibus vtrumque sequitur, atque in omni quæstione eadem est obseruatio, siue directò velit quisquam ratiocinari, siue ad incommodũ ducere; ex eisdem enim terminis ambæ constãt demonstrationes. 7 Vt si demonstratum fuerit nullum e esse a, quoniam sequitur inde aliquod e esse b, quod fieri non potest. 8 Si sumatur nullum e esse b, & omne a esse b, perspicuum erit nullum e esse a. 9 Rursus, si directò cõclusum fuerit, nullũ e esse a, si cõstituatur ex hypothesi aliquod e esse a, per incommodum & impossibile monstrabitur nullum e esse a. 10 Similis est in alijs ra-

A. sentire
E. substãtia.
G. animal.

cens erat uera, nullus lapis est homo. 5 Quæstio quoq; particularis affirmans, ut aliquam substantiam sentire, potest primùm probari sumpto medio animali, quod utrumq; antecedit; omne animal sentit, omne animal est substantia, ergo aliqua substantia sentit. Rursus per incommodum sumpta contradicente loco propositionis, cum eadem assumptione, nulla substantia sentit, omne animal est substantia, ergo nullũ animal sentit, atqui hæc conclusio cõtraria est illi propositioni ueræ, omne animal sentit, igitur est falsa: quare illa sumptio, unde sequitur est falsa, nulla substantia sentit, ac proinde eius contradicens uera aliqua substantia sentit. 6 Eadem est omnino ratio in alijs quæstionibus, ut uniuersa affirmante, & particulari negante, in omnibus enim fit demonstratio, per incõmodum ex consequentibus, & antecedentibus subiecti, & attributi. Denique in omni quæstione eadem est ratio accipiendi medium, siue directò, siue per incõmodum & impossibile monstretur. Causa est, quia ambæ constant ex eisdem terminis. 7 Esse autem eandem rationem accipiendi medium & argumentum in utraq; demonstratione, atq; per eosdem terminos, exemplo superiùs proposito ostendi potest. Nam si demonstratum priùs fuerit per incommodum nullum lapidem esse hominem, quia posita contradicente, sequitur aliquem lapidem esse animal, quod est impossibile. 8 Idem probari potest ratione directa, per idem medium animal, hoc modo, omnis homo est animal, nullus lapis est animal, ergo nullus lapis est homo. 9 Contrà, si prius demonstratum fuerit nullum lapidem esse hominem, ratione directa, qualis est modò exposita, idem probari potest per incommodum, sumpta ex hypothesi contradicente, aliquis lapis est homo, quòd inde sequatur aliquem lapidem esse animal: ut superiùs explicatum est. 10 Eadem est ratio in alijs quæstionibus, in omnibus enim est necesse, præter subiectũ, & attri-

tio; in omnibus enim necesse est sumere communem aliquem terminum diuersum à subiectis, in quem feretur ratiocinatio falsum concludens. 11 Vnde inuerso hoc pronuntiato, altero verò eodem manente, directa efficietur ratiocinatio ex eisdem terminis. 12 Differt autem directa ab ea, quæ ducit ad incommodum, quòd in directa vera ponuntur ambo pronuntiata; in ea verò, quæ ducit ad incommodum, vnum sumitur falsum. Sed hæc magis erunt manifesta in ijs, quæ secuntur, cùm de ea, quę ducit ad incommodum disputabimus. 13 Hoc tantùm in præsentia perspicuum erit, eadem spectanda esse, siue directò velint quidquam ratiocinari, siue ad incommodum ducere. 14 In alijs autem ratiocinationibus ex hypothesi, quales sunt quæ ex transsumptione, & qualitate dicuntur, 15 habenda erit obseruatio in subiectis, non ijs quidem, quæ initiò statuta sunt, sed in transsumptis, modus autẽ animaduersio-

& attributũ quæstionis sumatur tertius aliquis terminus diuersus, tanquã medium, in quem terminum fertur ea ratiocinatio, quæ concludit falsum in ratione per incommodum. Exempli causa, in quæstione proposita præter lapidem, & hominem sumitur animal, ut medium, ubi ex contradicente quæstionis aliquis lapis est homo, & illa propositione, omnis homo est animal, sequitur falsa conclusio de animali, aliquis lapis est animal. 11 Tamen conuersa hac conclusione in suam contradicentem, nullus lapis est animal, & sumpta eadem propositione, omnis homo est animal, efficitur ratiocinatio directa concludens propositam quæstionem, nullus lapis est homo, atq; ex eisdem tribus terminis. 12 Est autem discrimen inter ratiocinationem directam, & ducentem ad incommodũ, quòd in directa ambæ sumptiones sumuntur ueræ ad demonstrãdam uerã quæstionem propositam: in ea uerò, quæ ducit ad incommodum sumitur una falsa, scilicet contradicens propositæ quæstionis, unde sequitur falsa conclusio. Sed de hoc discrimine latiùs disputabitur in secundo lib. 14. cap. 13 Satis est nunc intelligamus, siue ratione directa uelimus aliquid probare, siue ducente ad incõmodum, utendum esse eadem arte quærendi medium, nempe ex antecedentibus, consequentibus, & repugnãtibus. 14 Est etiam utendum eadem arte quærendi medium in alijs ratiocinationibus hypotheticis, ut in ijs, quæ dicuntur ex trãsumptione seu translatione; & in ijs, quæ ex qualitate; sunt autem ex qualitate, quæ sumuntur à comparatione maioris, minoris, & paris. 15 Hoc tantùm interest, quòd in his non sunt spectanda antecedentia, & consequentia in partibus quæstionis propositæ à principio, sed eius, in quam proposita transfertur.

nis idem est. 16 Oportet autem inspicere, atque diuidere, quot modis ratiocinationes ex hypothesi dicantur. Hac igitur ratione vnaquæq; monstratur quæstio. 17 Licet etiã alio modo aliquas ex his quæstionibus ratione colligere, vt vniuersas per obseruationem particulariũ ex hypothesi. 18 Si enim c, & g eadẽ sint, sumatur autem e soli g conuenire, omne e erit a. 19 Rursus si d, & g eadem fuerint, atque e tantùm dicatur de g, nullum e erit a. Manifestum igitur est, hanc etiam habendam esse rationem.

Exempli causa in ea, quæ dicitur ex transumptione. Proponitur quæstio omnia astra esse rotunda; transfertur in hanc, luna est rotunda, ad hanc est quærendum medium per antecedentia, & consequentia, id erit lumen in orbem crescere, & minui, quod antecedit attributum rotundum, & sequitur subiectum lunam. Proposita uerò quæstio per hanc demonstratur ex hypothesi. Simili ratione in ratiocinatione ex qualitate, ut si probemus uirtutem esse bonum à minori. Si id quod minus uidetur bonum, est bonum, & id quod magis uidetur; sed ualetudo, quæ minus uidetur esse bonum, quàm uirtus, est bonum; ergo uirtus est bonum. Vt hæc conclusio relinquatur perfectè probata, est demonstrãda assumptio, ualetudo est bonum, ad quam est quærendum medium, ex antecedentibus, & consequentibus; id poterit esse secundùm naturam. Quidquid est secundùm naturam, est bonum, ualetudo est secũdùm naturam, ergo ualetudo est bonum. 16 Sed opus est persequi diligenter omnes species ratiocinationis hypotheticæ, & uidere an in omnibus hæc ars seruire possit. Hactenus igitur constat qua arte sit inueniendum medium, ad unumquodq; genus quæstionis accommodatum. 17 Verumtamen in quibusdam ratiocinationibus ex hypothesi licet inuenire medium accõmodatum ad quæstionem, alia ratione, quàm antea explicauimus, scilicet ad probandam quæstionem uniuersam sumere medium, quod tantũ erat accommodatum ad concludendam particularem, idq; ex hypothesi tantùm, si cõstituamus medium reciprocari cum subiecto quæstionis. 18 Exempli causa, si ad probandum omnem hominem esse animal, sumatur medium capax risus, quod antecedit utrumq;. Nam quia capax risus reciprocatur cum homine, erit medium aptum ex hac hypothesi: ut quidquid est capax risus est animal; quidquid est capax risus est homo, ergo omnis homo est animal. Reciprocata enim assũptione in uniuersam, fiet ratiocinatio in prima figura. 19 Simili ratione possumus probare nullum hominem esse lapidem, sumpto eodem medio capax risus per quartum præceptum, quod antecedit subiectum, & repugnat attributo. Si enim constituamus hoc medium reciprocari cum homine, aptum erit: ut nihil quod est capax risus est lapis, quidquid est capax risus est homo, ergo nullus homo est

A animal.
E homo.
C G. capax risus.

20 Eadem est in necessarijs, & in contingentibus ratio. Eadẽ enim obseruatio, atque ex eisdem terminis eodem ordine dispositis erit ratiocinatio ex contingentibus, & ex ijs, quæ tantùm inesse declarant. 21 Sunt autem accipienda ea quoque contingentia, quę nõ insunt, sed inesse possunt. Demonstratum enim est ex huiusmodi contingentibus fieri etiam ratiocinationem contingere concludentem. 22 Similis erit ratio in alijs appellationibus.

mo est lapis. Nam reciprocata assumptione in uniuersam, fiet in prima figura. Itaq; hac ratione, ex præceptionibus particulariũ quæstionum, licet demõstrare uniuersas. 20 Eadem quoq; arte per antecedentia, consequentia, & repugnãtia inuenitur mediũ in ratiocinationibus, quæ constant ex pronuntiatis modalibus, scilicet necessarijs, & contingentibus. Quoniam constant ex eisdem terminis, eodẽ modo dispositis, ac in ratiocinatione, quæ constat ex pronuntiatis, quæ tantùm inesse declarant. 21 Cùm autem dicimus in ratiocinationibus ex contingentibus, non tantùm intelligere debemus contingens illud cõmune necessario, & nõ necessario: sed etiã propriũ contingens, quod nondũ est, sed potest esse. Demõstratũ enim est in superioribus ex pronũtiatis hoc modo cõtingẽtibus colligi cõclusionem uerè contingentem. Itaque in ijs etiam eadem est ratio quærendi medium. 22 Demum eadem ars seruatur in alijs ratiocinationibus, quæ cõstant ex alio genere modalium pronuntiatorum, à quibus accipiunt certam appellationem; qualia sunt quæ constant ex modo possibili, impossibili, benè, malè, & alijs: tum in illis ratiocinationibus, quæ constant ex huiusmodi pronuntiatis mistis inter se, ut ex necessario, & contingente, aut ex eo, quod tantùm inesse dicit, cum necessario, aut contingente.

Scholia in cap. 30.

15 *Habenda erit obseruatio in subiectis, &c.)* Cõtrouersum est inter interpretes quid intelligat *Arist. per subiecta*. *Alexander* putat intelligi debere Syllogismos hypotheticos, *Philoponus* antecedentia, quoniam hoc nomine appellauit consequentia *suprà cap. 29. statim in principio*. Mihi alius sensus visus est verior, quem etiam adfert *Alexander*, vt per subiecta intelligamus ambas partes quæstionis; nam hoc nomine eas appellat hoc eodem capite, numero 10. cùm ait in omnibus necesse esse communem

quendã terminũ accipere diuersum à subiectis, vbi per terminos subiectos haud dubiè intelligit duas partes quæstionis, subiectũ, & attributũ. Sic etiam. 1. cap. huius lib. omnes terminos Syllogismi appellauit terminos subiectos. Docet ergo, vt explicauimus in Paraphrasi, in syllogismis hypotheticis ex transsumptione, & qualitate nõ esse quærenda antecedẽtia, & consequẽtia in partibus quæstionis initiò propositæ, sed in partibus alterius quæstionis, in quã proposita quæstio translata est. Sed est animaduertendũ quosdã malè cõtingere hãc partẽ, in subiectis, cum oratione præcedente sine vlla distinctione, quasi sit hæc vna & continua oratio. Quales sunt quæ ex transsumptione, & ex qualitate dicuntur in subiectis. Sic enim hanc orationem legerunt Burana, Suesanus, Perionius; quæ causa fuit obscuritatis & falsæ interpretationis. Itaq; post orationẽ illam, ex qualitate dicũtur, affigenda est distinctio, deinde quod sequitur, in subiectis, referẽdum est ad ea, quæ secuntur, non in ijs, quæ initiò statuta sunt, sed in transsumptis. Ego vt hanc vitarẽ ambiguitatem orationis, nonnihil verborum ordinem immutaui.

16 Atq; diuidere quot modis ratiocinationes ex hypothesi dicãtur, &c.) Docet hîc Alexãder ex Theophrastro esse quosdã Syllogismos hypotheticos, qui nõ possũt hac arte cõcludere quæstionẽ, quales sunt illi, qui dicũtur in totũ hypothetici. Vt si homo est, animal est; si animal est, substãtia est: ergo si homo est, substãtia est. Tamen, vt admonet idem Alexãder, hi non sunt veri & proprij Syllogismi, quia nihil certò concludũt: cùm tam conclusio, quàm sumptiones sint hypotheticæ. Verum si reuocentur ad veros Syllogismos, atq; pronũtiata hypothetica tanquam simplicia, & certa sint demõstrãda, necesse est, vt ait Philoponus, vtamur arte tradita. Sed vide hunc propositum Syllogismũ apud ipsum Arist. inferius cap. 33. quod est primum tertiæ sectionis.

Omnes omnium artium ratiocinationes constare formulis explicatis. Cap. 31.

ARGVMENTVM.

DOcetur primùm artem explicatam antecedentium, & consequentium adeò necessariam esse, vt nulla alia reperiri possit construendi ratiocinationẽ. Deinde non solùm communiter hæc spectanda esse, sed in quauis scientia esse considerandã propria antecedentia, & consequentia, atque omnino propria principia, quæ experientia cognoscuntur.

1 Ex ijs

1 EX ijs igitur, quæ dicta sunt, apertè constat non solũ hac via confici posse omnes ratiocinationes, verùm etiam alia via fieri non posse. 2 Demonstratum enim est omnem ratiocinationẽ fieri in aliqua figura ex ijs, quas exposuimus: huiusmodi autem non possunt ex alijs cõponi, quàm ex consequẽtibus, & ijs, ex quibus vtrunque sequitur, ex his enim cõstant pronuntiata, & sumitur medium: quare neque ratiocinatio ex alijs cõstare potest. 3 In omnibus igitur eadem est via, in Philosophia quidẽ, in arte quauis, in disciplina. 4 Oportet enim in vnaquaq; re colligere quæ ipsi insunt, & ea, quibus ipsa ineſt, & maximam horum copiam parare. 5 Atq; hæc per tres terminos considerare, in refutatione quidem hoc modo: in confirmatione alio modo. 6 Atq; ad veritatem quidem ex ijs, quæ iuxta veritatem descripta

1 HAec autem ars, quam explicauimus, adeò necessaria est, ut non solũ præceptionibus, ac formulis explicatis medium inueniatur ad construendas omnes ratiocinationes accõmodatum, sed etiã cõstet alia uia inueniri nõ posse. 2 Quod hac ratione cõfirmari licet. Omnis ratiocinatio construitur in aliqua triũ figurarũ, ut in superioribus demonstratũ est, figuræ uerò nõ poßunt ex alijs cõponi, quàm ex antecedẽtibus, consequẽtibus, & repugnãtibus: ex his enim cõstãt pronũtiata, & sumitur Mediũ; igitur neq; ratiocinatio potest ex alijs cõstare, nec aliũde mediũ sumere. 3 Vnde seruit hæc ars probãdis omnibus quæstionibus, in omnibus artibus, & scientijs. Primùm in Philosophia, tam in Prima & diuina Philosophia, quàm etiam in naturali, & ea, quæ disputat de uita, & moribus. Tum in quauis arte effectionis, quæ proprie nomine artis appellatur, ut in Medicina, Mechanica, & in omnibus artibus operarijs. Demũ in disciplinis Mathematicis. 4 Oportet etiã in quaq; re proposita ad disputandũ colligere in unũ omnia, quæ ipsi rei cõueniũt, & sunt consequentia; omnia etiã quibus ipsa res conuenit, & antecedunt, atq; horum omnium maximam parare copiam. 5 In quibus omnibus spectandum est quemadmodum ex tribus terminis aptè dispositis colligatur conclusio, qui alia ratione disponendi sunt in confirmando, ubi colligitur negans conclusio; alia in confirmando, ubi colligitur affirmans. 6 Quòd si ueram & necessariam quæstionem probare uelimus spectanda sunt ea consequentia, quæ uere & necessariò dicuntur conuenire, atque ex ipsis formare pronũtiata, ut in demonstrationibus fieri solet, ubi ex ueris principijs necessarijs, primis, & medio carentibus, uera, & necessaria colligitur conclusio.

7 Si autem

sunt inesse. 7 Ad dialecticas autem ratiocinationes, ex ijs pronũtiatis, quæ opinione constant. 8 Generatim igitur dictũ est quẽadmodum se habeãt ratiocinationũ principia, & quo pacto ea venari oporteat. 9 Vt ne spectemus omnia, quę dicta sunt; 10 neque eadem confirmando, & refutando; 11 nec rursus eadem cõfirmando de omni, aut de aliquo; 12 neq; refutãdo in omnibus, aut quibusdam: sed pauca, & definita spectanda esse. 13 In quoq; autem rerum genere deligenda sunt hæc, vt de bono, atq; omnino in vnaquaq; scientia; sunt enim propria cuiusq; scientiæ principia

7 *Si autem probabilis conclusio & dialectica ostendenda sit ratiocinatione dialectica, sumenda sunt quoque probabilia pronuntiata, quæ sola hominũ opinione uera censentur.* 8 *Hactenus igitur generatim exposuimus quemadmodum sint affecta pronuntiata ratiocinationum inter se, & cõponantur: tum qua ratione sint nobis paranda, scilicet ex antecedentibus, consequentibus, & repugnantibus.* 9 *Constat etiam ex ijs, quæ diximus non in quauis quæstione esse spectanda illa tria, quæ explicauimus, antecedentia, consequentia, & repugnantia. Nam si quæstio est affirmans, non sunt spectanda repugnantia.* 10 *Vnde nõ sunt eadem inspicienda cùm confirmamus aliquid, & cùm refutamus. Cùm enim confirmamus, & affirmantem probamus quæstionem, spectanda sunt aut antecedentia, & consequentia, aut sola antecedẽtia: cùm autem infirmamus, & negãtem colligimus cõclusionẽ, repugnãtia, & consequẽtia, aut repugnãtia, & antecedẽtia.* 11 *Nec eadẽ inspiciẽda sunt, cùm colligimus uniuersam affirmitem, & particularẽ. Nã in uniuersa sunt considerãda antecedẽtia, & consequentia ex prima præceptione: in particulari affirmãte, sola antecedẽtia utriusq; partis quæstionis.* 12 *Similiter nõ eadẽ considerãtur, cùm refutãdo colligimus uniuersam negantẽ, & cùm colligimus particularẽ. In uniuersa enim aut spectamus quæ repugnant attributo, & secuntur subiectũ; aut quæ repugnant subiecto, & secuntur attributum: in particulari uerò quæ antecedunt subiectum, & repugnant attributo. Itaque in singulis quæstionibus pauca quædam, ac certa & definita sunt spectanda nobis ad inueniendum medium.* 13 *Sed ne quis sibi persuadeat quoniam hæc ars cõmunis est omnibus, posse aliquem hac sola arte de omnibus rebus disputare, est quòd intelligat hîc tantùm tradi generalia præcepta: præterea uerò esse necessariũ in quoque genere rerum nouisse propria consequentia, antecedentia, & repugnantia, atque omnino sumenda esse propria principia. Vt si disputatio sit de bono, aut de quauis alia re. Deniq; in quauis scientia propriam esse adhibendã obseruationem, sunt enim in quaq; arte, & scientia propria principia permulta, præter illa omnium communia, quæ pauca sunt. Itaq; hæc*

plurima. 14 Qua propter tradere cuiusque rei principia experiẽtiæ est. 15 Dico verò, vt astrologicam experientiam tradere principia astrologicæ scientiæ, ijs enim, quæ apparẽt rectè obseruatis inuentæ sunt hoc modo astrologicæ demonstrationes. 16 Similis est ratio in quauis alia arte, & scientia. 17 Itaq; si sumpta fuerint quæ in vnaquaque re insunt, nostrum iam erit demonstrationes expeditè proferre. 18 Si enim in rerum perquisitione nihil prętermissum fuerit ex ijs, quæ planè, ac verè rebus conueniũt: poterimus in omni re, cuius quidem est demonstratio, hanc inuenire, ac demonstrare. 19 Cuius autem non potest esse demõstratio, eam perspicuam facere. 20 Generatim igitur dictũ est quẽadmodum oporteat pronuntiata deligere, accuratiùs autem percurrimus hæc in tractatione de arte Dialectica.

hæc propria principia quærenda sunt in quauis arte. 14 *Hæc autem principia non sunt ratiocinatione ex alijs prioribus comparanda: sed longo rerũ usu, & experientia nobis cognoscenda. Nam ex cognitione rerum singularium acceptа per sensum, fit in nobis memoria: ex memoria sæpe repetita efficitur experientia, quæ est cognitio multarum rerum singularium una ratione conueniẽtium: ex huiusmodi autem experientia, infigitur in animo communis quædam notio, quæ est principium.* 15 *Exempli causa principia propria astrologicæ scientiæ cognita sunt nobis ex multa experientia rerũ cœlestium. Cùm enim sæpè obseruarentur quæ apparent in cœlo, ut certi motus astrorũ, antegreßiones, progreßiones, cõiũctiones, defectiones, distãtiæ, & id genus alia, hinc notata sunt certa quædã principia, unde sunt ortæ demonstrationes huius artis.* 16 *Similiratione inuenta sunt principia in quauis alia arte, & scietia.* 17 *Si igitur in quauis re sumpta fuerint propria antecedentia, & consequẽtia, atq; omnino propria principia: in nostra situm erit potestate ex huiusmodi principijs, facilè & expeditè proferre demonstrationes.* 18 *Nam si dum res ipsas perquisitamus ad explicandum, nihil prætermittamus ex ijs, quæ certò, & necessariò ipsis rebus conueniunt, poterimus facilè in ea re, cuius est demonstratio, adferre propriam demonstrationem, remq; ipsam probare.* 19 *Quòd si res nõ sit nata habere demonstrationem, qualia sunt prima principia, huiusmodi etiam poterimus suo modo explicare, aut inductione, aut alia ratione aut etiã admonere non posse demonstrari.* 20 *Itaque nunc generatim tãtùm docuimus quemadmodũ deligẽda sint pronũtiata, ad efficiendã ratiocinationẽ, & eorũ copia sit paranda. Sed in Top. multò copiosiùs & subtiliùs id explicatur. Primo enim To*

Universidad de Deusto
Biblioteca

pico, cap. 10. Traduntur quatuor instrumenta parandi copiã pronuntiatorum, & ratiocinationum. In octauo quoque libro docetur quænam pronuntiata sint accipiẽda præter ea, quæ sunt necessaria. Demum in tota illa disputatione explicantur uarij loci, unde multa promuntur argumenta, & ratiocinationes ad disputandum ex probabilibus.

Scholia in cap. 31.

3 IN omnibus igitur eadẽ est via in Philosophia, &c.) Per Philosophiam ipsam diuinam & sapientiã, quam Aristoteles tradit in libris τῶν μετὰ τὰ φυσικὰ, intelligit Burana. Quæ quidem sæpe κατ' ἐξοχὴν Philosophia nominatur, vt apud Aristotelem. 4. libro Metaphy. cap. 3. cùm ait ad solum Philosophum pertinere explicare axiomata, & communia principia disciplinarum, intelligens per Philosophum, quem vulgò appellant Metaphysicum, & antea cap. 2. cùm dicit Philosophum disputare de omni ente. Vnde. 6. libro eiusdem disputationis, cap. 1. eam appellat primam Philosophiam. Tamen eodem capite latiùs accipit nomen Philosophiæ. Cùm enim iudicio eiusdem Aristotelis diuidatur Philosophia in cõtemplatricem, & actricem, solam cõtemplatricem diuidit in tres partes. Tres inquit sunt Philosophiæ contẽplatrices Mathematica, Physica, & Theologica. Quam diuisionem maximè probat Ptolemæus in præfatione magnæ compositionis Mathematicæ, & Theon in Commẽtarijs eius loci. Verùm hoc loco non potest tam latè accipere nomen Philosophiæ; nam μάθημα, id est, disciplinam, quo nomine intelligit artes Mathematicas, separat à Philosophia. Quidã enim ex veteribus Philosophus nõ putabãt Mathematicas artes dignas esse nomine Philosophiæ, sed esse tãtùm Philosophiæ præsidia & apparatus. Plato enim. 7. lib. de repub. eas facit προοιμιακὰς, hoc est, priores institutiones puerorũ, quòd oporteret ijs artibus primùm erudiri adolescẽtes, quibus animum idoneũ redderẽt ad Philosophiã. Quod argumentũ toto eo lib. fusissimè persequitur. In Epinomide docet multũ conferre Mathematicas artes ad comparandam sapientiã, & ad contemplandam diuinam generationem, & rerum naturam, idem ferè in Amatoribus. Vnde Xenocrates Platonis

Platonis discipulus, vt refert Laërtius in eius vita, eiusmodi artes vocabat ansas Philosophiæ. Martianus Capella in lib. de nuptijs Philologiæ eas recenset inter famulas Philosophiæ, & ministras Mercuriales. Seneca quoque vltima epistola. 13. libri negat artes Mathematicas partes esse Philosophiæ: immo verò negat quidquam conferre ad Philosophiam; in qua sententia fuerunt quidam Stoici, & Cynici, vt videre est apud Laërtium. Intelligit nunc igitur Aristoteles per Philosophiã superiores illas, & grauiores scientias, diuinam Philosophiam, naturalẽ, & moralem.

6 Atque ad veritatem quidem, &c.) Inter veritatem, & opinionem hoc interesse vult Aristoteles, quòd ea dicũtur iuxta veritatem conuenire, quæ certò, & necessariò conueniunt, in quibus versatur scientia demonstratiua: ea verò ex opinione, quæ non necessariò, sed probabiliter, & hominum sententia dicuntur inesse, in quibus posita est Dialectica. Vnde primo Topico, cap. 11. hoc tradit discrimẽ inter disputationem Philosophicam, & dialecticã, quod in Philosophica habenda sit disputatio iuxta veritatem, dialectica verò disputatio ad opinionem referatur.

15 Ijs enimquæ apparent rectè obseruatis, &c.) Græca λαμβάνηται γὰρ ἱκανῶς τῶν φαινομένων. Dicuntur apud Astrologos φαινόμενα, id est, apparentia, quæ in cœlo apparent, hoc est, ipsa astra tam errantia, quàm inerrantia, imagines cœlestes, demum omnia sidera, atque eorum motus, ortus, occasus, coniũctiones, distantiæ, & id genus alia, quæ facilè sensibus comprehenduntur, quibus obseruatis inuestigant Astrologi causas: de his scripsit olim Aratus poëta lib. quẽ inscripsit φαινόμενα, quem Cicero in Latinum sermonẽ conuertit. Scripsit etiam Phænomena Euclides. Sed primo libro de partibus animalium, cap. 1. traducitur hoc verbum ab Aristotele ad Philosophiam naturalem. Docet enim quemadmodum in Astrologia, eodem modo in disputatione de animalibus priùs esse consideranda φαινόμενα, hoc est, quæ primò sese offerunt nostris sensibus, & cognitu sunt facilia, deinde quærendas esse eorũ causas, quæ difficiliores esse solent, verba Aristotelis sunt νῦν γὰρ ὁμολογούμενον, οἷον πότερον καθάπερ

οἱ μαθηματικοὶ τὰ περὶ τὴν ἀστρολογίαν ἀφηνύουσιν, ὅτω δ' ἂν ᾖ τοῦ φυσικοῦ τὰ φαινόμενα πρῶτον περὶ τὰ ζῶα θεωρήσαντα, εἶτα τὰ μὲν τὰ περὶ ἕκαστον, ἔπειθ' ὅτω λέγεται διὰ τί, καὶ τὰς αἰτίας, εἰ ἄλλως πῶς id est. Nunc autem hæc res nondum est definita, nec quæ dicetur: scilicet, an quemadmodum Mathematici demonstrant, quæ ad Astrologiam pertinent: sic oporteat naturalem quæ in animalibus apparent priùs spectare, & cuiusq; animalis partes: deinde explicare cur quidq; fiat, & causas; an alia quæpiam ratio tenenda sit. Quod autem nunc dubitando proponit, inferiùs eodem capite definit his verbis ἔοικε δ' ἐντεῦθεν ἀρκτέον εἶναι, καθάπερ καὶ πρότερον ἔφαμεν, ὅτι πρότερον τὰ φαινόμενα λαμβάνειν περὶ ἕκαστον γένος, εἶτα τὰς αἰτίας τούτων λέγειν, καὶ περὶ γενέσεως, id est, videtur autem inde esse ducendum initium, quemadmodum antea diximus, vt priùs quæ apparent sumantur in vnoquoq; genere, deinde ipsorum causæ, atque etiam generatio explicentur.

18 Si enim in rerum perquisitione, &c.) Græca habent ἀγαθὸν μὲν κατὰ τὴν ἱστορίαν, id est, si enim nihil secundum Historiam prætermittatur, &c. Galenus in libro, qui inscribitur subfiguratio empirica, scribit Historiã definiri à quibusdam enuntiationem eorum, quæ visu percepta sunt: ab alijs enuntiationem eorum, quæ euidẽter apparẽt, ab alijs demum enuntiationem propriæ intuitionis; quæ tres definitiones idem omnino declarant. Vnde quidam existimant historiam apud Philosophos esse eam disputationem, vbi tantùm explicantur effecta, & quæ sensibus apparent, hoc est quæ antea diximus φαινόμενα, prætermissis causis; qualis est disputatio de historia animalium scripta ab Aristotele. Existimo tamẽ non semper seruari hanc verbi proprietatẽ, sed omnẽ rei tractationem, etiam accuratissimã, & quæ per causas habetur historiam vocari. Disputationem enim de anima, quam accuratissimam esse docet Arist. initiò eius disputationis, eodem loco historiã appellat; vbi admonet Philoponus sumi historiã pro cognitione, ac inde τὰς ἐπισήμονας ἐπιστήμας vocari apud Græcos. Galenus etiam loco citato dicit ex propria sententia historiã esse quidquid libris mandatũ est, idq; ab omnibus ferè Medicis vsurpari. Vnde hoc loco pro quauis rerũ explicatione accipi videtur.

De Diui-

De Diuisione, & eius ratiocinatione. Cap. 32.

ARGVMENTVM.

PVtabant quidam veteres Philosophi diuisionem esse maximè accommodatam ad concludendam differentiam de specie, ac proinde totam definitionem, quæ methodus nunc reprehenditur ab Aristotele. Primò quia quod est propositum non demonstratur, sed petitur sinè probatione: tum quia sumitur medium maius primo extremo: tertiò quia non potest hac methodo concludi omnis quæstio. Demũ quia neque ad colligendam differentiam semper est vtilis.

1 GEnerum autem diuisionem paruam quandam esse particulam huius rationis, & viæ, quam explicauimus, facilè est intelligere. 2 Est enim diuisio quasi infirma ratiocinatio. 3 Quod enim oportet monstrare, id petit: concludit autẽ semper quippiam superius.

* DEmum quò magis confirmata relinquatur hæc methodus à nobis tradita, superest euertamus methodum diuisionis, seu ratiocinationem ex diuisione, quam quidam plurimi faciebant. Putabant enim Diuisione, & diffinitionem inueniri, & necessariò concludi de re definita. Nos quidem fatemur per diuisionem commodè inuestigari definitionem: negamus tamen concludi posse. 1 Itaq; Diuisio generis per differentias paruæ quidã est particula huius methodi & artis inueniendi medium, quam exposuimus, atque omnino totius artis ratiocinandi. Est quidem particula huius methodi, quia hoc ipso, quòd ad concludendam differentiam, aut totam definitionem de re aliqua, sumitur eius genus, iam spectantur cõsequentia. Tamen est parua particula, tum quoniam hac methodo diuisionis non inuenitur omne medium, sed tantùm definitio, quæ mediũ est Demonstrationis, sunt aũt præter definitionem alia plura media. Tum quia per eam non probatur omnis quæstio. 2 Tum etiam est parua particula, quoniam est infirma ratiocinatio, & parui momenti. Quod enim est propositum demonstrare, non demonstrat, sed petit, concludit autem aliud superius. 3 Hãc ergo rationem inutilem esse quatuor rationibus licet demonstrare. Prima est, quæ nunc est proposita scilicet per diuisionem non concludi quod est propositũ, sed peti; concludi autem aliud superius, & minus definitum: cõcluditur enim tota diuisio cum disiunctione. Vt si probandum sit hominem esse participem rationis, idq; uelimus præstare diuisione hoc modo; omne animal est particeps rationis, aut expers: omnis homo est animal: ergo particeps rationis, aut expers. Quæ quidem ratiocinatio firma est, tamen concludit totam diuisionem, quæ superior, & cõmunior est una parte. Quod autem est propositum non potest inde

 conclu-

4 Primùm autem hoc ipsum ignorarunt omnes, qui diuisione vsi fuerunt, & persuadere conabantur, quasi fieri possit, vt ipsius essentiæ, atq; ipsius quid est habeatur demõstratio. 5 Vnde nec quid possit cõcludere is, qui diuidit intellixerunt; neq; eo modo posse, quo diximus. 6 In demonstrationibus igitur cùm aliquid inesse ratione est concludendum, oportet Medium, quo efficitur ratiocinatio, minus semper esse, nec magis vniuersum, quàm primum extremum: in diuisione verò contrà accidit, sumitur enim Medium vniuersum. 7 Sit enim animal designatum elemẽto a, mortale b, & immortale c, homo verò, cuius oportet sumere definitionem d. Sumit igitur omne animal, aut mortale, aut immortale esse; quod perinde est, ac si dicat, quod est a, id omne aut b, aut c esse.

8 Rursus perpetuò diuidendo ponit hominem esse animal, itaque sumit d esse a; ratiocinatio igitur est, omne d, aut b, aut c fore. Vnde necesse est hominem, aut mortalem, aut immortalem esse.

concludi, sed sumitur sine probatione hoc modo: atqui homo non est expers rationis, ergo particeps. Hìc enim petitur quod est in principio propositum: quoniam unum & idem est, & æquè ignotum hominem non esse expertem rationis, & esse participem rationis. 4 *Vnde huiusmodi homines, qua in re se maximè posse credebant, reprehendendi sunt. Ignorabant enim essentiã rei, & definitionem non posse demonstrari, quod ipsi summopere persuadere conabãtur.* 5 *Præterea duo quoque ignorabant in sua illa methodo. Primum, quid diuisione concludi posit, existimabant enim concludi posse definitè ipsam differentiã, atq; ita cõcludi tandẽ totã definitionẽ, cùm reuera nõ cõcludatur differẽtia, sed tota diuisio. Secũdũ eo modo colligi differentiã atq; definitionẽ, quo diximus, scilicet sumi sine ulla probatione, nõ aũt cõcludi. Aut certè ignorabãt uerã rationẽ cõcludendi omne genus quæstionis, quã superius tradidimus, per antecedẽtia, cõsequentia, & repugnãtia.* 6 *Secũda ratio est, in Demõstrationibus, quibus est demonstrãda quæstio uniuersa affirmãs, (qualẽ ipsi putãt diuisione cõcludi) Mediũ nõ potest esse magis uniuersum, quàm maius extremũ, sed aut minus aut saltem æquale: at in diuisione sumitur Mediũ maius maiore extremo. Nam ut paulò ante dictum est, ad concludendum particeps rationis de homine, aut definitionẽ, sumitur mediũ animal.* 7 *Sed idem licet alio exẽplo confirmare. Sit enim homo, cuius quæratur definitio, & de quo singulæ differẽtiæ diuisione sint cõcludẽdæ. Erit ergo prima ratiocinatio, omne animal aut est mortale, aut immortale.* 8 *Deinde quãuis semper progrediatur diuidẽdo, nihilominus sine probatione sumit hominẽ esse animal. unde ratiocinatio tantùm concludit omnem hominem*

9 Esse autem animal mortale tantùm, non est necessarium, sed petitur, atqui hoc erat, quod oportebat ratiocinatione concludere. 10 Rursus posito vt a sit animal mortale, b verò pedes habens, c expes, homo autẽ sit d. Eodem modo sumit ipsum a, aut b, aut c esse: omne enim animal mortale, aut pedes habet, aut expes est: de ipso verò dicitur a, sumpsit enim hominem esse animal mortale, quare necesse est ipsum hominem animal esse habens pedes, aut expes. 11 Habere verò pedes non est necesse, sed sumit. Hoc autem erat, quod rursus oportebat ostendere. 12 Vnde accidit ijs qui ad hunc modum perpetuò diuidunt, vt sumãt pro medio id, quod vniuersum est, id aũt, de quo oportet demõstrare, & differẽtias pro extremis. 13 Tandẽ autem hoc ipsum esse hominem, aut quiduis aliud in quęstione propositum, nihil apertè dicunt, quod sit necessariũ. 14 Aliam enim viam omnem instituunt, nec quæ esse possint copiæ suspicantur. 15 Perspicuum igitur est non licere hac via, & ratione quidquam euertere, neq; de accidente, aut pro-

nem, aut mortalem, aut immortalem esse. 9 *Esse uerò hominem animal mortale, non necessariò hinc colligitur, sed postulatur sine ulla probatione. Atqui hæc erat quæstio proposita, quam oportebat concludere.* 10. *Secunda uerò ratiocinatio, omne animal mortale aut habet pedes, aut expes est: omnis homo est animal mortale (quod sumptum est sine probatione in præcedenti ratiocinatione) igitur omnis homo aut est animal habẽs pedes, aut expes.* 11 *Non tamen hinc sequitur necessariò habere pedes, sed sumitur sine probatione; hoc autem erat, quod rursus propositum erat demonstrari.* 12 *In his igitur demõstrationibus, ut apparet, semper sumitur medium, quod uniuersum est, ac latiùs patet, quàm maius extremum. Nam in prima sumitur pro medio animal, quod uniuersalius est, quàm mortale; in secunda animal mortale, quod latius patet, quàm habere pedes: subiectum autem, de quo res demonstratur, sumitur pro minori extremo, & differentia, quæ demonstratur pro maiore.* 13 *Demũ ex hac sua ratione nihil certò concludunt, neq; necessariò probant hominem esse mortalem, aut habere pedes, aut quiduis aliud in quæstione propositum ad demonstrandum.* 14 *Cuius erroris causa est, quòd hanc methodum diuisionis, quæ alia est à nostra, faciunt omnem uiam & artem inueniendi medium; nec intelligunt alias copias & facultates parandi medium, & pronunciata esse posse, quas scilicet tradidimus.* 15 *Tertia ratio, quòd hæc methodus nõ ualet ad concludendũ omne genus quæstionis. Primùm enim nõ potest ea concludi quæstio negans, sed tantùm affirmãs,*

atque

prio ratiocinari, neque de genere. 16 Nec in quibus ignoratur vtrum hoc, an illo modo se habeat: vt num diameter sit commensurabilis, an incommensurabilis. 17 Si enim sumat omnem longitudinem, aut commensurabilem, aut incommensurabilem esse, dimetientem autem esse longitudinem, concluditur inde commensurabilem, aut incommensurabilem esse dimetientem. Quòd si sumat eam esse incommensurabilem, quod oportebat concludere sumet, quare non licet demonstrare. 18 Hæc enim est via, per hanc autẽ non licet demonstrare incommensurabile, aut commensurabile. 19 Sit autem a longitudo, b commensurabilis, aut incommensurabilis, c diameter. 20 Perspicuum est igitur neque ad omnem

atq; uniuersa; quia colligitur hac arte differentia de specie. Præterea cùm tantũ sumant diuisionem generis per differentias, non potest hac arte concludi accidens de subiecto, nec proprium, nec genus, sed sola differentia. Vnde non ualet ad tractandas illas quæstiones dialecticas generis, proprij, & accidentis. Propterea diximus anteà esse paruã particulam artis explicatæ, 16 Quarta ratio, neq; ad concludendas differentias, & probandam quæstionem definitionis (in qua putant ipsi habere maximam uim) semper ualet. Nam in quibus experientia constat alteram differentiam rei non conuenire, possumus commodè sumere alterã conuenire, etiam si sumatur sine probatione, ut hominem esse mortalem, quia constat non esse immortalem. at in quibus utraq; pars est æquè incerta, & dubia nihil ualet hæc methodus. Exempli causa, in quæstione an diameter quadrati sit commensurabilis lateri, an incommensurabilis: 17 atque ità construatur ratiocinnatio, omnis longitudo alteri comparata, est ei cõmensurabilis, aut incommensurabilis; dimetiens quadrati est longitudo, ergo comparata lateri eiusdem quadrati, erit ei commensurabilis, aut incommensurabilis. Quod si sumatur sine probatione esse incommensurabilem, sumitur quod erat concludendum, ac proinde nihil demonstratur. 18 Talis enim est hæc uia, & ratio, ut anteà diximus, per eam scilicet non concludi quod est propositum, nempe neq; incommensurabile, neq; commensurabile, sed aliquid superius. Quod autẽ est propositum sumi sine probatione. Tamen in hac quæstione proposita neq; hoc licet efficere. Nam cùm sit æquè incertũ esse dimetientem cõmensurabilem, aut incõmensurabilem, non licet ita sumere, atqui non est commensurabilis, ergo est incõmensurabilis. 19 In proposita uerò ratiocinatione, commensurabile, aut incõmensurabile est maius extremum, quod elemento b designatur. Longitudo medium, quod est a. Diameter minus extremum, quod est c. 20 Itaq; hæc ratio probandi aliquid per diuisionem, nec est accommodata ad tractandam omnem

quæstio-

disputationem accommodatum esse hunc inuestigandi modũ, nec quibus maximè videtur conuenire, utilem esse. 21 Constat igitur ex ijs, quæ dicta sunt, ex quibus, & quo modo conficiãtur demonstrationes, & quæ sint spectanda in vnaquaque quæstione.

quæstionem, ut diximus, neq; ad concludendas differentias, & totam definitionẽ, in quibus maximè uidetur ualere, semper est utilis. Est quidem diuisio accommodatum instrumentum ad distribuendam rem in partes, atq; ad inuestigandã definitionẽ; nõ tamen ad aliquid certò concludendũ. 21 Ex tota igitur superiori disputatione hoc manifestum relinquitur, Primùm ex quibus, & quo modo cõstruantur ratiocinationes, quod explicatum est in prima sectione. Tum in secũda sectione quæ sint considerandæ, ut inueniatur medium accommodatum ad cõcludendum omne genus quæstionum.

Scholia in cap. 32.

2 *Generum autem diuisionem. &c.) Existimat Alexander Aristotelem reprehendere hoc loco Platonem, qui putauerit diuisionem esse aptissimum instrumentũ ad demonstrãdum aliquid, præsertim definitionem. Philoponus autem conatur ab hac reprehensione Platonem uindicare, quòd Plato maximè quidem commendauerit diuisionem ad res explicandas in partes, non autẽ existimauerit habere uim demonstrandi; cùm quatuor fecerit methodos, diuisionis, definitionis, demonstrationis, & resolutionis. Acproinde Arist. alios reprehendere, qui rationẽ diuidẽdi putarẽt demõstratiuã esse, nõ Platonẽ. Hæc Philoponus pro Platone. Ex dialogis tamẽ Platonis nõ licet aliquid certi deprehẽdere. In Phædro maximè quidem laudat rationẽ diuidendi vnũ in multa, & colligẽdi multa in vnã speciem. Dicit enim Socrates eo loco se utriusque rationis amatorem esse, vt tum sapere, tum loqui possit: atque si quenquam existimet eam habere facultatem, qui vnum, & multa perspicere possit, eum è uestigio sequi tanquam numen aliquod: & eos homines, qui id præstare possint appellare se Dialecticos. In Ciuili ex quibusdam animaliũ diuisionibus colligit definitionem Regis, & ciuilis gubernatoris. In eodem dialogo ex quadam artium diuisione uenatur definitionem artis textoriæ.*

In Sophista similiter ex multis varijsq; artiũ diuisionibus varias colligit artis Sophisticæ, atq; ipsius Sophistæ definitiones. Quam rationẽ inueniendi finitionẽ tradit, & maximè probat ipse Arist. in. 2. de Demõstratione. Sed forsan Plato in his locis nõ tãtùm putabat inueniri definitionem hac arte, sed etiã certò colligi, & probari. Id enim videtur eius verba præseferre. Nam in Sophista vbi varias exposuit artium diuisiones, ac varia genera, ita colligit secundam sophisticæ artis definitionẽ. ἴθι δὴ νῦν συναγάγωμεν αὐτὸ λέγοντες, ὡς τὸ τῆς κτητικῆς μεταβλητικόν, ἀγοραστικῆς, ἐμπορικόν, ψυχεμπορικῆς περὶ λόγους, καὶ μαθήματα ἀρετῆς πωλητικόν, δεύτερον ἀνεφάνη σοφιστικόν. *id est, Age nunc iam colligamus dicentes apparere secundò Sophisticam esse genus artis acquirẽdi, quod in cõmutatione, emptione, mercatura positũ est, in ea scilicet hominũ mercatura, vt virtutẽ vendat ad orationẽ, & disciplinas pertinentẽ. Deinde paulò inferiùs colligens tertiã sophistæ definitionẽ sic habet.* Ξεν. καὶ τὸ κτητικῆς ἆρα μεταβλητικόν, ἀγοραστικόν, καπηλικόν, ἤτε αὐτοπωλικὸν ἀμφοτέρως ὅ, τι περ ἂν ᾖ περὶ τὰ τοιαῦτα, μαθήματα πωλικὸν γένος, ἐὰν σὺ προσερᾷς ὡς φαύνη σοφιστικόν; Θεαι. ἀνάγκη, τῷ γὰρ λόγῳ δὲ συνακολουθεῖν, *id est. Hospes. Illud igitur genus artis acquirendi, quod cõmutat, emit, cauponatur, siue suas vẽdat inuentas artes, aut vtrouis modo in huiusmodi rebus se gerat disciplinas vendẽs, perpetuò tu vt videris appellabis sophisticũ? Theæt. Necesse est. Nam rationi essentiri oportet. Cùm ergo dicit in primo loco, Age nunc iam colligamus, & in hoc secũdo, Necesse est, nãrationi assentiri oportet, significare videtur necessaria ratione ex diuisionibus colligi definitionem. Sed totam hanc rem Platonicis examinandam relinquo, & defendendam, mihi satis fuit locum indicasse.*

4 *Primum autem hoc ipsum ignorarunt, &c.) Definitionem, ac rei cuiusque essentiam demonstrari nõ posse, longa oratione disputat Aristoteles. 2. lib. de Demonstratione. Et præsertim non posse demonstrari per diuisionem ostendit cap. 5.*

19 *Sit autẽ a lõgitudo, b cõmensurabilis, aut incommensurabilis, &c.) Secutus sum hoc loco Græcam lectionem, quæ fertur in codice Florẽtino, & in Græcis Cõmentarijs Philoponi, & in omnibus Latinis versionibus,*

nibus, tam veteribus, quàm recẽtioribus. Codex tamẽ Græcus Basiliẽsis aliam habet lectionem, sed corruptam sanè. Nam duo illa verba, incommensurabile, aut commensurabile, quæ iunguntur cum oratione præcedente numeri 18, in codice Basilienſi iunguntur cum oratione sequente hoc modo incommensurabile, aut commensurabile sit a. Deinde post elementum b, auferuntur duo verba commensurabilis, aut incommensurabilis. Vt totus hic locus hoc modo se habeat, incommensurabile, aut commensurabile sit a, magnitudo sit b, diameter c. Constat autem hũc locum corruptum esse, quoniam Aristoteles in hoc capite, per elementum a, non intelligit partes diuisionis, sed ipsum diuisum, quod sumitur loco medij; vt apparet ex superioribus exemplis.

SECTIO TERTIA.

De resolutione ratiocinationum in figuras, & pronuntiata. Cap. 33.

ARGVMENTVM.

IN hac tertia, & vltima sectione docetur quemadmodum ratiocinationes iam cõfectæ, sed inconditæ, reuocandæ sint in perfectam formam ratiocinationis. Hoc capite vnicum traditur præceptum, scilicet dissoluendam esse prius ratiocinationem in pronuntiata, atque spectandum esse in ipsis vtrum sit vniuersum, & vtrum particulare: vtrum propositio, vtrum assumptio: an desit aliquid, an abundet: nonnunquam omnia esse transmutanda.

1 POst hæc autem dicendum est quemadmodũ redigamus ratiocinationes in figuras antea expositas. 2 Hoc enim restat ex proposita disputatione. Si enim ratiocinationũ cõstructionẽ considerauerimus, & habuerimus inueniẽdi facultatem, tum verò eas quę iam factę sunt reuocauerimus ad figuras ex-

1 SVpereſt explicanda tertia ſectio huius primi libri, in qua docendũ eſt quẽadmodum ratiocinationes iam confectæ, tamen rudes & inconditæ, ad tres illas figuras ſuperiùs expoſitas ſint reuocandæ: ut hac ratione ſintne rectæ, an uitioſæ; neceſſarióne concludant, an minus, iudicentur: ſic enim intellegemus in qua figura contineantur, quamuis incõditæ ſint. 2 Hæc enim pars tantùm ſuperesſe uidetur propoſitæ diſputationis, qua conſtituimus tradere perfectam artem & uiam ratiocinandi. Nam ſi prius perfectum habeamus è quibus, & quo modo omnis conficiatur ratiocinatio, quod in prima ſectione explicatum eſt:

positas, finem accipiet quod ab initio est institutum. 3 Simul etiam eueniet per ea, quæ nũc explicabuntur, quæ priùs dicta sunt magis confirmari, magisq; fieri manifestum ita se habere: oportet enim quidquid verũ est, ipsum sibi ipsi omni ex parte consentire. 4 Primùm igitur danda opera est, vt sumamus duo pronũtiata ratiocinationis: faciliùs enim est in maiores partes, quàm in minores diuidere: sunt autem ea, quæ composita sunt maiora ijs, ex quibus constant. 5 Deinde spectandum est vtra pronuntiata sint vniuersa, & vtra in parte. 6 Quòd si ambo sumpta non fuerint, oportet eum, qui resoluit, alterũ ponere. Interdum enim tam qui scribũt, quàm qui interrogant, vbi pronuntiauerint vniuersum, quod sub eo continetur non assumunt. 7 Aut hæc quidem pronuntiãt, ea

tum qua ratione posimus inuenire medium accommodatum, & pronũtiata ad concludendum omne genus quæstionis; quod expositum est in secunda sectione: tertiò uerò, si intelligamus quanam arte ratiocinationes tam constitutæ, sed inconditæ redigantur ad figuras superiores, finem accipiet disputatio, & ars, quã à principio tradere instituimus. 3 Eadem etiã opera confirmabũtur quæ anteà docuimus, scilicet omnem ratiocinationẽ constare tribus terminis, & duobus pronuntiatis, atque tantùm esse tres figuras, si ratiocinationes confectæ non possint nisi ad eas figuras, eo modo se habentes reuocari. Cum enim uerum ubiq; debeat sibi consonum esse, hæc quæ nunc tradentur, & superiora se mutuò confirmabũt. 4 Hæc aũt ratio reuocãdi ratiocinationes confectas duobus in primis præceptis explicari poterit. Quorũ primum est: Ante omnia diuidenda est ratiocinatio confecta in pronũtiata, ut inde possint accipi duo pronũtiata accommodata. Facilius enim diuidetur in pronuntiata, quæ sunt partes maiores, quàm in terminos, qui sunt minores, ex quibus constant pronuntiata. 5 Considerandum etiã est ex eiusmodi pronuntiatis, in quæ diuisa est ratiocinatio, utra sint uniuersa, & utra particularia: & utrum pronuntiatum sit propositio, utrum assumptio. 6 Tertiò, si ambo pronuntiata sumpta nõ fuerint in ratiocinatione, debet is, qui resoluit spectare utrum desit, atque ipsum apponere: intelligemus autem utrum absit hac arte. Si in antecedente desit maius extremũ & attributum conclusionis, deest propositio: si autem desit minus extremum, deest assumptio. Interdum igitur tam qui scribendo tractant quæstionem, quàm qui disputãdo cum aduersario more Dialecticorũ, proposita propositione prætermittunt assumptionem tanquam manifestam, quæ sub propositione dicitur cõtineri. Vt quicunque aliena surripit pernicios⁹ est reipub. ergo fur pernicios⁹ est reipub. 7 Nonnunquam contrà faciunt, sumpta sola assumptione præter-

mittunt

verò prætermittunt, per quæ hæc ipsa concludunt. 8 Alia verò frustrà rogant. 9 Obseruandum autem est si quid superfluũ sumptum fuerit, an aliquid prætermissum, quod sit necessarium: atque hoc apponendum est, illud verò auferendum, donec ad duo tãtùm pronuntiata peruentum sit, nam sine his non possunt reuocari rationes ita rogatę. 10 Sed in quibusdã facilè est videre quod deest, in alijs autem id latet, atque videntur ratiocinari, propterea quòd necessariò consequatur aliquid ex ijs, quæ posita sunt.

11 Exempli causa, si sumptum fuerit, non interempta substãtia, nõ interimitur substantia: ijs autem interẽptis, ex quibus aliquid cõstat, interimitur quod ex ipsis constat: his enim positis necessariò efficitur partem substantiæ esse substantiam. 12 Non tamẽ ratiocinatione conclusum est ex ijs, quæ sumpta sunt, sed desunt pro-

mittũt propositionem, cuius ui assumptio concludit & infert cõclusionem. Vt hõ est animal, ergo homo sentit, Verres fur est, ergo supplicio dignus. 8 Interdum etiam sumunt aliquod pronuntiatum superfluum. Vt in hac ratiocinatione, omne animal sentit, omne animal natura mouetur, omnis homo est animal, igitur omnis homo sentit, secundum pronuntiatum est superuacaneũ. 9 Itaq; diligenter obseruandum est sitne sumptum aliquod pronuntiatũ superuacuũ, an aliquod necessarium prætermissum. Tum enim quod est superfluum detrahendum est, quod autem necessarium adiungendum, donec habeamus duo pronuntiata accommodata; nam sine his non potest reuocari proposita ratiocinatio ad aliquam figuram. 10 Sed in quibusdam rationibus ex ijs, quæ inconditæ, & imperfectæ proponũtur, facile est uidere quod deest; ac proinde facile est eas resoluere, quales sunt in quibus exprimitur altera ex sumptionibus, & altera sileatur. In alijs autem difficile est uidere quod deest, & uidẽtur esse ratiocinationes, quia necessariò sequitur conclusio ex ijs, quæ sumpta sunt: tamen reuera nõ sunt ratiocinationes, neque sequitur conclusio ex pronũtiatis, quæ ibi sumũtur, sed ex alijs prioribus, unde uim accipiunt. Quare huiusmodi rationes maiore indigent opera, ut reuocẽtur ad ratiocinationes. 11 Qualis est hæc ratio, nõ ablata substantia & essentia rei, non interimitur ipsa substantia, sed interemptis partibus, è quibus totum aliquod constat, interimitur totum, quod ex eis constat; ex his necessariò sequitur partem substantiæ esse substantiam. 12 Tamen hæc ratio, etsi necessaria sit, non est ratiocinatio, neq; necessariò cõcludit ex his pronũtiatis, sed ex alijs, quæ desunt, unde sumũt uim hæc, quæ sumpta sunt. Quapropter ut fiat ratiocinatio, submouenda sunt hæc pronuntiata,

nũtiata. 13 Rursum si cùm sit homo, necesse est animal esse, & cùm sit animal, substantiam esse: necesse est cùm sit homo, substantiam esse. Nondum tamen ratiocinatione conclusum est, quia nõ se habent pronuntiata vt diximus. 14 Decipimur autem in huiusmodi rationibus, propterea quod necessariò cõsequitur aliquid ex ijs, quæ posita sunt, & ratiocinatio etiam necessaria est ratio. Verumtamen latiùs patet necessaria ratio, quàm ratiocinatio: omnis enim

& alia sufficienda hoc modo. Id omne, quo interempto interimitur substantia, est substantia, sed partes substantiæ sunt huiusmodi, ut ipsis interemptis interimatur substantia: ergo partes substantiæ sunt substantiæ. Primum enim pronuntiatum, quod hic sumitur, latebat in priore propositæ rationis, & secundum in secũdo. 13 Similis est etiam hæc ratio. si homo est, animal est: si animal est, substantia est, ergo si homo est, substantia est. Quæ etsi necessariò concludat, non est ratiocinatio, quia nullum pronuntiatum sumitur uniuersum: diximus autem in superioribus oportere in omni ratiocinatione, aut ambo pronũtiata, aut saltem alterũ uniuersum esse. Reuocatur autẽ ad ratiocinationẽ hoc modo. Quidquid sequitur ex aliquo, sequitur ex eo, ex quo illud sequitur: sed substantia sequitur ex animali, quod sequitur ex homine: ergo substantia sequitur ex homine. Tales sunt omnes illæ rationes, quæ sumunt uim ex aliquo principio, aut pronuntiato externo, & uero, quod pronũtiatũ est propositio, & assũptio est diuisa in duo, aut plura pronuntiata. Vt senarius est maior quaternario, quaternarius est maior binario: ergo senarius est maior binario. Quæ ratio sumit uim ex illo principio, quod extrinsecus intelligitur, Quidquid est maius maiore, est maius minore. Omnes autem huiusmodi rationes rediguntur ad formam ratiocinationis sumpto illo principio extrinseco, loco propositionis, & omnibus pronuntiatis, quæ in ipsis sumuntur collectis in unam assumptionem. Vt quidquid est maius maiore, est maius minore: senarius est maior maiore, nempe quaternario, qui est maior binario: ergo senarius est maior minore, nempe binario. Sed obseruandũ est in his, ut illud principium externum sit uerũ. Si enim fuerit falsum, inutilis est ratio, quia sumit uim ex falso principio. Vt si quis ita argumentaretur: binarius est duplo maior unitate, & quaternarius duplo maior binario: ergo quaternarius est duplo maior unitate. Vitiosa, inquam, est ratio, quia nititur falso principio. Si secundum est maius primo aliqua mensura, & tertium maius secundo eadem mensura, tertium erit maius primo eadem mensura. 14 Fallimur autem in huiusmodi rationibus, ut existimemus ratiocinationes esse, quia necessariò concludunt, & omnis etiam ratiocinatio necessariò concludit. Verumtamen multò latiùs patet ratio necessaria, quàm ratiocinatio. Nam omnis ratiocinatio est necessaria,

ratiocinatio est ratio necessaria; non tamen omnis ratio necessaria continuò ratiocinatio est. 15 Quapropter non si positis quibusdam quid consequatur, continuò enitendum vt redigatur, sed priùs sumenda sunt duo pronuntiata.

cessaria ratio, nõ tamen omnis ratio necessaria est ratiocinatio. 15 Itaq; nõ si qua ratio necessariò concludat, continuò existimandum est ratiocinationẽ esse, atque ex pronuntiatis in ea sumptis redigi posse in formam perfectæ ratiocinationis: sed quærenda sunt duo pronuntiata, quæ sint accommodata.

Scholia in cap. 33.

2 Inem accipiet quod ab initio est institutum, &c.) Exemplar Basilienſe habet hoc loco τέλος ἂν ἔχοι τὴν ἐξ ἀρχῆς πρότασιν. Sed mendosè profectò, nam πρότασις non significat institutum operis, sed pronuntiatum, sic enim accipitur passim in his libris. Meliùs ergo habet exemplar Florẽtinum, & textus, qui fertur in Græcis Commentarijs Philoponi, vbi non scribitur πρότασις, sed ὑπόθεσις; hoc enim verbum significat sæpe apud probatos auctores institutum, & argumentum operis. Nisi forsan non scripserit Aristoteles ὑπόθεσιν nec πρότασιν, sed πρόθεσιν. Nam hoc nomen vsurpat pro instituto primo Topico, statim initiò, cùm ait ἡ μὲν πρόθεσις τῆς πραγματείας, id est, institutum huius tractationis. Sic legisse videntur hũc locũ Boëthus, & Argyropylus, qui verterunt propositum.

7 Ea verò prætermittunt, per quæ hæc ipsa concludũt, &c.) Varias adfert Alexander huius loci explicationes, nos tamen eam selegimus in Paraphrasi, quæ vertor, & facilior videtur, & quam magis probarũt Philoponus, & Burana. Propterea verbum Græcum περαίνονται non vertimus concluduntur, vt alij interpretes, sed concludũt; est enim verbum commune, atq; habet hoc loco agentẽ significationẽ. Nã docet hîc Arist. assumptionẽ cõcludere, & inferre cõclusionẽ per propositionẽ, quia potissima vis ratiocinationis sita est in propositione, præsertim in prima, & secunda figura, vbi propositio perpetuò est vniuersa.

De reso-

Universidad de Deusto
Biblioteca

De resolutione in terminos. Cap. 34.

ARGVMENTVM.

Hic traditur secundum præceptum. Pronuntiata sunt dissoluenda in terminos, in quibus accipiendum est medium, ex cuius collocatione intelligimus in quam figuram debeat argumentatio reuocari. Nonnũquam id intelligimus ex quæstione.

1 DEinde hoc modo facienda est in terminos diuisio, atque ex terminis is loco medij est collocandus, qui sumitur in ambobus pronuntiatis. Necesse enim est medium in vtroque pronuntiato reperiri, idque in omnibus figuris. 2 Si igitur medium de alio affirmetur, & de ipso aliud; aut ipsum quidem affirmetur de alio, & de ipso aliud negetur, prima erit figura. 3 Quòd si affirmetur de alio, & de alio negetur, media figura. 4 Si verò alia de ipso affirmentur, aut alterum affirmetur, negetur alterum, vltima figura. Sic enim disponebatur medium in vnaquaque figura. 5 Similis verò ratio est, si nõ sint vniuersa pronuntiata: eadẽ enim est medij definitio. 6 Perspicuũ igitur est, in qua ratione sæpius aliquid non dicatur, eam non effici ratiocinationem. Neq;

1 *SEcundum præceptum resoluendi traditur hoc capite, quod est, ubi ratio diuisa est in pronuntiata, rursus ipsa pronuntiata sunt dissoluenda in terminos, qui sunt minimæ partes ratiocinationis, atque is terminus, qui reperitur in ambobus pronuntiatis, est accipiendus pro medio. Nam in omnibus figuris medium sumitur in utroque pronuntiato.* 2 *Rursus ex dispositione medij intelligemus in quam figuram sit redigenda ratiocinatio. Nam si medium in uno pronuntiato affirmetur de subiecto, & in altero de ipso affirmetur attributum; aut de ipso negetur attributum in uno, in altero ipsum affirmetur de subiecto, intelligemus primam esse figuram.* 3 *Si uerò medium in utroque pronuntiato sit attributum, ut in altero affirmetur, in altero negetur, secũda erit figura.* 4 *Si autem in utroque pronuntiato subijciatur medium, ita ut uel ambo attributa de ipso affirmentur, uel alterum affirmetur, alterũ negetur, tertia & postrema erit figura. Iam enim docuimus in superioribus hanc esse medij dispositionem in quaque figura.* 5 *Atque eadem omnino ratione collocatur mediũ, si non sumantur ambo pronuntiata uniuersa; sed alterum uniuersum, alterum particulare.* 6 *Vnde si in aliqua ratione non sumatur sæpe aliquis terminus in pronuntiatis, ea non potest reuocari in ratiocinationem, quia caret medio.*

7 *Non*

enim in ea sumptum est medium. 7 Quoniam autem intelligimus cuiusmodi quæstio in quaque figura concludatur; & in qua figura concludatur vniuersa, in qua verò particularis, manifestum est nõ omnes figuras spectandas esse, sed eam, quæ propria est cuiusque quæstionis. 8 In ijs autem quæstionibus, quæ in pluribus figuris concluduntur, collocatione medij dignoscemus figuram.

7 *Non tantùm ex medij collocatione, sed etiam ex quæstione, quæ concluditur, intelligere poßumus in quam figuram reuocanda sit ratiocinatio. Iam enim definiuimus in superioribus uniuersam affirmantem non posse concludi, nisi in prima figura; uniuersam negantem in prima, & secunda; particularem affirmãtem in prima, & tertia; negantem in omnibus. Si igitur quæstio fuerit affirmans uniuersa, non poterit reuocari ratio, nisi ad primam figuram: si autem negans, ad primam, uel secundam. Vnde non est necesse ad reuocationem omnes figuras percurrere, & experiri.* 8 *Cùm autem quæstio in pluribus figuris concludi potest, qualis est particularis, certior ratio cognoscendi figuram, in quam resoluenda est argumentatio, est collocatio medij.*

De errore qui accidit ex similitudine collocationis terminorum. Cap. 35.

ARGVMENTVM.

In ipsis ratiocinationibus, atque earum resolutione multi contingunt errores, primus est iam antea expositus, secundus explicatur hoc capite, cùm ex eo, quòd termini collocati sunt in aliqua figura, putamus necessariam esse ratiocinationem, etiam si nullum pronuntiatum sumatur vniuersum. Vnde fit vt vero antecedente, conclusio sit falsa.

1 PErunque igitur accidit, vt decipiamur in ratiocinationibus propter cõcludendi necessitatẽ, vt antea dictũ est.

2 *DVo præcepta, quæ tradidimus generalia sunt, & necessaria in omni resolutione: nunc autem explicandi sunt quidam errores, aut quædam uitia ratiocinationum, quæ diligenter obseruanda sunt, ne decipiamur in resoluendo. Primus error est ille iam antea explicatus, cùm existimamus omnem argumẽtationem necessariam, esse ratiocinationem. Nam multæ sunt, ut diximus, quæ non sunt ratiocinationes, ut illæ, quæ nituntur externo principio, tum reciprocationes, unde nõ est necesse omnes reuocari ad aliquam figurã ratiocinationũ.*

2 Interdum verò propter similitudinem collocationis terminorum, quod minimè nobis ignorari oportet. 3 Vt si a dicatur de b,& b de c. Videbitur enim terminis ita dispositis ratiocinatio esse: cùm nec efficiatur quidquam necessariò, nec ratiocinatio.

4 Sit enim a semper esse, b autē intelligibilis Aristomenes, c verò Aristomenes. Verum quidem est ipsum b esse a. Nam intelligibilis Aristomenes semper est. Tum etiam c est b, Aristomenes enim est intelligibilis Aristomenes. Atqui c non est a, mortalis enim est Aristomenes. 5 Non igitur efficiebatur ratiocinatio terminis ita collocatis, sed oportebat vniuersum accipi pronuntiatum a b. Hoc autem falsum, pronūtiare omnem intelligibilem Aristomenē semper esse, cùm mortalis sit Aristomenes. 6 Rursum esto quidē vt c sit Miccalus, b aūt musicus Miccalus, a verò cras interire. Verè quidē dicitur b de c, Miccalus enim est Miccalus musicus. Tū etiā a de b, interibit enim cras musicus Miccalus a verò

2 Secūdus error est cùm putamus propter eaquod termini collocati sunt in aliqua figura, & medium ita dispositum, ut figura postulat, esse rectam & necessariam ratiocinationem, etiamsi nullum sumatur pronuntiatum uniuersum, sed omnia indefinita. 3 Vtpote si maius extremum dicatur de medio, & medium de minore extremo: ut b est a, & c est b, uidetur ex terminorum collocatione esse ratiocinatio in prima figura: cùm re uera nec sit ratiocinatio, immo uerò neq; necessaria argumentatio. Nam fieri potest, ut ueris existentibus pronūtiatis, sit falsa conclusio. 4 Quod hoc exemplo fit manifestum. Intelligibilis Aristomenes semper est, sed Aristomenes est in intelligibilis Aristomenes, igitur Aristomenes semper est: ubi propositio uera est, nam Aristomenes quâ intelligibilis semper est, quia semper intelligi potest, semperq; est aptus ut de eo cogitetur, quamuis nō sit. Assumptio item est uera, quoniam Aristomenes intelligi potest, conclusio uerò est falsa. Non enim semper existet Aristomenes, cùm sit mortalis. 5 Vitiosa igitur est ratiocinatio, quāuis termini sint collocati in prima figura; quia oportebat propositionē esse uniuersam, indefinita enim idem pollet, quod particularis. Quòd si uniuersa sumatur, omnis intelligibilis Aristomenes semper est, recta erit ratiocinatio, tamen propositio erit falsa, habet enim hunc sensum, omnis Aristomenes, cui accidit intelligibilem esse, semper est, quod falsum est, nā etsi semper intelligi posit, hō tamē, cui id accidit nō potest semper esse, ac proin de sequitur falsa cōclusio. 6 Alio exēplo res illustrari potest. Miccalus musicus cras interibit, Miccalus est Miccalus musicus, igitur Miccalus cras interibit. Vbi propo-

de c falsò dicitur. 7 Quod profectò simile est exēplo superiori, nō enim verū est vniuersè omnē Miccalū musicū cras interiturū; ni autem ita sumatur, non erit ratiocinatio. 8 Hic igitur error ex eo fit, quòd parui referre videtur, quasi enim nihil referat dicere, hoc in illo ineſt, aut hoc in toto illo ineſt, id concedimus.

positio est uera; nam si demus Miccalum cras amissurum artem musicam, ipso saluo manente, uerum est Miccalum musicum cras interiturum quòd ad musicam: assumptio item est uera, & conclusio falsa, quia Miccalus cras non interibit. 7 Quod exemplū idem habet uitium cum superiore: sumitur enim propositio indefinita. Quòd si uniuersa sumatur, omnis Miccalus musicus cras interibit, recta erit; ratiocinatio tamen propositio est falsa, quoniam habet hunc sensum, omnis Miccalus, cui accidit musicum esse cras interibit, ut interitus nō referatur ad musicam, sed ad subiectum; quo modo falsa est, quia constitutum est interire musicam, non ipsum Miccalum. 8 Itaque hæc deceptio ex eo nasci tur, quòd parum interesse putamus, sumatur ne pronuntiatū uniuersum, an indefinitum. Quasi nihil referat dicere hoc est illud, aut omne hoc est illud. Vt homo est albus, aut omnis homo est albus: cùm multum intersit. Quare huiusmodi ratiocinationes non sunt resoluendæ in figuram, nec rectæ existimandæ.

Scholium in cap. 35.

4 SIT enim a semper esse. &c.) Duplex dubitatio oritur hoc loco. Prima, cur hoc pronuntiatum sit verū, Aristomenes intelligibilis semper est; illud verò falsum, omnis Aristomenes intelligibilis semper est. Deinde quo pacto subiecto singulari adhibeatur nota vniuersa, cùm capax nō sit huius notæ. Aluidius Arabs interpres, vt refert Franciscus Burana, existimat verum esse hoc pronūtiatum, Aristomenes intelligibilis semper est, quòd Aristomenes significet naturam absolutam abstractā à singularibus, quæ perpetua est, cùm sit vniuersa: illud autem esse falsum, omnis Aristomenes intelligibilis semper est, quia significat omnem singularem Aristomenem, quemadmodum hoc est verum, homo est species; illud verò falsum, omnis homo est species, quam interpretationē maximè probat Burana. Verùm, quod pace eius dixerim, apta nō est: quia nō potest accommodari secūdo exēplo, in quo dicit Aristoteles idem esse vitium. Multò igitur aptior est

ea interpretatio,quam explicauimus in paraphrasi,quæ est Alexãdri, & Philoponi.Vt verum sit hoc pronuntiatum, Aristomenes intelligibilis semper est,qua parte est intelligibilis, & Miccalus musicus interibit,qua parte est musicus.Nam simili ratione dicit Aristoteles primo Physico, cap. 7. ex homine immusico, fieri hominem musicum; vbi homo nec interit,nec generatur,sed interit immusicum,& generatur musicum.Vnde est animaduertendũ,hoc loco præter hoc vitium,quòd propositio sumitur indefinita,committi quoque illam fallaciam,ab eo quod dicitur ex parte,ad id quod dicitur simpliciter.Nam Aristomenes intelligibilis semper est,qua parte est intelligibilis, inde verò colligimus simpliciter semper esse.Idem est vitium in secundo exemplo. Secundæ dubitationi respondent quidam,non docere Aristotelem subiectum singulare accipere notam vniuersam;sed hoc tantùm, vt recta sit ratiocinatio in prima figura,debere propositionem esse vniuersam,quod intelligitur cùm subiectum est commune. Aut dicendũ est sumptas esse hîc voces singulares pro communibus. Ex hoc loco apparet quàm intersit inter pronuntiatum vniuersum,& indefinitum.Nam multa indefinita sunt vera,vniuersa falsa.Vnde oritur error,qui hoc capite explicatur, vt homo albus est ens per accidens, homo est homo albus, ergo homo est ens per accidens, propositio vera est, & conclusio falsa. Tamen si fiat vniuersa propositio,omnis homo albus est ens per accidẽs,falsa est,quia habet hunc sensum,omnis homo,cui accidit album esse,est ens per accidens,quod est falsum.Sic etiam,album est accidens,cygnus est albus,ergo cygnus est accidens,vera est propositio: tamẽ si fiat vniuersa, est falsa,omne album est accidens,quia significat omne,cui accidit albũ esse, est accidens.Sic etiam,homo est species,verum pronuntiatum, omnis homo est species,falsum. Causa est,quia nota vniuersa distribuit subiectũ commune, cui additur in omnia sua singularia, efficitque vt sumatur subiectũ,non pro accidẽte,sed pro rebus singularibus accidẽti subiectis.

De vitiosa expositione terminorum. Cap. 36.

ARGVMENTVM.

TErtius error hîc explicatur,cùm in exponendis terminis, sumuntur formæ accidentium pro paronymis,vnde accidit vt sit antecedens verum, & consequẽs falsum,idque in omnibus figuris.

2 Sæpe

1 SAEpe verò falli contingit propterea quòd non rectè exponuntur termini, qui sunt in pronuntiatis. 2 Vt si a sit sanitas, b morbus, c homo. Verũ enim est dicere nulli b contingere vt insit a; nulli enim morbo inest sanitas: rursus b inesse omni c; nam omnis homo potest in morbum incidere: videbitur igitur consequi, non contingere vlli homini sanitatem inesse. 3 Huius rei causa est nõ rectè expositos esse terminos in dictione. 4 Quoniam si pro habitibus sumantur, quę ab habitibus appellãtur, non erit ratiocinatio. Vt si pro sanitate ponatur sanũ; pro morbo, morbidum. Tũc enim non verè dicitur, nulli morbido contingit sanum inesse. 5 Hoc autem nisi sumatur, non efficitur ratiocinatio, nisi eius, quod est contingere, quod quidem non est impossibile, contingit enim nulli homini sanitatem inesse.

1 TErtius error, qui contingit in resoluendis ratiocinationibus, est cùm termini pronuntiatorum non recte exponuntur, ut existimemus necessariam esse ratiocinationem, cùm non sit. Scilicet cùm formæ seu habitus accidentium sumuntur pro paronymis: unde accidit, ut in alia sumptione sumatur forma, in alia paronymum, aut in sumptionibus sumantur paronyma, & in conclusione concludantur formæ; atque inde euenit, ut sint ueræ sumptiones, & conclusio falsa. Qui error accidit in omnibus figuris. 2 In prima figura hoc modo. Necesse est nulli morbo inesse sanitatem, omni homini inest morbus, ergo necesse est nulli homini sanitatem inesse. Vbi propositio est uera, & assumptio item uera, si demus omnem hominem ægrotare, quandoquidem fieri potest; & conclusio est falsa; habet enim hunc sensum, necesse est nullum hominem esse sanum. 3 Causa est non rectè exponi terminos dum uoce proferuntur; nam in propositione sumimus formas, habet enim hunc sensum, necesse est nullum morbum sanitatem esse: in assumptione uerò sumimus paronymum nomine formæ, quoniã habet hunc sensum, omnis homo est morbidus. Itaque causa totius erroris est, quòd sumimus uocabula formarum, quæ pro uario subiecto, cui iunguntur, reddunt uarium sensum; ut modò pro formis, modò pro paronymis accipiantur. 4 Tolletur autem error si pro formis ubiq; sumantur paronyma. Vt necesse est nullum morbidum esse sanum, omnis homo est morbidus, ergo necesse est nullum hominem esse sanum. Vbi ratiocinatio recta est, sed non sequitur uera conclusio, quia propositio est falsa simpliciter, & ut dicitur in sensu diuiso. Potest enim is, qui morbidus est, sanus fieri. 5 Quòd si propositio non sumatur necessaria, non potest sequi necessaria conclusio; potest tamen sequi conclusio contingens uera, si propositio sumatur contingens. Vt con-

6 Rursum in media figura simili ratione sequetur falsum. Nulli enim morbo cõtingit sanitatem ineſſe, omni homini ineſt sanitas: quare nulli homini cõtingit morbum ineſſe. 7 In tertia verò figura sequitur conclusio falsa contingens. Nam sanitas, & morbus, scientia, & ignorantia, atque omnino ipsa cõtraria cõtingunt omni eidem ineſſe, sibi verò mutuò ineſſe non possunt. 8 Hoc autem dissentit ab ijs, quæ dicta sunt: cùm enim eidem multa contingebant ineſſe, & sibi mutuò ineſſe cõtingebant. 9 Manifestum igitur est in his omnibus errorem accidere propter expositionem terminorum. Si tamen habitus transmutentur in ea, quæ ab habitibus appellantur, nihil falsum efficitur. 10 Constat igitur in huiusmodi pronuntiatis, semper pro habitu sumendum esse quod ex habitu dicitur, idque pro termino ponendum esse.

tingit nullum morbidum sanum esse, omnis homo est morbidus, ergo contingit nullum hominem sanum esse. 6 Simili ratione fit hic error in secunda figura. Necesse est nulli morbo ineſſe sanitatem, omni homini ineſt sanitas, ergo necesse est nulli homini ineſſe morbum. ubi antecedens est uerum, & conclusio falsa. Causa est, quia in propositione sumitur forma, in assumptione paronymum. Habet enim assumptio hunc sensum, omnis homo est sanus. 7 Tandem fit error in tertia figura, dum argumentamur ex duabus sumptionibus contingentibus. Contingit omni homini ineſſe sanitatem, contingit omni homini ineſſe morbum, ergo contingit alicui morbo ineſſe sanitatem. ubi sumptiones sunt uerae, & conclusio falsa; quia necesse est nullum morbum esse sanitatem. 8 Hoc autem dissentit ab ijs, quae dicta sunt, cùm ageremus de contingentibus ratiocinationibus: ibi enim dictum est in tertia figura ex duabus sumptionibus cõtingentibus, ubi duo extrema eidem medio cõtingunt ineſſe, sequi conclusionem contingentem ueram, hìc autem sequitur falsa. Causa est, quia in sumptionibus nomine formarum intelliguntur paronyma: in conclusione uerò colliguntur formæ. 9 Perspicuum igitur est in his omnibus contingere deceptionem ex terminorum expositione, quia sumuntur nomina formarum pro paronymis, hoc est, paronyma explicantur per formas. Idem enim est sanitas est in homine, quod homo est sanus. Quòd si in proposito exemplo commutentur formæ in paronyma, non sequetur falsa conclusio, sed uera. Vt contingit omnem hominem esse sanum, contingit omnem hominem esse morbidum, ergo contingit aliquem morbidum esse sanum. 10 Quapropter in resoluẽdis huiusmodi ratiocinationibus ad propriam figuram, cùm pronuntiata dissoluuntur in terminos, non sunt accipiendæ formæ,

formæ, sed paronyma pro formis. Vt si dicamus in proposito exemplo terminos esse sanum, morbidum, & hominem: sic enim fiet ne decipiamur.

De expositione terminorum compositorum, & obliquorũ in ratiocinatione. Cap. 37.

ARGVMENTVM.

Duo theoremata hìc explicantur pertinentia ad resolutionem. Primum, termini in ratiocinatione non semper sunt nomina simplicia, sed interdum sunt orationes. Secundum, in pronuntiatis interdum sumuntur termini in casu obliquo, tamen cùm separatim exponuntur, debent exponi semper in casu recto.

1 NOn est autem opus quærere semper, vt terminos nomine exponamus: nam sæpe orationes erunt, quibus non sunt imposita nomina. Vnde est difficile huiusmodi ratiocinationes reuocare. 2 Interdum autem accidet, vt decipiamur, propter huiusmodi inquisitionem. Exẽpli causa, eorum, quæ medio carent fore ratiocinationem. 3 Sit enim a duo recti, b triangulum, c isosceles. Igitur ipsi c conuenit a per medium b, 4 ipsi autem b non cõuenit per aliud, per se enim triã

* PRæterea duo Theoremata sunt explicãda hoc capite, quibus tollantur aly duo errores præter superiores. 1 Quorum primum est. In resoluendis ratiocinationibus, non semper danda opera est, ut terminos simplicibus nominibus exponamus. Nam in quibusdam termini non sunt nomina simplicia, sed orationes, aut omnes, aut aliquot; quia ijs rebus, quas orationibus explicamus, nõ sunt imposita nomina simplicia. Vnde est difficile huiusmodi ratiocinationes resoluere in terminos, ac reuocare in propriam figuram. Vt si uelimus probare uirum fortem esse honore dignũ, atque sumamus pro medio omnem hanc orationem, pro communi salute suam contemnere salutem. 2 Vnde nõnunquam euenit, ut decipiamur, propterea quod quærimus exponere terminos nominibus simplicibus. Atq; inter alios errores, in quos incidemus, hic erit unus, ut id quod demonstrari potest, & ratiocinatione cõcludi, nullum habeat medium, quo demonstretur, tanquam si immediatorum sit demonstratio, eò quòd mediũ illud nõ possit uno nomine declarari. 3 Exempli causa, demonstratur isosceles habere tres angulos pares duabus rectis per triangulũ, quod unum est nomen. Vt omne triangulum habet tres angulos pares duobus rectis, isosceles est triangulum; ergo habet tres angulos pares duabus rectis. 4 Quòd autem triangulũ habeat tres angulos pares duobus rectis, iam non potest probari per medium, quod uno

nomine

gulum habet duos rectos. Vnde non erit medium pronuntiati a b, cùm sit demonstrabile. 5 Perspicuum igitur est non semper ita esse medium accipiendum, vt sit hoc aliquid, sed interdũ vt oratio-nem. Quod accidit in exemplo explicato. 6 Cùm autem primùm in medio inesse dicitur, & hoc in extremo, non ita est accipiẽdum, vt semper de se mutuò dicantur, 7 aut similiter primum de medio, & hoc de vltimo, & vbi nõ inesse dicitur eodem modo. 8 Sed quot modis ipsum verbum esse dicitur, ac licet dicere verum esse, totidem modis arbitrandum est fieri, vt aliud in alio inesse dicatur; vt contrariorum esse vnam scientiam. 9 Esto enim vt a sit vnam esse scientiam, b verò contraria inter se. Itaque b est a, non vt cõtraria sint vna scientia, sed quia verum est de ipsis dicere vnam esse

nomine significetur. Est enim medium omnis hæc oratio, anguli æquales duobus angulis ex recta in rectam cadente constitutis. Vt omnes anguli, qui sunt æquales duobus angulis ex recta in rectam cadente constitutis, sunt pares duobus rectis, sed tres anguli interni ipsius trianguli sunt huiusmodi, ergo pares duobus rectis. Itaq; si termini in ratiocinatione essent necessariò nomina simplicia, triãgulum non haberet tres angulos pares duobus rectis per medium ullũ: unde cùm hoc demonstrari posit, non haberet medium, quod demonstretur. 5 *Quapropter non semper in ratiocinatione est sumendum medium, quod sit unum nomen, sed interdum esse orationem, ut apparet in proposita demonstratione triãguli.* * *Secundum Theorema est. In resoluendis ratiocinationibus non semper quemadmodum termini exponuntur seorsum, ita sunt accipiendi in pronuntiatis. Nã semper exponendi sunt in casu recto: in pronuntiatis autem interdum coniunguntur inuicem in casu obliquo.* 6 *Itaque in prima figura, ubi maius extremum dicitur de medio, & ipsum medium de minori, non semper dicuntur hæc in casu recto, sed interdum in obliquo. Id enim intelligo hoc loco, aliud de alio dici, scilicet in casu recto enuntiari.* 7 *Nec quo modo, & per quem casum dicitur maius extremum de medio in propositione, eodem casu dicitur semper medium de ultimo extremo in assumptione; nonnunquam enim altera ex sumptionibus effertur per casum rectum, & altera per obliquum. Eadem est ratio ubi alterum pronuntiatum est negans.* 8 *Sed quot modis, & casibus usurpamus uerbũ esse in enuntiando, ut coniũgat extrema, ac dicimus ueram esse enuntiationem, quæ hoc uerbo constat: totidem modis, & casibus dicitur attributum inesse subiecto, ut uidere est in hoc pronuntiato, contrariorum una est scientia, ubi subiectum sumitur in gignendi casu.* 9 *Cuius pronuntiati si termini sint exponendi seorsum, in*

eorum scientiam. 10 Accidit autem interdũ Primum dici de Medio, Mediũ verò de tertio non dici: verbi causa, si sapientia est scientia, ipsius boni est sapientia, conclusio est, ipsius boni est scientia. 11 Itaque bonum non est scientia, sapientia verò est scientia. 12 Nonnunquam verò Medium de tertio dicitur, Primum de Medio non dicitur. Vt si qualitatis, aut contrarij est scientia, bonũ est contrarium, & qualitas, conclusio quidem est, boni est scientia. 13 Non est autem bonum scientia, neque ipsa qualitas, nec contrarium; sed bonum hæc ipsa. 14 Est autem cùm nec Primum de Medio, nec Mediũ de Tertio dicitur: cùm Primum de Tertio interdũ dicatur, interdum non dicatur. 15 Vt cuius est scientia, huius est genus: boni est scientia: conclusio est, boni est genus, vbi nihil de altero dicitur. 16 Si verò cuius est scientia, hoc ipsum est genus, boni est scientia, conclusio est, ipsum bonum est genus, vbi sanè Primum de extremo dicitur, de se mutuò non dicuntur. 17 Eodem

sum, in casu recto exponẽdi sunt, una scientia, & cõtraria: si uerò sint cõiungendi in pronũtiatũ, nõ est ita pronuntiandũ, cõtraria sunt una scientia, sed contrariorũ una scientia. 10 *Tribus aũt modis potest fieri ratiocinatio in prima figura ex obliquis pronũtiatis. Primo cùm propositio effertur per casum rectũ, & assũptio per obliquũ; ut omnis sapientia est scientia, boni est sapientia, igitur boni est scientia.* 11 *Vbi cùm propositio sit recta; sapientia est scientia, non colligitur cõclusio recta, bonum est scientia sed obliqua, boni est scientia.* 12 *Secundo modo cùm propositio est obliqua, & assumptio recta. Vt qualitatis, aut contrarij est scientia, bonum est qualitas, & contrarium simul, ergo boni est scientia.* 13 *Non autem concludimus in recto, bonum est scientia. Quemadmodum neque propositio pronuntiatur in recto qualitas, aut contrarium est scientia, sed assumptio sola pronuntiatur in recto, bonum est qualitas, & contrarium.* 14 *Tertio modo, cùm neque propositio, nec assumptio pronuntiatur in casu recto, sed ambæ in obliquo. Ex quibus interdũ sequitur cõclusio recta, interdũ obliqua.* 15 *Cõclusio quidẽ obliqua in hoc exemplo. Cuius est scientia, eius est genus, boni est scientia, igitur boni est genus. Vbi nulla sumitur enũtiatio per rectũ casum. Intelligo aũt per genus materiã subiectã ipsius scientiæ.* 16 *Si uerò ita ratiocinemur, cuius est scientia id ipsum est genus, boni est scientia, igitur bonũ est genus, ex duabus sumptionibus obliquis sequitur cõclusio recta, ubi maius extremũ dicitur de minore in recto casu, non autẽ coniũguntur cum medio in recto, sed ambo in obliquo.* 17 *Eadem est ratio in ratiocinationibus negantibus, ubi altera ex sumptionibus*

modo res est accipienda, vbi non inesse dicitur. Nam hoc in illo non inesse, non semper significat hoc non esse illud, sed interdũ hoc non esse illius, aut non esse illi. 18 Verbi gratia, motionis non est motio, nec generationis generatio: voluptatis autem est, non igitur voluptas est generatio. 19 Aut rursus, ipsius risus est signum, signi verò non est signum, quare ipse risus non est signum. 20 Eadem est in alijs ratio, in quibus euertitur quæstio, hoc ipso quòd genus quodammodo ad ipsam dicitur. 21 Rursus occasionem non esse tempus oportunum, Deo enim occasio est, tempus autem oportunum non est, quia nihil Deo est vtile. 22 Termini ponendi sunt occasio, tempus oportunum, & Deus: pronuntiatum autem sumendum est iuxta casum nominis. 23 Hoc enim omnino, & simpliciter in omnibus constituimus, terminos perpetuò exponendos esse iuxta nominum appellationes; vt homo, aut bonum, aut contraria; non hominis, aut boni, aut contrariorum.

ptionibus est negans, nõ enim semper negatio effertur per casum rectum, sed interdum per obliquum, aut gignendi, aut dandi, aut alium casum obliquum.
18 *Vt apparet in hoc exemplo. Nullius motionis est motio, nec generationis generatio; uoluptatis est motio, & generatio, igitur uoluptas non est motio, nec generatio.* 19 *Rursus in hoc exemplo. Nullius signi est aliud signum, ipsius risus est aliud signũ, ergo ipse risus nõ est signũ.* 20 *Eadem est ratio in ratiocinationibus secũdæ figuræ, in quibus cõcluditur cõclusio negãs, cum genus mediũ dicitur de utroq; extremo interdũ in recto, interdum in obliquo. Vt qualitatis est sciẽtia, mali non est scientia, ergo malum non est qualitas. Intelligo nunc per genus ipsum Medium secundæ figuræ, quod habeat similitudinem generis, nam dicitur de utroque extremo, ut genus de omnibus suis formis.* 21 *Fiunt etiam huiusmodi ratiocinationes ex obliquis pronuntiatis in tertia figura. Vt ipsi Deo non est tempus oportunum, Deo est sua occasio, ergo occasio non est tempus oportunum. Propositio uera est, Deo nõ est tempus oportunũ, quia ipsi Deo nihil potest adferre utilitatẽ, & commodũ, quale est alicui tẽpus oportunũ.* 22 *Tamen si uelimus hanc ratiocinationem resoluere in terminos, & pronuntiata, ipsi termini exponendi sunt in casu recto, occasio, tempus oportunũ, Deus: pronuntiata uerò exponenda sunt seorsum, eo modo, quo sumũtur in ratiocinatione, scilicet in casu obliquo. Vt dicamus propositionem esse, Deo nõ est tempus oportunum, assumptionem, Deo est occasio.* 23 *Immo uerò hoc præceptum generale seruandum est in omni resolutione ratiocinationum, ut termini proponãtur sem-*

24 Pronuntiata verò sumenda esse iuxta cuiusq; casus. Aut enim huic esse significant, vt æquale; aut huius, vt duplum; aut hunc, vt verberans, aut vidẽs; aut hic, vt homo est animal, aut si quo alio modo nomen in pronuntiato inflecti potest. 25 Hoc autẽ in illo esse, aut hoc de illo verè dici, tot modis accipiendum est, quot modis categoriæ sunt distributæ. 26 Atque has quidem, aut aliqua ex parte, aut simpliciter dici: tum etiam, aut simplices, aut inter se coniunctas. Eadem est ratio in negatione, vbi non inesse dicitur. 27 Sunt tamen hæc optimè consideranda, & distinguenda.

tur semper in casu recto. 24 *Pronuntiata uerò singula iuxta suos casus uaria ta, quemadmodum sumuntur in ratiocinatione. Nam aliud pronuntiatum effertur per casum gignendi, ut duplum dimidij duplum: aliud per casum dandi, ut æquale æquali æquale; aliud per accusandi, ut uerberans patrem, uidens Socratẽ, aliud denique per nominandi casum, ut homo est animal. Aut si quo alio modo inflecti potest nomen, aut per casum, aut numerum. Itaque si hæc ratiocinatio contrarij est scientia, bonum est contrarium, ergo boni est scientia, sit resoluenda in pronuntiata, & terminos, sic resoluetur, propositio est, contrarij est scientia, assumptio, bonum est contrarium: termini autem sunt, scientia, contrariũ, bonũ.*
25 *Cum autem dicimus attributum inesse in subiecto, aut de ipso uerè enuntiari, tot modis hoc fieri est intelligendum, quot sunt genera Categoriarũ. Nam cùm dicimus hominem esse animal attributio est substantiæ, cùm esse tricubitum, attributio quantitatis, cùm esse cãdidum, qualitatis, ac in reliquis simili modo.* 26 *Præterea quæ sumuntur ex huiusmodi categorijs, aut simpliciter dicũtur de subiecto, aut ex parte. Nam genus, species, differentia, & proprium semper dicuntur simpliciter; accidens uerò interdum quidem simpliciter, ut nix est alba: interdum ex parte, ut oculus est niger: non enim totus niger est. Rursus interdum dicuntur simplicia sumpta, ut Socrates est homo, Socrates est albus: interdum inter se coniuncta, ut Socrates est homo albus. Eadem est ratio in negationibus. Atq; his etiã uarijs modis sumuntur pronuntiata in ratiocinationibus.* 27 *Tamen hæc alio loco sunt expendẽda, & diligentißimè distinguenda. Explicabitur enim in libro de Interpretatione, quædam dici uerè seperatim de aliquo subiecto, quæ cõiunctim dici non possunt, aut contrà; ut Simon est sutor, & est bonus, non tamẽ uerè dicitur. Simon est sutor bonus.*

Scholia in cap. 37.

4 *Ipsi autem b non conuenit per aliud, &c.)* Non dicit hoc loco Aristoteles conuenire triangulo haberes tres angulos pares duobus rectis sine

Universidad de Deusto
Biblioteca

vllo medio: sed non conuenire per medium, quod vno nomine exprimatur. Cuius causa videtur esse, quòd non ei conueniat per aliud subiectum prius triangulo: quemadmodum competit isosceli per triangulũ, sed primò conuenit ipsi triangulo, quâ triangulum est, vnde medium, quamobrem ipsi conuenit, non potest vno nomine significari. Habetur hæc Demonstratio primo elementorum propositione 32. Vbi primùm demonstratur angulus externus æqualis esse duobus internis oppositis: inde probatur tres angulos internos æquales esse duobus ex recta in rectam cadẽte constitutis, nempe angulo externo, & interno sibi coniuncto, qui cùm efficiant duos rectos, ex 13. primi, relinquitur demostratum, tres internos æquales esse duobus rectis.

7 Aut similiter primum de medio. &c) Omnes ferè interpretes aduerbium ὁμοίως, id est, similiter, coniungunt cum oratione præcedente, quod ego ex interpretatione Alexandri retuli ad orationem sequentem. Quoniam in præcedente oratione tantùm docet Aristoteles terminos nõ semper dici de se mutuò, quod est, non dici semper in casu recto: in hac verò, quæ sequitur, docet neque semper eodem modo, ac per eundẽ casum effer ri propositionem, & assumptionem. In codice Florentino, & in textu, qui fertur in commentarijs Philoponi, post aduerbium ὁμοίως sequitur disiunctio ἢ. Sed iuxta eãdem interpretationem constat anteponendam esse ipsi aduerbio, idcirco verti aut similiter. Codex Basilienſis non habet hanc disiunctionem. Nec Boëthus, & Argyropylus eam legerunt, sed coniunctionem καὶ: verior tamen lectio est, quam ex Alexandro licet accipere.

10 Ipsius boni est sapiẽtia, &c.) In omnibus Græcis exemplaribus, quæ ego viderim legitur τοῦ ἀγαθοῦ ἐστιν ἡ σοφία ἐπιστήμη, id est, ipsius boni est sapientia scientia, quod duobus modis interpretatur Alexander, primo, vt sumpta sit scientia pro cognitione, vt sit sensus, boni est ea cognitio, quæ dicitur sapientia: secundo, additã esse scientiam, vt significaret Aristo. assumptionẽ, & conclusionem ambas efferri per eundẽ casum gignendi: existimo tamen abundare hoc loco hanc dictionem, nã præter quàm quòd non est necessaria, perturbat sententiam. Vnde eam submoui cum Boëtho, & Argyropylo. Quòd si cui maximè placeat, ex hoc loco

hoc loco poterit ipsam adiungere, cum sua explicatione.

20 Eadem est in alijs ratio, in quibus euertitur quæstio, hoc ipso quòd genus quodammodo ad ipsam dicitur, &c.) Scio difficilem esse huius loci interpretationem, quid Aristoteles per genus intelligat. Alij interpretes alias adferunt interpretationes, ego secutus sum eam, quæ est Alexandri, quoniam aptior alijs videtur, nec alia mihi nunc occurrit accommodatior.

De duplicatione Ratiocinationum. Cap. 38.

ARGVMENTVM.

Alia duo hîc explicantur theoremata, primum, cùm in ratiocinatione duplicatur aliquis terminus, ea duplicatio non est adhibenda medio, sed maiori extremo. Secundum, si concludenda sit conclusio sine additione, potest sumi mediũ maximè commune, si verò cum additione, sumendum est magis contractum.

1 QVod autem duplicatur in pronuntiatis, primo extremo est apponendum, non Medio. 2 Quod dico tale est, si ratiocinatione sit concludẽdum, iustitiæ esse scientiã, eò quòd bonum, illud eò quòd bonum, aut quatenus bonum, primo extremo est apponendum. 3 Sit enim a scientia, eò quòd bonũ, b verò bonum, c autem iustitia. a quidem verè dicitur de b, nã bo-

* Alia duo theoremata traduntur hoc capite pertinẽtia ad ratiocinationes, quæ constant duplicatione. Est autem duplicatio, eiusdẽ termini repetitio in pronuntiato. Vt bonum est expetendum quatenus bonum. Quæ duplicatio ut plurimùm est ipsius medij, quãuis interdum sit etiam aliorum terminorum. 1 Primum igitur theorema est, si uelimus ratiocinationes, quæ constant huiusmodi duplicatione resoluere in partes, ac ita redigere in certam figuram, id, quod duplicatur in pronuntiato, quamuis sit repetitio Medij, non est adiungendũ ipsi Medio, sed maiori extremo, tanquam eius pars: sic enim fit ut concludatur de minori extremo. 2 Exempli causa, si uelimus concludere de iustitia haberi scientiã quatenus bonũ est, aut eò quòd bonum est, hæc repetitio, eò quòd bonum est, maiori extremo debet adiungi tãquam pars, ut fiat hoc modo ratiocinatio. Boni est scientia eò quòd bonum, iustitia est bonum, ergo iustitiæ est scientia, eò quòd bonũ. 3 In qua maius extremũ est omnis hæc oratio, scientia eò quòd bonũ, mediũ bonũ, minus extremũ iustitia. Vera enim sumitur propositio, de bono habetur scientia quia bonũ est, uera itẽ assũptio, iustitia est bonũ: unde colligitur propo-

ni est scientia, eo quòd bonum; b quoque de ipso c, iustitia enim est bonum; sic igitur efficitur resolutio. 4 Si autem ipsi b apponatur illud, eò quòd bonum, nõ erit. 5 Nam a verè quidem dicetur de b, ipsum autem b de c nõ verè dicetur. Bonum enim eò quòd bonum enuntiare de iustitia, & falsum est, & intelligi nequit. 6 Similis est ratio si ostendatur id, quod salubre est sub scientiam cadere, quà bonum est. 7 Aut hircoceruus opinabile, quatenus non ens. 8 Aut homo mortalis, quatenus sensibilis. 9 In omnibus enim, quæ adprædicantur, ipsi extremo opponenda est duplicatio. 10 Non est autem eadem terminorum collocatio, cùm simpliciter aliquid cõcluditur, ac cùm hoc quid, aut quadam ex parte, aut ali-

sita conclusio, iustitiæ est scientia, eò quòd bonum, atq; ita resoluitur hæc ratiocinatio. 4 Si uerò illa duplicatio, eò quòd bonum, apponatur ipsi Medio, ut sit Medium hæc oratio, bonum eò quòd bonum. Nec inde efficietur proposita cõclusio, nec aßũptio constãs erit, nec uera. 5 Nã primũ propositio quidẽ uera est, boni eò quòd bonũ est scientia: aßũptio tamẽ est falsa, & obscura, iustitia est bonũ, eò quòd bonũ. Si enim sit sensus, iustitia est bonũ, propter eam causam quia bonum, non potest satis intelligi, nec omnino uera est, quia nihil est causa sui ipsius: perinde enim est ac si diceremus Socratem esse hominem, quia est homo: si uerò sit sensus iustitiam esse ipsum bonum, falsa est; nam significat solam iustitiam esse bonum, ac esse ipsum genus bonorum. Deinde ex his non potest colligi proposita conclusio, cùm enim illa duplicatio sumatur ut pars Medij, non potest ingredi conclusionem. 6 Eandem rationem habet hæc ratiocinatio; omne bonum cadit sub scientiam, quatenus bonum; salubre est bonum, ergo salubre cadit sub scientiam, quatenus bonum. 7 Tum hæc altera; omne non ens est opinabile, quatenus non ens, hircoceruus est non ens, ergo hircoceruus est opinabile quatenus non ens. 8 Rursus hæc altera; omne sensibile est mortale, quatenus sensibile, omnis homo est sensibilis, igitur omnis homo est mortalis, quatenus sensibilis. 9 Itaq; in omnibus huiusmodi ratiocinationibus, quæ habent illam duplicationem, est apponenda ea duplicatio maiori extremo. Vnde semper est adhibenda propositioni, nunquam autem aßumptioni. 10 Secundum theorema, non eodem modo sumendum est medium, cùm uelimus concludere aliquam conclusionem simpliciter sine ulla additione, atq; si uelimus eam cõcludere cum additione; quæ additio aut significat quid, ut isosceles habet tres angulos pares duobus rectis, quatenus triangulum. Aut quadam ex parte; ut salubre cadit sub scientiam, quatenus bonum. Aut aliquo modo, ut non ens est opinabile, quatenus non

quo modo. 11 Quod dico tale est, si bonum monstretur cadere sub scientiam, ac si monstretur cadere sub scientiam, eò quòd bonũ. 12 Sed si simpliciter cadere sub scientiã demõstretur, Mediũ est collocãdum ipsum ens. 13 Si verò eo quòd bonum, aliquod ens. Sit enim a sciẽtia, eo quòd aliquod ens, b verò ens aliquod, c autem bonum. Verè quidem licet a de b prædicare, est enim scientia, alicuius entis, eò quòd ens aliquod, tum etiã & b de c, nam c aliquod ens est, quare & a de c, erit enim scientia ipsius boni, eò quòd bonũ. 14 Est enim illud ens aliquod propriæ substãtiæ signum. 15 Si verò ens Medium ponatur, atq; ad ipsum extremum adijciatur ens simpliciter, non autem aliquod ens, non equidem efficietur conclusio, boni scientiam esse, eò quòd bonum, sed eò quòd ens. Vt si a sit sciẽtia eò quòd ens, b ens, c verò bonum.

non ens, id est, de eo opinamur non esse. 11 Exempli causa non eodem modo sumendum est medium, si uelimus probare bonũ cadere sub scientiam simpliciter, ac si probare uelimus bonum cadere sub scientiam, quatenus bonum, aut iustitiam, quatenus bonum. 12 Nam si concludendum est simpliciter sine ulla additione, utpote bonum cadere sub scientiam, sumi potest medium maximè commune, quale est ens. Vt omne ens cadit sub scientiam, bonum est ens, ergo bonũ cadit sub scientiam. 13 Si uerò concludendum est cum additione, eò quod bonum, non potest sumi pro medio ipsum ens. Falsa enim esset propositio, entis est scientia quatenus bonũ, quia neq; omne ens est bonum, neq; sola entia bona cadunt sub scientiam, dicitur enim bonum hoc loco, quod in qualitate tantùm positum est. Sed accipiendum est Medium aliquod genus entis, ut utile, aut expetendum, aut aliud simile, cui uerè conueniat maius extremum cum additione. Atq; ita ratiocinabimur: Omnis utilis est scientia, quatenus bonum; ipsum bonum est utile, ergo boni est scientia, quatenus bonum. Vbi maius extremum est scientia, quatenus bonum, Medium utile, minus extremum bonum, sumunturq; ueræ omnes sumptiones, unde sequitur uera conclusio. 14 Quoniam illud certum genus entis, quod sumitur pro medio, ut utile, aut expetẽdum propriùs, & familiariùs accedit ad naturam illius additionis, nempe boni, ac proinde uerè de ipso dicitur maius extremum cum additione. 15 Quòd si pro medio sumatur ens, atq; repetatur in maiori extremo, inde non colligetur boni esse scientiam, quatenus bonũ, sed quatenus ens: hoc modo, entis est sciẽtia quà ens, bonum est ens, ergo boni est scientia quà ens. Vbi maius extremum est scientia quà ens, mediũ ens, minus extremum

16 Perspicuum igitur est in ratiocinationibus in parte ita sumendos esse terminos.

tremum bonum. 16 Manifestum igitur relinquitur in ratiocinationibus, quæ colligunt conclusionem cum certa quapiam additione, quæ propterea uocantur particulares, sumendum esse Medium, quemadmodum diximus.

Scholia in cap. 38.

QVod autem duplicatur. &c.) Notæ, quibus explicatur duplicatio, variæ sunt tam apud Græcos, quàm Latinos, vt ὅτι, ἦ, ὡς, καθ' ὅ, id est, eò quòd, quà, vel quatenus, vt, secundum quòd, aut qua parte. Hanc postremam καθ' ὅ, explicat Aristoteles 5. Metaphy. cap. 18. vbi adfert varia eius significata. Præterea non tantùm duplicatio alicuius termini ex tribus adhibenda est maiori extremo, sed quæcunque apponatur additio, quamuis sit diuersa à tribus terminis, est sumẽda in propositione cũ maiori extremo, nõ autẽ in assumptione; sic enim tantũ potest cõcludi de minori extremo, vt omne vtile est expetendum, quà bonum, iustitia est vtilis, ergo iustitia est expetenda, quà bonum. Tum omne animal est diuiduũ in partes, quà corpus; homo est animal, ergo homo est diuiduus in partes, quà corpus. Si autem additio apponatur assumptioni, fiet interdum ex veris sumptionibus falsam esse conclusionem. Vt omne animal est diuiduum in partes, homo est animal, quà sentiens, ergo homo diuiditur in partes, quà sentiens, quod falsum est, non enim diuiditur in partes quà sentiẽs, sed quà corpus, & quantum quippiam.

10 *Non est autem eadem. &c.) Secutus sum in hoc theoremate explicando Alexãdrum, Philoponum, & Buranã, nam illa explicatio, quam adfert Suesanus, scilicet docere hìc Aristotelem quo modo sumenda sit duplicatio minoris extremi, longè distat à sententia Aristotelis.*

Alia præcepta aptè resoluendi. Cap. 39.

ARGVMENTVM.

QVinque traduntur hic Theoremata pertinentia ad faciliorem resolutionem ratiocinationum, scilicet sumenda esse nomina, & orationes faciliores: spectãdum esse pronuntiandi modum: non omnem conclusionem colligi per eandem figuram: in quæstione definitionis sumendam esse tantùm eam partem pro termino, quam volumus expendere.

1 Commu-

1 COmmutanda autem etiam sunt nomina nominibus, quæ idem valeant, orationes orationibus, atque nomẽ, & oratio, semperq; pro oratione nomen sumendum est, facilior enim erit terminorum expositio. 2 Vt si nihil refert dicas suspicabile non esse genus opinabilis, an opinabile non esse quodpiã suspicabile, idem enim est significatum, 3 Pro oratione, quę sumpta est, suspicabile, & opinabile termini sunt collocãdi. 4 Quoniam autem non idem est voluptatem esse bonum, atque voluptatem esse ipsum bonum, non similiter sunt termini collocandi. 5 Sed si ratiocinatione concludatur voluptatem esse ipsum bonum, terminus est collocandus ipsum bonum, si verò esse bonum, terminus sumetur bonum, id quod in alijs eodẽ modo fieri debet.

** QVinque deinde sequũtur Theoremata ad rem eandẽ pertinentia, quibus faciliùs resoluamus. 1 Primum est, si in ratiocinatione fuerit nomen aliquod ambiguum, aut minus notum, in resoluendo sumendum est aliud faciliùs, & notius, dumodo idem significet: si oratio obscura, sumenda est alia apertior: atque pro oratione nomen simplex, quod idem ualeat, si fieri potest: sic enim facilior erit resolutio. Dixi autem si fieri potest, nam iam antea docuimus in quibusdam non posse terminum simplici nomine, sed oratione tantùm explicari. 2 Exempli causa, hæ duæ orationes idem significant, suspicabile non est genus opinabilis, & opinabile non est quoddam suspicabile: tamen quia hæc secũda facilior uidetur, ea sumetur, in resoluendo. 3 Termini autẽ simplices sumentur in eadem resolutione suspicabile, & opinabile. Inde enim efficitur ut pro ea oratione, genus opinabilis, sumatur simplex nomẽ pro termino. Simili ratione, pro hac oratione, animal est in genere substantiæ, sumetur hæc altera breuior & facilior, animal est substantia: unde simul efficitur, ut pro hoc attributo, in genere substantiæ, quod est oratio, sumatur nomen simplex, substantia. 4 Secũdum Theorema, quia maximè refert dicere uoluptatem esse bonũ, aut uoluptatem esse ipsum bonum, ita ut attributum bonum habeat articulum, quod Græcè dicitur τ' ἀγαθόν. Nam cùm dicimus uoluptatem esse bonum, nihil aliud significamus, quàm uoluptatem esse de numero bonorum, hoc est, esse rem bonã. Cùm uerò dicimus uoluptatem esse τ' ἀγαθόν ipsum bonum, aut significamus uoluptatem esse ipsum genus bonorum, ita ut omne bonum sit uoluptas; aut quod uerius est, uoluptatem esse summũ illud bonũ, quod est ultimus finis humanarũ actionum, atque omnino hominis felicitas. In his resoluendis non eodem modo sumẽdi sunt termini ratiocinationis. 5 Nam si concludatur uoluptatem esse ipsum*

Universidad de Deusto
Biblioteca

6 Non est autem idem nec in re, nec in oratione, cui b inest, ei omni inest a: & cui omni inest b, ei omni inest a. 7 Nihil enim prohibet b inesse ipsi c, non tamen omni. 8 Vt esto quidem vt b sit pulchrum aliquod, c album, si igitur alicui albo inest pulchrum, verum est dicere album esse pulchrum, non tamen omne fortasse. 9 Si igitur a inest ipsi b, nõ tamẽ omni, de quo dicitur b, 10 siue b insit omni c, siue solùm alicui, non modò nõ est necesse a omni c conuenire, sed nec alicui. 11 Quòd si de quocunque verè dici-

bonum, maius extremum sumendum est ipsum bonum, cum articulo. Verbi causa, si sit hæc ratiocinatio; id quod omnia appetunt est ipsum bonum, uoluptatem omnia appetunt, ergo uoluptas est ipsum bonum. Si uerò concludatur uoluptatem esse bonum, tunc sumendum est maius extremum, bonum tantùm sine ullo articulo. Idem præstandum est in alijs ubi attributum habet articulum. * *Tertium theorema, quia pronuntiata uario modo proferri solent, ex qua uarietate mutatur significatio, obseruandum est diligenter in resoluendis ratiocinationibus, qua ratione proferantur, ne decipiamur.* 6 *Exempli causa, non est idem dicere, nec in re idem ualet, cui inest animatum, ei omni inest rationale: & cui omni inest animatum, ei omni inest rationale. Cùm enim in quouis horũ modorum proferendi contineantur ui quadam duo pronuntiata, in primo modo primum pronuntiatum est indefinitum, secundum uniuersum. Nam perinde est ac si diceremus, id est animatum, & id omne est rationale.* 7 *Fieri autem potest, ut indefinitum sit uerum, uniuersum uerò falsum. Hoc enim est uerum, corpus est animatum, quoniam aliquod corpus est animatum; hoc falsum, omne corpus est animatum.* 8 *Idem etiam constat alio exemplo, si loco animati, & corporis sumantur aliquod pulchrum, & album, uerum est pronuntiatum indefinitum, album est pulchrum: falsum autem uniuersum, omne album est pulchrum. In secundo uerò modo proferendi ambo proũntiata sunt uniuersa, unde cõstat hos proferendi modos diuersos esse. Præterea ex duobus pronũtiatis, quæ in utroq; modo continentur, primum est assumptio, secundum conclusio; cùm igitur in primo modo primum pronũtiatum sit indefinitum, fieret ex assumptione indefinita sequi conclusionem uniuersam, quod esse non potest. Quare primus modus cùm sit inutilis, non est resoluendus, nec reuocandus in formam ratiocinationis.* 9 *Quemadmodum si propositio non sit uniuersa, sed particularis, aut indefinita,* 10 *siue assumptio sit uniuersa, siue particularis, aut indefinita, non modò non sequitur conclusio uniuersa, uerùm neq; particularis. ut rationale inest alicui animato, animatum omni equo; at rationale neq; inest omni, neq; alicui equo.* 11 *Si uerò ambæ sumptiones sumantur uniuersæ, ut significat secundus proferendi*

A. ratiõale. B. animatũ.

C. corpus.

A. maius extremum. B. medium. C. minus extremum.

tur b, huic omni insit a, consequetur vt de quo toto dictur b, de eo omni dicatur a. 12 Si verò a dicatur de omni, de quo b dicitur, nihil prohibet b ipsi c inesse, ipsum autem a non omni c inesse, aut etiam omnino non inesse. 13 In tribus sanè terminis manifestum est, illud de quo omni dicitur b, de eo dici a, idem valere quod de quibuscunq; dicitur b, de ijs etiã omnibus ipsum a dici, 14 atque si b de omni dicatur, eodem quoq; pacto dici ipsum a. 15 Si verò b non dicatur de omni, non est necesse a de omni dicatur. 16 Non est autem existimandum propter expositionem ali-

rendi modus, sequetur ex ipsis uniuersa conclusio, adeo ut si ueræ sint sumptiones, uera sit etiam conclusio. Vt sentiens inest omni animali, animal omni homini, ergo sentiens inest omni homini. Aut etiam hoc modo, cui omni inest animal, ei omni inest sentiens: omni homini inest animal, ergo omni homini inest sentiens. Vnde secundus ille modus proferendi resolui potest in rectam ratiocinationem. 12 *Vt igitur ad primum illum proferendi modum regrediamur, cùm ita pronũtiamus, de quo dicitur animatum, de eo omni dicitur rationale, aut quod perinde est, cui inest animatum, ei omni inest rationale, cùm in hoc pronuntiato insint ui quadam duo pronuntiata, primum indefinitum, & assumptio; secundum uniuersum, & conclusio, inutilis est ratiocinatio, quæ in eo latet. Nam quamuis illa assumptio indefinita, quæ in eo intelligitur, sit uera, ut animal est animatum, aut equus est animatus, tamen maius extremũ non semper dicetur uerè de omni minore in conclusione, immo uerò interdum de nullo dicetur: nec enim omne animal est rationale, nec ullus equus. Tum quia propositio, quæ priùs est intelligẽda, est etiam accipiẽda indefinita, ut in proposito exemplo, animatum est rationale, ex qua propositione nihil potest colligi in prima figura.* 13 *In secũdo uerò modo pronuntiandi, quamuis tantùm exprimantur duo termini, potestate quidem tres insunt, in quibus appareat quisnam sit sensus eius pronuntiati, atque ibi latere firmam ratiocinationem. Cùm enim dicimus de quo omni dicitur animal, de eo dicitur sentins, perinde est ac si diceremus, de quibuscunque dicitur animal, de ijs omnibus dicitur sentiens,* 14 *ita ut si animal dicatur de omni homine, sentiens quoque de omni homine concludatur. Simul etiam apparet propositionem, quæ priùs inesse intelligitur, uniuersam esse; significat enim idem pronuntiandi modus omne animal sentiens esse.* 15 *Si uerò assumptio non sumatur uniuersa, sed indefinita, aut particularis, ut animal non dicatur de omni aliquo, nõ sequetur inde uniuersa conclusio, in qua sentiẽs de omni aliquo concludatur.* 16 *Verùm antequam ulterius progrediamur occurrendum est cuidam obiectioni, aut falsæ opinioni. Posset enim quispiam sibi falsò persuadere propterea in superioribus*

A. ratiõale. B. animatũ. A. maius ex tremum. B. medium, C. minus ex tremum.

A. sentiens. B. animal.

quid absurdi euenire. 17 Neq; enim vtimur hoc ipso, quòd hoc sit illud; sed quemadmodum Geometra dicit hãc lineam esse vnius pedis, rectam, sine latitudine, cùm tamen non sit, nec tamen sic vtitur tanquam si ex his ratiocinetur. 18 Omnino enim qui aliquid demõstrat, id nullo pacto efficiet ex eo, quod nõ se habeat ad aliud quasi totum ad partem, atq; ad hanc rursus aliud referatur, vt pars ad totum, nec enim efficitur ratiocinatio. 19 Sed expositione vti mur eo modo, ac qui dicunt vti sensu eum, qui discit. Non enim ita hoc accipitur, quasi sine his non possit res demonstrari, 20 qualia sunt ea, ex quibus constat ratiocinatio.

præceptis explicandis alias ratiocinationes utiles extitisse, alias inutiles & absurdas, quod in terminis exponendis usi fuerimus elementis a b c, aut alijs similibus. Cui responsum esto, propter elementa, aut alios terminos nihil accidisse.

Exemplorũ nõ requiritur veritas.

17 Neque enim utimur elementis quasi in ijs ita res se habeat, aut uera sint in ipsis pronuntiata, uel falsa: aut propter eorum naturam rectæ sint, aut uitiosæ ratiocinationes, cùm ipsa nil prorsus significent, immo uerò nulla ratiocinationis forma recta, aut uitiosa dicitur propter significationes terminorum. Sed utimur elementis exempli causa, quò breuius, & facilius omnia ratiocinandi præcepta explicemus. Quemadmodum Geometra in explicanda aliqua demonstratione sumit aliquam lineã sensilem esse unius pedis, rectam, sine latitudine ulla, cùm re uera talis non sit, nec propterea fallitur. Nõ enim ratiocinatur ex ea linea sensili, quà talis est, ut ex ea uim sumat probatio, nec demonstratio ad eam pertinet, sed ad aliam quam mente concipit: sumit autem lineam sensilem exempli gratia, per quam facilius explicet demonstrationem. 18 Nisi enim sumatur maius extremum, quod sit attributum, & quasi totum; Medium uerò, quod sit quasi eius pars, & subiectum; & rursus minus extremum, quod Medio subijciatur, & sit tanquam eius pars, nunquam ostendetur aliquid, nec fiet ratiocinatio in prima figura. In alijs etiã figuris necessaria est certa collocatio terminorũ, adeo ut ex sola collocatione sumat uim ratiocinatio, non ex elementis, neque ex alijs terminis. 19 Itaque in exponendo utimur elementis, aut alijs terminis, eo modo, ut diximus, quo Geometra proponit discipulo lineã aliquam sensilem; nõ quòd ex ea linea sensili uim sumat demõstratio, sed quia per eam facilius multò percipit discipulus quod demonstratur, quàm nuda animi cogitatione. Sic utimur nos elementis, aut alijs exemplis, non quòd ex ijs necessariò constet ratiocinatio, ac ipsa ratiocinationis uim, & formam efficiant, 20 quemadmodũ esse pronuntiatum uniuersum, aut particulare; affirmans, aut negans pertinet ad formam Ratiocinationis: sed ut elementis, aut alijs terminis facilius ratiocinãdi

præcepta

21 Non est autem nobis ignorandum, non omnes cõclusiones, quę in eadẽ ratiocinatione cõtinentur, per vnã & eandem colligi figurã, sed aliã per hãc, aliã per illã, vnde certum est hoc etiam modo esse faciendam resolutionem. 22 Quoniam verò nõ omnis quæstio in omni figura concluditur, sed certæ quædam in singulis, ex ipsa conclusione manifestum est, in qua figura fieri debeat inuestigatio. 23 Atque in ijs rationibus, quæ ad definitiones spectãt, quibus pars vna definitionis disputatur, ea sola pars, quæ disputatur, pro termino ponenda est, non autem omnis definitio. Minus enim continget prolixitate perturbari. 24 Vt si monstrauit aquam esse humorẽ potabilem, aquã, & potabile pro terminis ponere oportet.

præcepta explicemus. Hoc igitur tanquam generale præceptum in arte ratiocinandi est obseruandum. 21 Quartum autem theorema est, in ratiocinationibus compositis, ubi insunt multæ conclusiones, non est necesse omnes concludantur per eandem figuram, possunt enim colligi per diuersas. Vnde non est necesse, cùm resoluitur eiusmodi composita ratiocinatio in simplices, omnes reuocentur ad eandem figuram, interdum enim ad diuersas debent referri: ut uidere est in hac ratiocinatione, omne animal sentit, omnis homo est animal, nullus lapis sentit, ergo nullus lapis est homo. Prima pars pertinet ad primam figuram; omne animal sentit, omnis homo est animal, ergo omnis homo sentit. Secunda pars ad secundam; ut omnis homo sentit, nullus lapis sentit, igitur nullus lapis est homo. 22 Sed quia docuimus iam in superioribus, non omnem quæstionem concludi in quauis figua, ex ipsa conclusione est sæpe manifestum in quam figuram debeat fieri resolutio. 23 Quintum theorema, in ea argumentatione, qua tractatur quæstio definitionis, si uelimus definitionem euertere, eò quòd aliqua eius pars rei definitæ non conueniat, aut certè partem unam confirmare, nõ est necesse sumere pro termino omnem definitionem, sed eam solam partem, quam nitimur infirmare, aut confirmare. Sic enim facilior erit resolutio eius argumentationis in certam aliquam figuram, minusq; prolixitate orationis perturbabimur. 24 Exempli causa, si quispiam definierit aquam humorem potabilem, ac uelimus refutare postremam partem, eam solam sumemus pro termino, hoc modo; Mare non est potabile, atqui omne mare est aqua, igitur non omnis aqua est potabilis. Si uerò alter eandem partem confirmare uoluerit, eosdem terminos accipiet, scilicet aquam, & potabile.

Scholia in cap. 39.

2 VT si nil refert dicas suspicabile non esse genus opinabilis, &c.) Philop. putat hãc orationẽ suspicabile nõ est genus opinabilis, esse faciliorẽ, ac proinde sumẽdã in resolutione. Alexãder tamen, quem secutus sum, significare videtur alteram esse faciliorem, opinabile non est quodpiam suspicabile.

4 Quoniam autem nõ idem est voluptatem esse bonum, &c.) Duas apposui in Paraphrasi explicationes huius orationis, voluptas est τ' ἀγαθόν, id est, ipsum bonum, vnam Philoponi, voluptatem esse ipsum genus bonorum, ita vt omne bonum sit voluptas: alteram, quam veriorem puto, quæ breuiter & subobscurè adfertur ab Alexandro, scilicet voluptatem esse egregium bonum, hoc est summum illud bonum, in quo posita sit hominis beatitudo, quodque totius humanæ vitæ sit finis. Id enim significare τἀγαθόν constat ex Aristotele, cùm multis ex locis, tũ maximè ex. 1. lib. Ethicorum ad Nicomachum cap. 2. vbi sic habet ἀλλ' ἐπὶ τέλος ἐσὶ τῶν πρακτῶν ὃ διὰυτὸ βουλόμεθα, τὰ ἄλλα δὲ διὰ τοῦτο, οὐ μὲν πάντα διὰ ἕτερον αἱρούμεθα, (πρόεισι γὰρ ἄπως εἰς ἄπειρον, ὥσ' ἔναι κενὴν, καὶ ματαίαν τὴν ὄρεξιν) δῆλον ὡς τοῦτ' ἄν εἴη τἀγαθόν, καὶ τὸ ἄριςον. Id est, si quis igitur est finis rerum, quæ sub actionem cadũt, quem propter se velimus, eiusq; causa cetera, nec omnia propter aliud eligamus, (sic enim res abibit in infinitum, vt inanis & vana sit appetitio nostra) perspicuum est hoc esse ipsum bonũ, atque ipsum optimum. Quidam igitur Philosophi putabant hoc ipsum bonum esse voluptatem, cuius sententiæ fuit iam ante Arist. Eudoxus, vt scribit idem Aristo. 10. lib. eiusdem operis cap. 2. εὐδοξεῖ μὲν οὖν τὴν ἡδονὴν τἀγαθόν ὤετο εἶναι, διὰ τὸ πᾶσι ὁρᾶν ἐφιεμένας αὐτῆς καὶ ἐλλόγα καὶ ἄλογα, id est, Eudoxus igitur voluptatẽ putabat esse ipsum bonũ, propter ea quòd omnia animalia, tã ratione prædita, quàm rationis expertia eam appetere videret. Quamquam existimet Eustratius in commentarijs huius loci τἀγαθὸν ipsum bonum, esse ipsam essentiam, & ideã boni cuius participatione cetera dicantur esse bona, vt idem sit τὸ ἀγαθὸν Aristoteli, quod αὐτὸ ἀγαθὸν Platoni. Quæ sententia parum distat ab interpretatione Philoponi.

si uero

12 Si verò a dicatur de omni, de quo b dicitur, &c.) Diu me torsit explicatio huius loci, propter summam eius obscuritatem, & diuersas interpretum expositiones: sed tandem Alexãdri interpretationem delegi, quam veriorem, & aptiorem putaui.

17 Nec enim vtimur hoc ipso, quod hoc sit illud, sed quemadmodum Geometra, &c.) Ex hoc loco sumpta videtur vulgaris illa sententia, exemplorum non requiri veritatem, quam quidam non intelligentes tãquam ineptam reprehendunt. Debet quidem exemplum esse verum, quà exemplum est, hoc est, accommodatum ad id, cui adhibetur tanquam exemplum, non tamen est necesse sit vera oratio, quod ex hoc loco Aristotele facilè intelligitur. Sumit Geometra lineam aliquam esse vnius pedis, quæ quidem non est vnius pedis, tamen debet esse accommodata ad eam demonstrationem, ac verum esse quod per eam demonstrat Geometra. Vtamur alio exẽplo faciliore; dicit Logicus affirmationẽ esse, in qua attributum de subiecto asseritur, vt homo est lapis, debet esse hæc oratio reipsa affirmatio, vt sit aptum exemplum; non tamen est vera, neque id est necesse, vt doceatur esse affirmatio. Quod autem dicit Aristoteles hoc loco de expositione, non videtur mihi ad sola elemẽta pertinere, vt putant interpretes; verùm etiã ad terminos significantes: his enim vtitur interdum Arist. exempli causa, non tanquam veris orationibus, nec quòd ex ipsis pendeat vis ratiocinationis.

23 Atque in ijs rationibus, &c.) Difficilis est hic locus propter obscuritatem orationis, & variam lectionem. Primùm λόγους intelligo rationes, id est, argumentationes, cum Magentino, qui Syllogismos interpretatur. Quamquam posimus hoc nomine disputationes intelligere. Nam vt aliàs admonui λόγοι, in numero multitudinis, nonnunquam disputationes dialecticæ dicuntur apud Aristo. Deinde verbum διειλεγμένοι variè legitur. Nam in codice Basilicnsi, & Florentino ita habetur, vt hoc loco scriptum est, à verbo διαλεγεσθαι, quod est disputare. Tamen in cõmentarijs Philoponi legitur διηλεγμένοι, à verbo διελέγχεσθαι, quod est refutare, & ita interpretatur Philoponus. Commentarij Alexandri mutilati sunt hoc loco, sed ex fragmento, quod supereſt cõiecta relicet ipsum eodẽ modo legisse. Mihi magis probatur prior lectio, quia

præceptum

præceptum quod hîc tradit Aristoteles non tantùm pertinet ad refutãdam partem definitionis, sed etiam ad confirmandam, tum quòd ita legisse videtur Boëthus, qui vertit, & ad definitiones orationũ, quæcunq; ad vnum quiddam sunt argumentatæ. Argyropylus adeò obscurè vertit hunc locum, vt nescias quam reddat sententiã. Firminus vertit, ac in definitionibus probandis, vbi definitionis vnam particulam probaueris. Sed neutrũ verbum videtur expressisse. Nam διελεγχεσθαι improbare significat potiùs, quàm probare, διαλεγεσθαι verò disputare omnino, siue probes quid, siue improbes. Si cui tamen magis placet lectio Philoponi, sic erit vertendus hic locus: Atque in ijs rationibus, quæ ad definitiones spectãt, quibus pars vna definitionis refutatur, ea pars, quæ refutatur pro termino ponẽda est. Sũt qui per rationes intelligant ipsas definitiones, quibus tum sic est conuertendus hic locus. Atque in ijs rationibus, quæ sunt definitiones, quæ propter vnã partem reprehendũtur, ea sola pars, quæ reprehẽditur pro termino sumi debet, nõ tota definitio.

De resolutione Ratiocinationum hypotheticarum. Cap. 40.

ARGVMENTVM.

RAtiocinationes ex hypothesi nõ possunt totæ in figuram reuocari. Nam in ea, quæ dicitur ex transumptione, sola ea pars reuocari potest, quæ colligit quæstionem transumptam: in ducente ad incommodum, pars illa, quæ falsum concludit: illa verò, quæ colligit propositam quæstionem, non potest reuocari, sed sola hypothesi probatur.

1 PRæterea non est enitẽdum ratiocinationes ex hypothesi reuocare in figuras, non enim licet ex ijs, quæ posita sunt reuocare, quia nõ demonstrãtur ratiocinatione, sed

1 *Hoc etiam theorema, & præceptum est obseruandum in resolutione. Ratiocinationes ex hypothesi nõ possunt totæ in figurã aliquã reuocari; continent enim aliquã partẽ, quæ nec ratiocinatio est, nec potest fieri ratiocinatio: qualis ea, quæ concludit propositam quæstionem. Quia non probatur quæstio proposita ratiocinatione directa, quæ propriè ratiocinatio est appellanda: sed in ijs, quæ dicuntur ex transumptione, (quæ propriùs ratiocinationes ex hypothesi uocãtur) demonstratur quæstio proposita ex conuẽto, & pacto admisso in dispu-*

ex conuento, & pacto cõceduntur. 2 Vt si quis ex hypothesi cõstituat, si non sit vna facultas contrariorum, nec scientiam esse vnã. 3 Deinde disputet non esse vnam facultatem contrariorum, veluti salubris, & insalubris, fiet enim idem simul esse salubre, & insalubre. 4 Itaque non esse vnam omnium cõtrariorum facultatẽ, demonstratum est; non autem esse vnam scientiam, non est demõstratũ, sed est necesse illud concedere, nõ quidem ex ratiocinatione, sed ex hypothesi. 5 Hæcigitur ratio nõ potest in figurã reuocari, illa, quę concludit non esse eandẽ facultatem, potest; hęc enim forsan ratiocinatio est, illa hypothesis. 6 Similis est ratio in ijs, quæ per incommodum, & impossibile concludunt, nec enim huiusmodi licet resoluere; 7 sed ductum ad incommodum & im-

Forsan dicit, quia nõ semper trãsumptũ probatur Syllogismo Alexand.

in disputatione. 2 Exempli causa, si quis probaturus non omnium contrariorum unam esse scientiã, ponat ex pacto cum aduersario, si probauerit nõ omniũ contrariorum esse eandem facultatem, probatum relinqui, nec omnium esse eãdem scientiam. 3 Deinde probet disputando non esse eandem facultatem contrariorum hoc modo. Salubris, & insalubris non est eadem facultas; salubre, & insalubre sunt contraria, igitur non omnium contrariorum est eadem facultas. Confirmet autem propositionem in hunc modum. si salubris, & insalubris esset eadem uis & facultas, idem omnino efficerent, unde idem esset salubre, & insalubre, quod absurdum est. Quòd si non omnium contrariorum est eadem facultas, igitur ex pacto, & cõuento, neq; eadẽ scientia. 4 Itaq; in tota hac ratione probatum est non esse eandem uim & facultatẽ omnium cõtrariorũ: non autem esse eandem scientiam, non est probatum ratiocinatione, sed est necesse concedatur ex illa hypothesi constituta. 5 Vbi ea pars, quæ concludit propositã quæstionem, non omnium contrariorum esse eandem scientiam, non potest redigi in figuram, quia non est ratiocinatio, sed hypothesis tantum: illa uerò prior, quæ colligit quæstionem transumptam, non esse eandem facultatem, redigi potest, nã est ratiocinatio in tertia figura. Quãquam nec semper quæstio transumpta probetur ratiocinatione. sed interdum tanquam manifesta, probetur per aliam hypothesim. 6 Eadem est ratio in ijs rationibus, quæ per incommodum aliquid probant, non enim possunt totæ in figuram resolui. Vt si probemus omnem uirtutem esse laudabilẽ, sumpta contradicente, aliqua uirtus non est laudabilis, atq; ita ratiocinemur, omne honestum est laudabile, aliqua uirtus non est laudabilis, ergo aliqua uirtus nõ est honesta; atqui hoc est manifestò falsum, igitur illa assũptio, unde sequitur, aliqua uirtus non est laudabilis; quare contradicens erat uera, omnis uirtus est laudabilis. 7 In qua ratione illa pars quæ concludit falsam

Universidad de Deusto
Biblioteca

posſibile licet, nam ratiocinatione monſtratur: alterum verò non licet, ex hypotheſi namque concluditur. 8 Differunt autem hæ ratiocinationes à ſuperioribus, quòd in illis aliqua præconceſsione opus eſt, ſi futurum eſt vt aſſentiantur aduerſarij: vt ſi monſtretur vnam eſſe facultatem contrariorum, probatum etiam fore vnã eſſe ſcientiam. 9 In his autem etiam ſi nihil ante concedant, aſſentiẽtur ob perſpicuam falſitatem. 10 Vt ſi ponatur diameter commenſurabilis, inde fieri imparia æqualia eſſe paribus. 11 Sunt autem aliæ permultę ratiocinationes ex hypotheſi concludẽtes, quas diligẽter cõſiderare, & liquidò obſeruare oportet. 12 Ac quęnam ſint harum ratiocinationum ex hypotheſi differentiæ, & quot modis fiant, poſteriùs explicabimus. 13 Nunc autem hoc tantùm

concluſionem poteſt in figuram reuocari, eſt enim ratiocinatio: altera uerò, quæ ex falſa ſumptione ſublata colligit contradicentem fuiſſe ueram, non poteſt reuocari, quia non eſt ratiocinatio, ſed ex hypotheſi concludit. 8 Eſt tamen hoc diſcrimen inter has ratiocinationes ducentes ad incõmodum, & illas ſuperiores ex tranſumptione, quòd in illis eſt neceſſe prius ex pacto aliquid concedat aduerſarius, ut deinde cogatur fateri propoſitam quæſtionem, quemadmodum antea explicatum eſt. 9 In his autem, quæ ducunt ad incommodum, etiam ſi nihil initiò concedat, fatebitur neceſſariò propoſitam quæſtionem. Nam primùm qui diſputat, ſine ulla præconceßione ſumet contradicentem quæſtionis, ut illius principij; de omni re uera eſt affirmatio, aut negatio: deinde cùm inde colligatur aliquid, quod ſit manifeſtò falſum, cogetur aduerſarius tollere falſam illam contradicentem propoſitæ quæſtionis, qua ſublata neceſſariò fatebitur quæſtionẽ.

Nõ reperitur opus Ariſto. inquit Alexan. vbi de reliquis Syllogiſmis hypotheticis diſputauerit, ſed Theophraſtus, & Eudemus id præſtiterunt.

10 Vt ſi ad demonſtrandum dimetrum eſſe incommenſurabilem lateri, ſumatur contradicens, eſſe commenſurabilem; cùm inde ſequatur, parem numerum, & imparem æquales eſſe, quod manifeſtè falſum eſt, cogetur aduerſarius concedere diametrum eſſe incommenſurabilem. 11 Sunt præterea & aliæ permultæ ratiocinationes ex hypotheſi aliquid concludentes, quales illæ quæ dicuntur ex qualitate, nempe à comparatione maioris, minoris, & paris: atque omnino omnes illæ, quæ conſtant pronuntiatis hypotheticis, quas omnes diligenter conſiderare, & diſtincè explicare oportet. 12 Quot autem, & quæ ſint genera harum ratiocinationum ex hypotheſi, quotq; modis fiãt, acuratius poſtea diſputabimus. Nam de ea, quæ ducit ad incommodum diligentius diſſeretur libro ſecundo, de ijs quæ dicuntur ex qualitate in Topicis: de alijs uerò, quæ conſtant pronuntiatis hypotheticis ſeparatim eſt agendum. 13 Nunc uerò, quod attinet ad præſentem

nobis manifeſtum eſto, non licere huiuſmodi ratiocinationes in figuras reſoluere, propter eam, quam explicauimus cauſam.

ſentem diſputationem, ſatis eſt intelligamus non licere totas ratiocinationes ex hypotheſi redigere in aliquam figuram, propter cauſam explicatam. Nam cùm in ratiocinatione hypothetica continetur aliqua ratiocinatio directa, ea poteſt reuocari in figuram, reliqua pars, quæ tantùm eſt hypotheſis, non poteſt.

De mutua Ratiocinationum reſolutione. Cap. 41.

ARGVMENTVM.

CVm quæſtio in multis figuris concluditur, in ſe mutuò reſoluuntur ratiocinationes: prima figura, & ſecunda in ſe mutuò redigũtur reciprocata propoſitione: prima, & tertia, reciprocata aſſumptione: ſecunda, & tertia, ambabus ſumptionibus reciprocatis.

1 IN omnibus autem quæſtionibus, quæ monſtrantur per plures figuras, ſi qua in vna concluſa fuerit, licet eiuſmodi ratiocinationem in alterã figurã reuocare. 2 Vt quę negans in prima concluditur, in ſecunda reuocari poteſt, & rurſus quæ in media, in primã, nõ tamẽ omnes, ſed aliquot, quod in progreſſu erit manifeſtum. 3 Si enim nullum b eſt a, & omne c eſt b, nullum c erit a. Sic quidem efficitur prima figura. Quòd ſi reciprocetur negans pronuntiatum, efficietur ſecunda. Etenim nullũ a erit b, & omne c erit b. 4 Similis eſt ratio ſi non vniuerſa, ſed in parte fuerit ratiocinatio. Vt nullum b eſt a, & aliquod c eſt b:

1 NOn tantùm licet ratiocinationem confectam, & inconditam in aliquã figuram, ubi confecta ſit reuocare: ſed etiam quæ eſt unius figuræ in alteram referre. ſi modò quæſtio, quæ probatur eiuſmodi ſit, ut poßit in multis figuris concludi; eſt enim quædam quæſtio, quæ tantùm poteſt in una figura concludi, ut uniuerſa affirmans in prima. 2 Nam omnis ratiocinatio negans primæ figuræ, poteſt reuocari in ſecundam, & omnis quæ eſt ſecundæ, in primam, præter quartum modum, qui non redigitur niſi per incommodum. 3 Quod in ſingulis licet experiri; ſit enim primùm ratiocinatio negans in ſecũdo modo primæ figuræ. Nullum animal eſt lapis, omnis homo eſt animal, ergo nullus homo eſt lapis. Reciprocata propoſitione fiet in primo modo ſecundæ: nullus lapis eſt animal, omnis homo eſt animal, ergo nullus homo eſt lapis. 4 Simili ratione ratiocinatio particularis quarti modi primæ figuræ; ut nullum animal eſt lapis, ali-

Celarent. A. lapis. B. animal. C. homo. Cesare. Ferio.

reciprocato enim negante erit media figura. 5 Ex ijs autem ratiocinationibus, quæ in secũda figura cõnectuntur, vniuersæ quidem reuocabuntur in primam figuram, ex particularibus verò altera tantùm. 6 Esto enim vt nullum b sit a, & omne c sit a, reciprocato igitur negante, erit prima figura; nullum enim a est b, & omne c est a. 7 Si verò affirmans adhibeatur ipsi b, negans autẽ ipsi c, tum c est collocãdum pro maiori extremo. 8 Tunc enim nullum a est c, omne b est a, quare nullum b est c, vnde nullum c est b, reciprocatur enim negans. 9 Quod si in parte fuerit ratiocinatio, cùm negatio adhibetur maiori extremo, redigetur in primam figuram. Vt si nullum b est a, & aliquod c est a: reciprocato enim negante erit prima figura, tum enim nullum a est b, & aliquod c est a. 10 Si verò affirmatio adhibeatur, nõ reuocabitur; vt si omne b est a, & aliquod c non est a: nec enim admittit

C.substãtia. Festino. Cesare. Celarent. Camestres. A.animal. B.homo. C. lapis. Celarent. Festino. Ferio. Baroco. A.animal. B.homo. C.substãtia.

qua substantia est animal, ergo aliqua substantia non est lapis: reciprocata propositione, nullus lapis est animal, reuocabitur ad tertium modũ secundæ. 5 Contrà uerò ex ratiocinationibus secundæ figuræ, uniuersæ omnes reuocãtur ad primam figurã; ex particularibus illa tantùm, quæ est tertij modi, nam quartus modus, ut diximus, non reuocatur, niſi per incommodum. 6 Sit ergo primũm ratiocinatio in primo modo secundæ figuræ: Nullus lapis est animal, omnis homo est animal, ergo nullus homo est lapis. Reciprocata propositione fiet in prima figura. Nullum animal est lapis, omnis homo est animal, ergo nullus homo est lapis. 7 Si autem fiat ratiocinatio in secundo modo secundæ figuræ: ut omnis homo est animal, nullus lapis est animal, ergo nullus lapis est homo, non potest reuocari ad primam, niſi minus extremum fiat maius extremũ: hoc est, assumptio debet reciprocari, & fieri propositio. 8 Hoc modo, nullum animal est lapis, omnis homo est animal, ergo nullus homo est lapis: unde sequitur per reciprocationem, nullus lapis est homo, quæ erat conclusio prioris ratiocinationis. 9 Ex particularibus autem ratiocinationibus, ea quæ est in tertio modo, ubi propositio est uniuersa negans, reuocatur in primam figuram: ut si sit hæc ratiocinatio, nullus lapis est animal, aliqua substantia est animal, ergo aliqua substantia non est lapis. Reciprocata propositione fiet prima figura, ut nullam animal est lapis, aliqua substantia est animal, ergo aliqua substantia non est lapis. 10 Quæ autem fit in quarto modo, ubi propositio est uniuersa affirmans: ut omnis homo est animal, aliqua substantia non est animal, ergo aliqua substantia non est homo, non potest reuocari in primam figuram; quia propositio cùm sit uniuersa

reciprocationem pronuntiatum a b, 11 nec ea facta, erit ratiocinatio. 12 Rursus ratiocinationes, quæ in tertia figura struuntur, non omnes reuocabuntur in primam; quæ autem in prima, omnes in tertiam referentur: 13 Esto enim vt omne b sit a, & aliquod c sit b: quoniam igitur reciprocatur particulare affirmãs, aliquod b erit c, atqui omne b erat a, vnde efficitur tertia figura. 14 Eadem est ratio si negans sit ratiocinatio, receprocatur enim particulare affirmans, vnde nullum b erit a, & aliquod b erit c. 15 Ex ijs autẽ ratiocinationibus, quæ fiunt in vltima figura, vna sola nõ resoluitur in primã, vbi negans non sumitur vniuersum: reliquę omnes resoluũtur. 16 Esto enim vt omne c sit a, & omne c sit b. C.Medium Reciprocabitur equidem c cum vtroque ex parte, quare aliquod b erit a. 17 Vnde erit prima figura, si omne c est a, & aliquod b est c. 18 Atque si omne c est a, & aliquod c est b, eadem est ra-

uersa affirmans, non potest reciprocari in uniuersam, sed tantùm in particularem. 11 Quòd si reciprocetur in particularem, non poterit ulla constare ratiocinatio, cũ ambæ sumptiones sint particulares. 12 Iam sequitur cõferamus primam figuram cum tertia, ubi non omnes ratiocinationes tertiæ figuræ possunt in primam reuocari; nam quintus modus non redigitur, niſi per incommodum, at uerò omnes ratiocinationes particulares primæ figuræ, reuocantur in tertiam. Darij. *13 Sit ergo hæc ratiocinatio in tertio modo primæ figuræ: omne animal sentit,* A.sentire. *aliquod corpus est animal, ergo aliquod corpus sentit.* B. animal. *Reciprocata assumptione particulari, fiet in quarto modo tertiæ figuræ: omne animal sentit, aliquod* C.corpus. *animal est corpus, ergo aliquod corpus sentit.* Datiſi: *14 Simili ratione si negans sit ratiocinatio in quarto modo primæ figuræ: Nullum animal est lapis, aliqua substã* Ferio. *tia est animal, ergo aliqua substantia nõ est lapis. Reciprocata assumptione, fiet in sexto modo tertiæ. Nullum animal est lapis, aliquod animal est substantia, er-* Ferisom. *go aliqua substantia non est lapis. 15 Ex ratiocinationibus autem tertiæ figuræ, solus quintus modus non reuocatur ad primam reciprocatione, sed per incõmodum; omnes aliæ ratiocinationes & modi reuocantur. 16 Ac primùm quæ* Darapti. *fiunt in primo modo, ut omne animal sentit, omne animal est substantia, ergo quædam substantia sentit. Vtrauis reciprocata fiet prima figura, ubi colligitur* Darij. *eadem conclusio. 17 Si quidem reciprocetur assumptio, ut omne animal sentit, aliqua substantia est animal, ergo aliqua substantia sentit. Si uerò reciprocetur* Datiſi. *propositio, debent transmutari sumptiones, & colligetur inuersa conclusio. 18 Tum quæ fit in quarto modo, ut omne animal sentit, aliquod animal est album,*

Universidad de Deusto
Biblioteca

tio, reciprocatur enim c cum b. 19 Si verò aliquod c est a, & omne c est b, ipsum b maius extremũ est collocandũ. 20 Nam omne c est b, & aliquod a est c, vnde aliquod a est b: quoniam autem reciprocatur particulare, aliquod b erit a. 21 Atq; si negans sit ratiocinatio, & termini accipiantur vniuersè, eodem modo omnia sumi debent. 22 Esto enim vt nullum c sit a, & omne c sit b, igitur aliquod b erit c, atqui nullum c erat a, itaq; mediũ erit c. 23 Similis est ratio si negans sit vniuersum, & affirmans in parte, nullum enim c erit a, & aliquod b erit c. 24 Si autẽ negans sumatur in parte, non erit resolutio, vt si aliquod c nõ est a, & omne c est b. Nam reciprocato pronuntiato b c, ambo pronũtiata erunt in parte. 25 Manifestum igitur est, vt figuræ in se mutuò resoluantur, pronuntiatum minori extremo accommodatum reciprocandum esse in ambabus figuris, hoc enim transmutato, transitio efficitur. 26 Earum autẽ quæ sunt in media figura, al-

Disamis. *ergo aliquod album sentit: reciprocata assumptione fiet eodem modo in prima figura.* 19 *Quòd si fiant in tertio modo, ut aliquod animal est album, omne animal sentit, ergo aliquod sentiens est album. Reuocatur reciprocato particulari, & transmutatis sumptionibus, ut minus extremum fiat maius.* 20 *ut omne animal sentit, aliquod album est animal, ergo aliquod album sentit, ac inde per reciprocationem, aliquod sentiẽs est animal, quæ erat prior conclusio.* 21 *Si autem sit negans ratiocinatio, ex utrisq; sumptionibus uniuersis, qualis fit in secundo modo, eadem ratione reuocatur reciprocata assumptione* 22 *Vt nullum animal est lapis, omne animal est substantia, ergo aliqua substantia non est lapis. Reciprocata assumptione ita reuocatur, nullum animal est lapis, aliqua substantia est animal, ergo aliqua substantia non est lapis: ubi medium est animal.* 23 *Simili ratione reuocatur, quæ fit in sexto modo, ut nullũ animal est lapis, aliquod animal est album, ergo aliquod album non est lapis; reciprocata scilicet assumptione, nullum animal est lapis, aliquod album est animal, ergo aliquod album non est lapis.* 24 *Quæ autem fit in quinto modo, ut aliquod animal non est album, omne animal est substantia, ergo aliqua substantia non est alba, non potest redigi in primam figuram, quia si reciprocetur assumptio in particularem, erũt ambæ sumptiones particulares.* 25 *Constat igitur ex hac disputatione primam figuram, & tertiã in se mutuò trãsire reciprocata in utraq; assumptione. Quẽadmodum prima, & secunda reuocantur inuicem reciprocata propositione in utraq;.* 26 *Superest tandem comparemus secundam figuram cum tertia, ubi ex duabus*

Felapton.
Ferio.
Ferison.
Ferio.
Bocardo.

tera, quidem resoluitur in tertiam, altera nõ resoluitur. 27 Cùm enim vniuersum fuerit negans resoluitur. Nam si nullum b est a, & aliquod c est a, ambo similiter reciprocantur cum a. Quapropter nullum a est b, & aliquod a est c: medium igitur est a. 28 Cùm autem omne b est a, & aliquod c non est a, non efficitur resolutio, neutrum enim pronuntiatum post reciprocationem est vniuersum. 29 At verò ratiocinationes ex tertia figura resoluentur in mediam, cùm negans pronũtiatum fuerit vniuersum; vt si nullum c est a, & aliquod c, aut omne c est b. 30 Etenim nullum a erit c, & aliquod b erit c. 31 Si verò negãs fuerit in parte, non resoluetur, non enim admittit reciprocationem negans in parte. 32 Perspicuum igitur est easdem ratiocinationes non resolui in his figuris, quæ in primam non resoluebãtur. 33 Et cùm aliæ ratiocinationes in primam figuram redigantur, hæ solę per in-

duabus particularibus ratiocinationibus secundæ figuræ, una sola resolaitur in tertiam figuram, altera non resoluitur. 27 *Tantum enim resoluitur quæ fit in tertio modo, ubi propositio est uniuersa negans. Vt nullus lapis est animal, aliquod album est animal, ergo aliquod album non est lapis. Reuocatur autem, ambabus sumptionibus reciprocatis; ut nullum animal est lapis, aliquod animal est album, ergo aliquod album non est lapis. Medium animal.* 28 *Quæ autem fit in quarto modo, ut omnis homo est animal, aliquod album non est animal, ergo aliquod album non est homo, non potest resolui, quia reciprocata propositione, etiam si assumptio quoq; reciprocetur, ambæ sumptiones essent particulares.* 29 *Ex tertia uerò figura duo tantùm modi negantes referuntur in secundam, scilicet ubi negans pronuntiatum est uniuersum, qui sunt secundus, & sextus. Vt nullum animal est lapis, omne animal, aut aliquod animal est substantia, ergo aliqua substantia non est lapis.* 30 *Reciprocatis ambabus sumptionibus, fiet in secunda, ut nullus lapis est animal, aliqua substantia est animal, ergo aliqua substantia nõ est lapis.* 31 *Quæ autem fit in quinto modo, ubi sumptio negans est particularis, non potest reuocari, quia negans particularis non reciprocatur. Itaq; ex secunda figura unus tantùm modus reuocatur ad tertiam; & ex tertia duo tantùm ad secundam.* 32 *Vnde constat eas ratiocinationes nõ reuocari in se mutuò in hac secunda, & tertia figura, quæ in primam non poterant reuocari; quales sunt, quæ fiunt in quarto modo secundæ, & in quinto tertiæ figuræ.* 33 *Tum etiam cùm omnes ratiocinationes secundæ, & tertiæ figuræ redigantur in primam reciprocatione, bi soli duo modi non possunt redigi, nisi ra-*

Festino.
Ferison.
Felapton.
Ferison.
Festino.
Bocardo.
Baroco.
Bocardo.

tione

Universidad de Deusto
Biblioteca

commodum & impossibile concluduntur. 34 Quemadmodum igitur ratiocinationes sint reuocandæ, & quòd figuræ in se mutuò resoluãtur, perspicuum est ex ijs, quæ dicta sunt.

tione ducente ad incommodum, ut in prima sectione explicatum est. 34 Hactenus igitur satis explicatum est quemadmodum omnes ratiocinationes resoluantur in tres illas figuras expositas, & ipsæ figuræ in se mutuò reuocẽtur, & transeant.

De Pronuntiatis finitis, & infinitis, & mutua eorum consecutione. Cap. 42.

ARGVMENTVM.

TRia potissimùm traduntur in hoc capite. Nam primò docetur affirmationes infinitas non esse negationes, nec idem valere, quod negationes simplices & finitas. Secundò explicatur consecutio inter pronuntiata finita, atque infinita, & priuantia, scilicet ex affirmationibus sequi negationes, non contrà. Tertiò traduntur alia theoremata, quibus explicatur etiam consecutio inter attributa finita, & infinita.

1 REfert autem aliquid in confirmãdo, & refellendo idẽne an diuersum significare putes, non esse hoc, & esse non hoc, vt non esse album, & esse non album: nec enim idẽ significãt, nec huius affirmationis esse albũ, negatio est esse nõ album, sed nõ esse albũ. 2 Cuius rei hæc est ratio. Eodẽ modo se habet hoc, potest ambulare, ad illud, potest nõ ambulare, atq; hoc alterũ, est albũ, ad illud, est non album: atque illud etiã, scit bonũ,

* *VLtimum theorema, ac præceptum seruandum in resoluendis ratiocinationibus est, ne existimemus pronuntiatum, ubi non uerbum, sed solùm attributum negatur, negationem esse, ac idem ualere, quod simplicem negationem: sed potiùs esse affirmationem, quæ uulgò infinita, aut transposita uocatur. Vt si unquam in aliqua ratiocinatione posita sit, tanquam affirmatio accipiatur: aut si concludatur aliqua argumentatione ne in negãtem, sed in affirmantẽ ratiocinationem fiat resolutio. 1 Itaq; maximè refert tam in ratiocinatione affirmante, quàm negante, existimemusne idem ualere hæc duo pronũtiata, hoc non est album, & hoc est non album, an diuersa esse; nec enim idem ualent omnino, nec huius affirmationis, hoc est album, negatio est, hoc est nõ album, sed hæc, non est album. 2 Quod tribus rationibus demonstrari potest. Prima ducitur ex proportione, quæ est huiusmodi: Quemadmodum se habet hoc pronuntiatum, potest*

ad alterum, scit non bonum. 3 Hoc enim, scit bonũ, aut est sciẽs bonum nihil differt: neque potest ambulare, aut est potẽs ambulare: quare neque horum opposita quidquam differunt, non potest ambulare, non est potens ambulare. 4 Si igitur non est potens ambulare, idem significat, quod est potens non ambulare, vel haud ambulare, hæc simul eidem conuenient. 5 Idem enim potest ambulare, & non ambulare, & est sciens bonum, & sciens nõ bonũ. 6 Affirmatio verò, & negatio oppositæ simul in eodem nunquã insunt. 7 Quemadmodum igitur non idem est, non scire bonum, & scire non bonum; sic nec idem valet, esse non bonum, atque non esse bonum. Eorum enim, quæ habent proportionem, si altera sint diuersa, etiam altera.

potest ambulare, ad illud potest non ambulare: quemadmodum etiam se habet hoc alterum, scit bonum, ad illud, scit non bonum, sic se habet hoc propositum, hoc est album, ad illud alterum, hoc est non album: sed huius affirmationis, potest ambulare, non est hæc negatio, potest non ambulare; sed illa, non potest ambulare: nec huius, scit bonum, negatio est, scit non bonum; sed hæc, nõ scit bonum: nec hæc duo idem ualent; ergo nec huius affirmationis, hoc est album, negatio est, hoc est non album. sed illa potiùs, hoc nõ est album. 3 Propositio inde confirmatur, quòd in his pronuntiatis uerbum scit, atq; uerbum potest idem ualent, quod uerbum est, in alijs pronũtiatis, immo uerò in ipsis uerbum est cõtinetur inclusum. Nam idem ualet scit bonum, quod est sciens bonum; potest ambulare, quod est potens ambulare. Atq; horum oppositа similiter, non potest ambulare, non est potens ambulare. 4 Assumptio uerò per incommodum probatur, si huius affirmationis, est potens ambulare, negatio est illa, est potens nõ ambulare, atq; hæc idem ualet, quod illa simplex negatio, non est potens ambulare, fiet contradicentia pronuntiata simul in eodem esse uera, est potens ambulare, & non est potẽs ambulare. 5 Nam illa priora simul sunt uera in eodem, est potens ambulare, & est potens non ambulare. Idem enim homo simul habet potestatem ambulandi, & non ambulandi; quemadmodũ simul scit bonum, & scit non bonũ. 6 Atqui affirmatio, & negatio contradicentes non possunt simul esse ueræ in eadem re, igitur huius affirmationis, potest ambulare, non est hæc negatio, potest non ambulare, sed illa, non potest ambulare: similiter huius, est album, nõ est negatio, est non album. sed hæc altera non est album, nec illa affirmatio infinita idem ualet, quod hæc negatio simplex. 7 Superest igitur ex hac ratione, quemadmodũ non sunt idem, non scit bonum, & scit non bonum; sic nec idem esse, nõ est bonum, & est non

Idem docet Arist. in lib. de Interpretatione cap. de enũtiationibus modorum. & 5 Metaphys. cap. 7.

Universidad de Deusto
Biblioteca

8 Neque esse non æquale, & non esse æquale idem valent, huic enim, est non æquale, aliquid subijcitur, quod est inæquale, illi verò nihil. Vnde non omne æquale, aut inæquale: omne tamen æquale, aut non æquale. 9 Præterea hæc duo, est lignum non album, & non est lignum album, non insunt simul in eodem. Si enim est lignum non album, erit lignum: quod autem non est lignum album, non est necesse lignum esse. 10 Quare perspicuum est huius affirmationis, est bonum, nõ esse negationem est non bonum. Si igitur de omni aut affirmatio, aut negatio vera est, si quidem non est negatio, certum est affirmationem esse quodammodo. Omnis autem affirmationis est sua negatio: huius igitur erit hæc, non est non bonum. 11 Habent autem hunc ordinem inter se. Sit quidem loco ipsius a esse bonum, in b nõ esse bonum, in c esse non bonum, quod

Explicatur consecutio inter pronũtiata finita, & infinita.

est non bonum. Habent enim hæc proportionem inter se, & eandem rationem: unde si duo priora sint diuersa, duo posteriora esse diuersa est necesse. 8 Secunda ratio, non idem ualent, non est æquale, & est non æquale. Nam ut hæc enuntiatio sit uera, est non æquale, necesse est aliquid subijciatur, & existat, cui conueniat non æquale, nempe quod est inæquale: ut autem negatio, nõ est æquale, sit uera, nihil est necesse subijciatur: nam id quod non est, aut nullam habet quantitatem, non est æquale. Vnde non omne aut est æquale, aut inæquale; omne tamẽ aut est æquale, aut non est æquale. 9 Tertia ratio, non idem significant, hoc est lignum non album, & hoc non est lignũ album. Nam ut hæc affirmatio infinita sit uera, hoc est lignum non albũ, hoc debet esse lignum: in lapide enim falsa est: ut autem illa negatio sit uera, hoc non est lignum album, non est necesse sit lignum. Nam de lapide est hæc uera, lapis non est lignum album. Quare maximè differunt negatio simplex, & affirmatio infinita. 10 Itaq; huius affirmationis est bonum, non est hæc negatio, est non bonum, quòd si non est negatio, haud dubiè erit affirmatio. Nam si de omni enuntiatione uerè dicitur esse affirmationẽ, aut negationem, si non est negatio, debet hæc necessariò affirmatio esse, est non bonum, nõ tamen simpliciter, sed quodammodo, quia infinita, seu ex transpositione. Rursus si affirmatio est, habebit suam negationem contrariã, nempe non est non bonum. 11 His ita explicatis sequitur doceamus quam habeant inter se consecutionem pronuntiata finita cum infinitis. Sed prius oportet in figuram quadratã ea disponere, hoc ordine. Primum in parte sinistra collocetur affirmatio simplex, est bonum: è regione eius negatio, non est bonum. Deinde sub hac negatione affirmatio infinita, est non bonum: è regione sub affirmatione simplici

Theophrastus enũtiationes attributi negati appellabat ex transpositione, vulgò infinitæ vocantur, quia nomẽ negatũ infinitum dicitur ab Aris.

sub b positum sit, in d non esse non bonum, sub ipso a. 12 Sanè in omni re aut a, aut b inerit, non autem in vlla re eadem: rursus aut c, aut d, non autem in eadem. 13 Et cui conuenit c, necesse est ei omni conueniat b. Si enim verum est dicere esse non album, verum erit etiam non esse album. 14 Fieri enim non potest, vt simul sit album, & sit non album: aut sit lignum non album, & sit lignum album. Quare si non inest affirmatio, inerit negatio. 15 Cui verò conuenit b, non semper conuenit c. Quod enim non est lignum omnino, neque lignum, neque album erit. 16 Rursus cui conuenit a, ei omni conuenit etiam d. 17 Aut enim conueniet c aut d: quoniam verò fieri non potest, vt simul aliquid sit non album, & sit album, conueniet d. Nam de eo, quod album est, verum erit dicere non esse non album. 18 De quo verò dicitur d, non de omni dici

plici negatio infinita, non est non bonum. Eadem erit ratio, si loco boni sumatur album. quod in figuris subscriptis cerni potest.

a	b	a	b
Est bonum	Non est bonum	Est album	Non est album
d	c	d	c
Non est non bonum	Est non bonum	Non est nõ albũ	Est non album

12 *In hoc igitur ordine tria theoremata explicantur. Primum est, necesse est omne aut bonũ esse, aut non esse bonum; non tamen possunt simul eidem rei conuenire, quia sunt contradicentia. Simili modo se habent esse non bonum, & non esse non bonum: tum esse album, non esse album, esse non album, non esse non album. 13 Secundum theorema pertinet ad consecutionem. Ex affirmationibus, quæ sunt in hoc ordine, perpetuò secuntur negationes: ex negationibus autem, non semper consecuntur affirmationes. Nam ex affirmatione infinita, est nõ albũm, sequitur negatio simplex & finita, non est album. 14 Quia si non sequeretur negatio, conueniret ei aliquando simul affirmatio contradicens, est albũ: atqui nihil potest simul esse album, & esse non album, quemadmodum nihil potest simul esse lignum non album, & esse lignum album. 15 Tamen ex negatione non semper sequitur affirmatio: non enim sequitur, lapis non est lignum album, ergo lapis est lignum non album. 16 Simili ratione ex affirmatione simplici, est album, sequitur negatio infinita, non est non album. 17 Nam si non sequitur hæc negatio, ei conueniet affirmatio contradicens, est non album; atqui nihil potest simul esse album, & esse non album, igitur sequetur negatio infinita. 18 At verò ex negatione infinita, non semper sequitur affirmatio simplex: nam*

tur a. Nam de eo, quod omnino lignum non est, non verè dicitur a, scilicet esse lignum album. Itaque d verè dicitur, a non verè dicitur, nempe quòd sit lignum album. 19 Manifestum igitur est a, & c nulli eidem rei conuenire, etsi b, & d eidem conuenire possint. 20 Eandem habent etiam rationem ipsæ priuationes ad attributiones, hac eadem positione. A Equale in ipso a, non æquale in b, inæquale in c, non inæquale in d. 21 In multis autem, quorum alijs quidem idem conuenit, alijs non conuenit, æquè vera erit negatio, non omnia esse alba, aut non esse album vnumquodque: at verò vnumquodque esse non album, aut omnia esse non alba, falsum

Attributiones vocat simplices & finitas enuntiationes:

in lapide uerum est antecedens, lapis non est lignum non album, & falsum consequens, lapis est lignum album. 19 Ex his colligitur tertium theorema. Si sumantur in hoc ordine quæ distant ex diametro, affirmationes utpote simplex, & infinita non possunt eidem rei simul conuenire. Nihil enim potest simul esse album, & esse non album: negationes autem possunt aliquando in eadem re simul esse ueræ. Nam lapis non est lignum album, & lapis non est lignum non album. 20 Eandem etiam habent rationem pronuntiata priuantia, si conferantur cũ simplicibus, quam habent infinita: dicuntur autem priuantia, quorum attributũ significat priuationem. Sed priùs oportet eodem ordine disponantur.

a	b
Est æquale	Non est æquale
d	c
Non est inæquale	Est inæquale.

In his igitur simili ratione ex affirmationibus secuntur negationes: ex negationibus uerò non secuntur affirmationes. Nam rectè sequitur, est inæquale, ergo nõ est æquale: non tamen cõtrà, non est æquale, ergo est inæquale. Rursus, est æquale, ergo non est inæquale; non autem contrà. Quoniam in eo, quod nõ est, aut si est, nullam habet quantitatem, ueræ sunt ambæ negationes, id enim neq; est æquale, neq; inæquale: falsæ uerò ambæ affirmationes. 21 Tamen ut reuertamur ad id, quod initiò disputabamus, in rebus cõtingentibus, ubi idem attributum, quibusdam partibus subiecti conuenit, & quibusdam non conuenit, constat apertè affirmationem infinitam non idem ualere, quod negationem simplicem; ut uidere est in albo, & homine: nam alij homines sunt albi, & alij non albi. In his igitur hæc affirmatio est falsa, omnis homo est albus, cuius negatio contradicens est uera, non

est. 22 Similiter huius, omne animal est album, non est hæc negatio, omne animal est non albũ, ambæ enim falsæ, sed illa non omne animal est album. 23 Quoniam igitur certum est aliud significare, est non album, atque non est album, atque illam esse affirmationem, hanc negationem, perspicuum est non esse eundem vtriusque demonstrandi modum. 24 Exempli causa, quidquid est animal non esse album, 25 aut contingit non esse album, 26 atque verum esse dicere non esse album, hoc enim est esse non album.
27 Sed hoc pronuntiatum, verum est dicere esse album, siue non album, eundem habet concludendi modum, ambo enim confirmãdo per primam figuram ostenduntur. 28 Nam ipsum verum similem habet locum, ac verbum est; huius enim verũ est dicere esse

ra, non omnis homo est albus, aut non quiuis homo est albus: infinita uerò est falsa, omnis, aut quiuis homo est non albus, unde hæc infinita non idem ualet, quod illa negatio, non omnis homo est albus, neq; hæc infinita est negatio illius simplicis affirmationis, omnis homo est albus. 22 Eadem ratione huius affirmationis, omne animal est album, non est hæc negatio contradicens, omne animal est non album, cùm simul sint falsæ; sed illa potiùs, non omne animal est albũ. 23 Ex his colligere licet præcipuum institutum, cuius gratia omnis huius capitis suscepta est disputatio; scilicet si non idem ualent, est non album, atq; non est album, atq; illa est affirmatio infinita, hæc negatio simplex, non eodem modo concludi possunt, nec eodem modo resolui. Nam illa prior, quia est affirmatio, debet concludi ratiocinatione affirmante, ac in eam resolui; altera, quæ est negatio, concludi debet ratiocinatione negante. 24 Sed id etiam uidere licet in his pronuntiatis, hoc, inquam, pronuntiatum, quidquid est animal non est album, negans est uniuersum, nam idem ualet, quod nullum animal est album, quare debet concludi ratiocinatione negante. 25 Hoc alterum, quidquid est animal contingit non esse album, aut quod idem ualet, contingit nullum animal esse album, negans est penes uerbum, quamuis penes modum sit affirmans: idcirco debet etiam concludi ratiocinatione negante penes uerbum, ut superiùs in mistionibus est explicatum. 26 Rursus hoc alterum, uerum est dicere quidquid est animal non esse albũ; aut esse non album, affirmans est, quia uerbum illud uerum affirmatur, unde ratiocinatione affirmante concludi debet. 27 Itaq; siue pronuntiemus ita, uerum est dicere omne animal esse album; siue hoc modo, uerũ est dicere omne animal esse non album, aut non esse album, semper est affirmans pronuntiatum, ac proinde concludendum est in prima figura per modum affirmantem. 28 Ratio est, quia

Universidad de Deusto
Biblioteca

album,non est hæc negatio,verũ est dicere non esse albũ,sed illa nõ est verum dicere esse album. 29 Quòd si verum est dicere quidquid est homo musicum esse,aut non musicum esse,sumendum est quidquid est animal,aut esse musicum,aut non musicum esse; atq; ita demonstratum erit. 30 Illud autem quidquid est homo non esse musicum refellendo demonstratur in tribus modis, quos in superioribus exposuimus. 31 Omnino autem cùm a,& b ita se habent,vt simul eidem conuenire non possint, sit verò necesse alterũ eorum omni rei conuenire. 32 Rursus etiam c & d eodem modo se habeant. 33 Ex c verò sequatur a,& non reciprocetur.

Proponuntur tres hypotheses.

*hoc uerbum uerum eandem habet rationem in oratione, ac uerbum est in orationibus,quæ modo carent. Nam quemadmodum in illis affirmatio, & negatio pendent ex uerbo est,sic in hac oratione ex uerbo uerum, est enim modus enuntiationis. Vnde huius affirmationis,uerum est dicere animal esse album, non est negatio uerum est dicere animal esse non album,aut non esse album; sed illa potius,non est uerum dicere animal esse album. 29 Si igitur concludendum sit omnem hominem esse musicum,aut esse nõ musicum, pro medio sumemus animal, & pro maiori extremo musicum, aut non musicum;& cùm utrunq; sit affirmãs, concludetur in primo modo primæ figuræ. Vt omne animal est musicum, omnis homo est animal,ergo omnis homo est musicus. Tum etiam omne animal est non musicum,omnis homo est animal,igitur omnis homo est non musicus. 30 Si uerò demonstrandum sit quidquid est homo non esse musicum,quoniam hoc pronũtiatum negans est uniuersum,idem enim ualet,quod nullum hominem esse musicum,per ratiocinationem negantem est concludendum,idq; in tribus modis,nempe in secundo primæ figuræ,atq; in duobus prioribus secundæ figuræ. * Sed regrediamur iterum ad explicandam consecutionem inter attributa finita,& infinita,cui rei tres hypotheses sunt præponendæ. 31 Prima est, sumantur duo termini sic affecti, ut non possint ambo simul eidem rei conuenire, omni autem rei sit necesse alterum conuenire;hoc est,sint cõtradicentes;ut animal, non animal. 32 Secunda,sub his terminis sumantur alij duo,eodem modo affecti;ut homo,& non homo. 33 Tertia, ex affirmatione unius contradictionis sequatur affirmatio alterius,non autem contrà;ut ex homine sequatur animal, non tamẽ contrà ex animali homo. Quas hypotheses in subscripta figura licet cõtemplari.*

a	b
Animal	Non animal
c	d
Homo	Non homo.

Hinc

34 Ex b quoque sequetur d, & non reciprocabitur. 35 Atque a,& d possunt eidem rei conuenire, 36 b autem,& c nõ possunt. 37 Primum igitur ex b consequi d hinc perspicuum est. Quoniam enim ex c,& d necesse est alterum omni rei cõuenire; 38 cui verò b conuenit, non potest c conuenire, quia c simul infert ipsum a: 39 atqui a,& b non possunt eidem rei conuenire, manifestum igitur est d secutum ire. 40 Rursus quoniam ex a non reciprocatur c,omni autem rei aut c,aut d conuenit,fieri potest vt a, & d eidem rei conueniant. 41 B autem, & c non possunt eidem rei conuenire,propterea quòd ex c sequitur a. Inde enim euenit aliquid, quod fieri non potest. 42 Manifestum igitur est neque ex d reciprocari b, quandoquidem cum ipso d simul a stare potest.

Ex tribus hypothesi- b^s colligun tur quatuor theoremata

Probatur primũ theorema.

Tertium.

Quartum.

Secundum.

34 Hinc colliguntur quatuor theoremata. Primum,ex non animali sequitur nõ homo. Secundum,contrà ex non homine non sequitur non animal. 35 Tertium, animal,& non homo possunt eidem rei conuenire. 36 Quartum, non animal, & homo non possunt eidem conuenire. 37 Tamen singula theoremata demõstremus. Primum ita probatur: si ex non animali non sequeretur non homo, aliquando non animali conueniret homo,per secundã hypothesim; quidquid enim est,aut est homo,aut non homo. 38 Atqui ex non animali non potest sequi homo,quoniam ex homine sequitur animal,per tertiam hypothesim;unde fieret simul esse aliquid animal,& non animal. 39 Atqui nihil potest simul esse animal & nõ animal, manifestũ igitur est ex non animali sequi nõ hominẽ. 40 Deinde probatur tertiũ theorema, animal,& nõ hominẽ posse eidẽ rei conuenire, ut simul sit aliquid animal,& nõ homo,quẽadmodum equus;quod ita demõstratur. Animal nõ reciprocatur cũ homine per tertiã hypothesim,igitur aliquid est animal,cui nõ conuenit homo;quare cõueniet nõ homo. 41 Quartum nõ animal, & hominem non posse eidem rei conuenire ita probatur. Ex homine sequitur animal,si igitur aliquid non animal esset homo,aliquid nõ animal esset animal, quod est absurdum,ac fieri nequit. 42 Tandem ex ijs probatur secundũ theorema,quod ex altera parte respondet primo,scilicet ex non homine non sequi nõ animal;quod monstratur per tertium theorema. Animal, & non homo aliquãdo conueniunt,& idem sunt, igitur si ex non homine sequetur non animal,aliquid esset animal,& non animal. Ex his theorematis intelligimus uerissima esse illa præcepta argumentandi,ex antecedente sequitur consequens;non autem cõtrà ex consequente antecedens. Rursus ex contradicente consequentis sequitur contradicens antecedentis: no tamen ex contradicente antecedentis contradi-

Cõsectariũ.

cens

43 Atque interdum accidit, vt decipiamur in huiusmodi ordine terminorum, eò quòd non rectè sumantur ea opposita, quorum alterum necesse est omni rei conuenire. 44 Vt si a, & b nõ possint eidem rei simul conuenire, necesse autem sit cui vnum non conuenit, alterum conuenire; 45 rursus etiam c, & d eodem modo se habeant; 46 atque ex omni c sequatur a: 47 accidet cui d conuenit, b quoque conuenire ex necessitate, quod falsum est. 48 Sumatur enim f, quod sit negatio terminorum a b. 49 Rursus etiã terminorum c d sumatur g. 50 Profectò necesse est omni rei aut a, aut f conuenire: aut enim affirmationem, aut negationem conuenire oportet. Rursus aut c, aut g, affirmatio enim, aut negatio. 51 Et cui c conuenit, ei omni a conuenire ponitur: quare cui f conuenit, ei omni g conueniet. 52 Rursus quia ex terminis f b necesse est alterum omni rei conuenire, atque ex terminis g d eodem modo, ex f autem sequitur g, igitur ex d sequetur etiã b. Hoc enim

cens consequentis 43 *Superest tandem tollamus quendam errorem. Interdum enim decipimur, ut existimemus contra secundum theorema, quod quarto loco demonstratum est, ex non homine sequi non animal. Causa uerò erroris est, quia in hac terminorum dispositione non rectè accipimus ea opposita, quæ sunt contradicentia, quorum alterum debet omni rei conuenire.* 44 *Error autem huiusmodi est. Si ueræ sint tres illæ hypotheses superiùs explicatæ. Prima, si animal, & non animal non possint eidem rei conuenire, & alterum necessariò omni rei conueniat, hoc est, sint termini contradicentes.* 45 *Si etiam secunda uera est, hominem, & non hominem eodem modo se habere.* 46 *Tum tertia, ex homine omnino sequi animal.* 47 *Inde certè eueniet ex non homine sequi nõ animal, quod falsum est, & contra secundum theorema.* 48 *Ad quem errorem explicandum sumantur duæ hypotheses. Prima est, inter animal, & non animal sumatur medium contradicens utriq; termino, atq; utriusq; negatio, ut f, quod neq; sit animal, neq; non animal.* 49 *Secunda, inter hominem, & non hominem sumatur aliud mediũ utriq; contradicens, & utriusq; negatio: sit illud g.* 50 *Ex his hypothesibus ita fit demonstratio. Si animal, & f sint contradicentia, necesse est omnem rem, aut esse animal, aut f. Rursus si homo, & g sunt etiam contradicentia, necesse est rem omnem aut esse hominem, aut g.* 51 *Si igitur ex homine sequitur animal, ut suprà per tertiam hypothesim constitutum est, ex contradicente animalis, quod est f, sequetur cõtradicens hominis, quod est g.* 52 *Rursus si f, & non animal sunt contradicentia, atq; g, & non homo, & eodem modo, ex*

nouimus. 53 Si igitur ex c sequitur a, ex d sequetur b, quod quidem falsum est, nam in ijs, quæ ita sunt affecta, contrario modo se habet consecutio. 54 Non enim fortasse necesse est omni rei aut a, aut f cõuenire, neque aut f, aut b. Nec enim ipsius a negatio est f. 55 Nam boni, non bonum est negatio: neque verò idem valet, non est bonum, quod neque est bonum, neque non bonum. 56 Eadẽ est ratio in terminis c d; negationes enim sumptæ duæ sunt.

do; ex f autem, ut diximus, sequitur g, ergo ex contradicente ipsius g, quod est non homo, sequetur contradicens f, quod est non animal. Id enim nouimus ita se habere, quia ex contradicente consequentis sequitur contradicens antecedentis. 53 *Itaq; si ex homine sequitur animal, ex non homine sequetur non animal. Hoc autẽ falsum quidem est. Docuimus enim iam superiùs, cùm ita sunt dispositi quatuor termini, contrariam esse in his consecutionem, ut ex non animali sequatur nõ homo. Sed propositam rationem in hac subscripta figura licet contemplari.*

f

Animal, Non animal,

Homo, Non homo,

g

54 *Tamen dissoluitur hæc fallacia, si non admittamus illas duas hypotheses. Si enim animal, & non animal sint contradicentia, non potest inter ea sumi mediũ f, quod utriusque sit negatio contradicens. Neque enim ipsius animalis negatio est f, quod neq; est animal, neq; non animal; sed negatio est nõ animal.* 55 *Quẽadmodum huius affirmationis, est bonum, negatio est, non est bonum: non autem illa neque bonum, neque non bonum.* 56 *Simili ratione inter hominem, & nõ hominem, non est admittenda media negatio g utrique contradicens. Sumpsimus enim antea duas medias negationes f, & g, inter illa gemina contradicentia, quod admittendum non est.*

Scholium in cap. 42.

1 *Refert autem aliquid. &c.)* *Ex tam multis, quæ tradit Aristoteles hoc capite, tria sunt, quæ aut falsa, aut saltem dubia videntur. Primùm enim quod dicit hoc pronũtiatum, est nõ album, eandem habere rationem cum illis duobus, potest non ambulare, & scit non bonum, falsum videtur esse;*

nam in hoc pronũtiato, est non album, totum attributum negatur, in illis verò nõ totum, sed pars, verbum enim (potest) in vno, & verbũ (scit) in altero, pars est attributi, & neutrum eorum negatur. Præterea hæc duo potest ambulare, & potest non ambulare; tum illa duo, scit bonum, & scit non bonum, possunt esse vera in eadem re; at verò illa, est albũ, & est non album, nunquã in eadem re simul reperientur. Secundo quod dicit numero. 8. vt hoc pronuntiatum sit verum, est non æquale, aliquid subijci debere, & existere, cui conueniat non æquale, falsum etiam videtur, aut saltem sibi ipsi repugnans. Nam in libro de interpretatione, cap. 2. expreßè dicit nomen infinitum tam dici in re, quæ non est, quàm in re, quæ est; si igitur non æquale dicitur etiam in re, quæ non est, non est necesse quidquã ei subijciatur, & existat. Tertiò hinc sequitur neque verum esse quod docet inferiùs numero. 15. & in sequẽtibus, ex negatione finita non sequi affirmationem infinitam, neque ex negatione infinita affirmationem finitam. Nam si nomen infinitum dicitur in ijs, quæ sunt, & quæ non sunt, si verum est aliquid non esse album, verum erit esse non album. Tum etiam quia ipse docet in libro de interpretatione, cap. de Enuntiationibus infinitis, si quispiam rogatus an Socrates sit sapiens, responderit non, posse eum, qui rogauit inde ita colligere, Socrates igitur est non sapiens. Vbi apertè significat ex hac negatione, Socrates non est sapiens, sequi hanc affirmationẽ, Socrates est non sapiens. His tribus sigillatim est respondendum. Ad primum sic respondere oportet. Non dicit Aristoteles eandem habere omnino rationem hoc pronuntiatum, est nõ album, cum illis, potest non ambulare, & scit non bonum; sed hac parte conuenire, quòd quemadmodum illa non sunt negantia, sed affirmantia, & huius affirmationis, potest ambulare, non est hæc negatio, potest non ambulare, sed illa, non potest ambulare: sic nõ esse hoc negans pronuntiatum, est non album, sed affirmans, ac proinde illius affirmationis, est album, non esse hanc negationem, est non albũ, sed illam potiùs, non est album. Hoc enim tantùm demonstrare nititur Aristoteles eo loco. Secũdum ita dissoluitur. Duplex est pronuntiatum attributi infiniti, vnum vbi totum attributum negatur, vt homo est non albus, alterum vbi non totum attributum negatur, sed cùm sit compositum

tum, vna pars affirmatur, & altera negatur, vt hoc est lignum non album, quo exemplo vtitur ipse Aristoteles; si igitur totum attributum negetur, non est necesse aliquid ei subijciatur, sed potest dici in re, quæ non est; si autem altera pars affirmetur, & altera negetur, vt sit verum, necesse est subiectum existat, nam vt hoc sit lignum nõ album, debet esse lignum. Quod ergo docet Aristoteles intelligitur in hoc genere pronũtiati, vbi non negatur totum attributum, sed altera pars tantùm, vt apparet ex loco statim sequente, numero. 9. Hinc dissoluitur tertia dubitatio, cùm totum attributum negatur & est infinitum, licet ex negatione finita colligere affirmationem infinitam, vt demonstratum est. Cùm autem pars vna affirmatur, & altera negatur, non licet. Atque ita est intelligendum quod hic docet Aristoteles. vnde in numero. 15. non dicit nunquam ex negatione finita sequi affirmationem infinitam, sed non semper sequi. Quasi diceret sequitur tantùm, cùm totum attributum est infinitum, non autem sequitur cùm altera pars affirmatur, altera negatur. Quod manifestum est ex ratione, quam eodem loco subiungit. Quod enim, inquit, non est lignum omnino, neque lignum, neq; album erit omnino. Quasi diceret non sequi, lapis non est lignum album, ergo lapis est lignum non album, quia lapis nullo modo lignum est. Vnde quod dicit Aristoteles in libro de interpretatione, vbi agit de enuntiationibus tertij adiacentis, ex quatuor enuntiationibus duas se habere ad affirmationem, & negationem in ordine, sicut priuationes, duas nõ item, sic est intelligendum, vt nunc explicauimus. Non enim dicit nunquam ex negationibus finitis sequi affirmationes infinitas, vt multi putant, sed non sequi, cùm altera tantùm pars attributi est infinita. Nam dicit sic esse disponendas enuntiationes, vt hoc loco præcipitur, & hac ratione locum illum interpretãtur Ammonius, & Boethus ex Porphyrio. Aut quod verius videtur, nihil aliud docet, quàm affirmationi finitæ, non opponi, tanquam negationem, affirmationem attributi infiniti, sed negationem finitam. Non enim explicat eo loco Aristoteles consecutionem, sed oppositionem. Nam quod Boëthus vertit secũdum consequentiam, Greca habent καὶ κατὰ τὸ ἑπόμενον, quod verbum non significat consequentiam, sed

ordinem, seu figuram illam quadratam, vbi disponuntur enuntiationes oppositæ, qualis est hæc figura.

Homo est iustus, *Homo non est iustus.*

Homo non est non iustus, *Homo est non iustus.*

Dicit ergo Aristoteles in hoc ordine has duas enuntiationes, homo est non iustus, & homo non est non iustus, esse oppositas inter se, ac similes esse priuantibus, quales sunt, homo est iniustus, & homo non est iniustus; duas autem alias superiores non esse velut priuantes, sed simplices & finitas: ac proinde huic affirmationi, homo est iustus, non opponi hanc, homo est non iustus, sed illam potiùs, homo non est iustus, quæ est eiusdem generis. Et huius, homo est non iustus, non esse hanc oppositam, homo est iustus, sed illam, homo non est non iustus. Nihil enim aliud vult docere eo loco Aristote. quàm fieri manente eodem subiecto duas oppositiones, & quatuor enũtiationes. Quæ explicatio multò simplicior est, & verbis Aristotelis accommodatior, quàm quæ adferri solet eo loco ab interpretibus. Sed hæc obiter dicta sint.

Aristotelis priorum Analyticorum, vel de ratiocinatione libri primi finis.

Aristote

ARISTOTELIS PRIORVM ANALYTICORVM, VEL DE RATIOCINATIONE liber secundus, Iohanne Baptista Monlorio interprete, & paraphraste.

Argumentum totius libri.

IN secundo libro traduntur affectiones quædam Ratiocinationis, qui diuiditur in tres sectiones, quemadmodum primus. In prima explicantur vires & facultates Ratiocinationum, quales sunt colligere multas conclusiones, colligere ex falsis, colligere in orbem, &c. In secunda, vitia, quæ impotentiæ vocantur, vt petitio eius, quod in principio, falsa ratio, error ex opinione. &c. In tertia, affectiones, quę ratiocinationi sunt annexæ, vt reciprocatio terminorũ. Inductio, Exemplum, Enthymema. &c.

Prima sectio de viribus Ratiocinationum.

De ratione colligendi multas conclusiones. Cap. 1.

ARGVMENTVM.

EXplicantur tres modi, quibus vna ratiocinatio multas colligit conclusiones, vnus est per reciprocationem conclusionis: alter sumpto alio termino sub minori extremo, de quo idem maius extremum concludatur: tertius sumpto alio termino sub medio.

1 HActenus igitur hæc sunt iam à nobis explicata. Primùm in quot figuris, ex qualibus, quotque pronũtiatis, quãdo, & quo modo Ratiocinatio conficiatur.

1 *HVcusque in primo libro ea pertractauimus, quæ ad naturam, & rationem ipsius Ratiocinationis spectant: in prima scilicet sectione quot sint figuræ construendi ratiocinationem, nempe esse tres tantùm; tum constare omnẽ ratiocinationem, vt minimum duobus pronuntiatis: atque alterum necessariò debere esse vniuersum, alterum quoque esse affirmans: qua etiam ratione, & modo affecta esse debeant, & coniuncta inter se, quamq; medij collocationem continere, vt ex ipsis aliquid necessariò concludatur.*

2 Præterea quæ sint inspicienda ei, qui aliquid refutare, aut cõfirmare velit, & quemadmodũ in quaq; arte de re proposita sit inuestigandũ. 3 Tum etiã qua via inquàq; quęstione principia sumamus. 4 At verò quia ex ratiocinationibus aliæ sunt vniuersæ, aliæ in parte, quæ quidem sunt vniuersæ, omnes semper multa cõcludunt, ex ijs autem, quæ sunt in parte, affirmantes quidem multa; negantes verò solam conclusionem. 5 Alia enim pronuntiata reciprocantur, negans in parte non reciprocatur: conclusio verò aliquid de aliquo pronuntiat, idcirco aliæ ratiocinationes multa concludunt. 6 Vt si demonstratum est omne b, aut aliquod b

2 *In secũda uerò sectione docuimus quæ sint inspicienda, si uelimus inuenire Medium accommodatum ad disputandum omne genus quæstionis tam affirmans, quàm negans. Tum quemadmodum sit paranda pronuntiatorum copia ad tractandam quæstionem, idq; in omni genere disciplinæ.* 3 *Demum in tertia sectione explicauimus, ubi quæstio incondita aliqua argumentatione probata est, qua ratione sumamus propria, & accommodata pronuntiata, quibus ea quæstio in aliqua figura, & modo sit concludenda; ut hoc pacto in propriam figurã resoluatur.* * *Superest nunc in hoc libro uires, & facultates Ratiocinationum, uitia seu impotentias: ac tandem quæ ratiocinationi sunt coniuncta exponamus. Ac primum omnium quemadmodum una ratiocinatio plures inferat cõclusiones. Quod duobus modis fieri contingit. Primus est per reciprocationem conclusionis: potest enim ratiocinatio concludere primùm suam conclusionem, deinde eam, in quam ipsa conclusio reciprocatur.* 4 *Nam cùm ex ratiocinationibus aliæ sint uniuersæ, quæ uniuersam inferunt conclusionem; aliæ particulares, quæ inferunt particularem, uniuersæ quidem omnes colligunt hoc modo duas conclusiones; unam primò & per se: alteram, in quam prima reciprocatur, indirectè. Ex particularibus uerò, affirmãtes colligũt eodem modo geminas cõclusiones: negantes autem non item, sed eam solùm, quam primò concludunt.*

5 *Causa huius rei est, quia cætera omnia pronuntiata reciprocãtur, scilicet ambo uniuersa, & particulare affirmans, particulare uerò negans non reciprocatur. Cùm igitur conclusio sit pronuntiatum, in quo aliquid de aliquo dicitur, eæ tantùm ratiocinationes habent hanc uim, quarum conclusiones reciprocantur. Propterea particularis negans non infert nisi unam conclusionem, omnes aliæ colligunt multas.* 6 *Vt igitur exemplis rem illustremus, uniuersa affirmãs colligit conclusionem uniuersam affirmãtem, ac per reciprocationem particularem indirectè. Vt omne animal est substantia, omnis homo est animal, ergo omnis homo est substantia, ac inde rursus quædam substãtia est homo. Simili ratione particularis*

A. substãtia.
B. homo.

esse a, necesse est etiam aliquod a esse b. 7 Etsi monstratum est nullum b esse a, necesse est nullum a esse b; hoc autem diuersum est à priore. 8 Quòd si aliquod b non est a, non est necesse aliquod a non esse b: fieri enim potest omne a esse b. 9 Hæc igitur est cõmunis omnium causa, & in vniuersis ratiocinationibus, & in particularibus. 10 Licet autem in vniuersis ratiocinationibus aliam rationem adferre. Eorum enim omnium, quæ sub medio, aut sub conclusione cõtinentur, eadem est ratiocinatio, si alia sub medio, alia sub conclusione sumantur. Vt si a b conclusio per c colligatur, necesse est a dicatur de ijs omnibus, quæ sub b aut c continẽtur. 11 Si enim omne d est b, & omne b est a, omne d erit a.

A. maius extremum.
B. minus.
C. medium.

ticularis affirmans, concludit unam particularem directè, & alteram indirectè per reciprocationẽ. 7 *Negans etiã uniuersa duas infert negantes cõclusiones uniuersas. Nam si cõcludatur nullũ hominem esse lapidem, inde sequitur nullum lapidem esse hominem. Quæ conclusio diuersa est à priore penes formam, etiam si materia cõueniat, quoniam habet diuersum attributum, & subiectum. Sequitur autem in his secunda conclusio ex ratiocinatione, ui illius principij Quidquid sequitur ex consequente sequitur, ex antecedente.* 8 *Si autem concludatur aliquod animal non esse hominem, non inde sequitur aliquem hominem non esse animal: quia re uera omnis homo est animal.* 9 *Tam igitur in uniuersis ratiocinationibus, quàm particularibus, quòd aliæ plures inferant conclusiones, aliæ unam tantùm, una est in omnibus communis causa reciprocatio: quia scilicet in alijs conclusio reciprocatur, in alijs non item.* * *Alter modus concludẽdi plures cõclusiones est, qui sumitur ex duobus illis principijs, De omni, & nulla re dici, qui rursus diuiditur in duas partes, aut modos: unus est cùm sumitur alius terminus sub minori extremo: alter cùm sumitur alius terminus sub medio. In his enim omnibus idem maius extremum primæ ratiocinationis de alijs multis colligitur. Sed an in omnibus ratiocinationibus ita se habeat experiamur.* 10 *Primùm quidem in uniuersis ratiocinationibus primæ figuræ his duobus modis eadem ratiocinatio multas colligit conclusiones, scilicet si sub medio alius sumatur terminus, aut sub conclusione, hoc est sub minore extremo, quod est subiectũ cõclusionis.* 11 *Vt si hæc sit ratiocinatio; omne corpus est substantia, omne animal est corpus, ergo omne animal est substantia. Primo quidem modo si sub animali minori extremo sumatur aliud, ut homo, de eo colligetur substãtia, si cõclusio præcedentis ratiocinationis fiat propositio, ac minus extremum fiat mediũ; ut omne animal est substãtia, omnis homo est animal, ergo omnis homo est substantia. Hæc secunda conclusio dicitur colligi ex prima ratiocinatione, quia colligitur*

A. substãtia.
B. animal.
C. corpus.
D. homo.

12 Rursus si omne e est c, omne verò c est a, omne e erit a. 13 Eadē est etiā ratio si negās fuerit ratiocinatio. 14 In secūda verò figura tantū licet cōcludere quod sub conclusione cōtinetur. Vt si nullū b est a, & omne c est a, cōclusio est nullū c esse b. 15 Sanè si d sub c cōtinetur, perspicuum est nullum d esse b. 16 Quod autem b non conuenit ijs, quæ sub a continentur, non est manifestum per ratiocinationem, tametsi non conueniat ipsi e, si sub a cō-

ligitur ex propositione, quæ concluſa est per primam ratiocinationem. Vnde prima ratiocinatio colligit duas conclusiones, unam primò, alteram remotè intercedente prima, ac ui illius principij, dici de omni, cùm fiat in prima figura. Simili ratione colliget plures alias, si sub animali aliæ plures sumantur ſpecies. 12 Secundo modo licet colligere aliam conclusionem, si sub medio corpore sumatur

E. lapis. *aliud minus extremum, ut lapis, ac seruetur eadem propositio primæ ratiocinationis, ut omne corpus est substantia, omnis lapis est corpus, ergo omnis lapis est substantia. Hæc secunda conclusio non colligitur reuera ex prima ratiocinatione, quemadmodum in modo superiore; quia non colligitur ex aliquo pronuntiato probato per primam ratiocinationem. Tamen aliqua ratione dicitur colligi ex ea, quia concluditur per idem medium, ac ui eiusdem principij, dici de omni. Prima enim conclusio colligebatur hoc principio, si omne corpus est substantia, quidquid sumitur sub corpore, de eo omni dicitur substantia, & quia omne animal sumitur sub corpore, propterea de omni animali colligitur substantia: eadem ratione quia omnis lapis sumitur sub corpore, de omni lapide concluditur substantia 13 Eadem omnino ratione negans ratiocinatio uniuersa colligit multas conclusiones his duobus modis, quod quiuis facilè potest experiri. 14 In secunda uerò figura tantùm primo modo licet colligere multas conclusiones, scilicet sumpto alio termino sub minori extremo.*

A. viuere. B. lapis. C. animal. D. homo. *Vt si sit hæc ratiocinatio; nullus lapis uiuit, omne animal uiuit, ergo nullum animal est lapis 15 Si sub animali sumatur homo, de ipso nullo concludetur lapis in prima figura, ut nullum animal est lapis, omnis homo est animal, igitur nullus homo est lapis. Vbi hæc secunda conclusio sequitur ex prima ratiocinatione, quemadmodū in prima figura. 16 Secūdo uerò modo, si sub medio aliquid aliud sumatur, colligetur quidē alia cōclusio, nō tamē per priorē ratiocinationē. Vt si*

E. planta. *sub uiuēte sumatur plāta; nullus lapis uiuit, omnis plāta uiuit, ergo nulla planta est lapis. Hæc secūda cōclusio nō dicitur colligi ex priore ratiocinatione, quia nō cōcluditur ex aliquo pronūtiato probato per primā ratiocinationē. Neq; aliquo modo, ut in prima figura, quia nō concluditur ui eiusdē principij cum prima ratiocinatione; cùm enim sit in secūda figura, nō nititur illo principio, dici de nulla*

re: nisi

tineatur. 17 Atqui nullum c esse b per ratiocinationem monstratum est, nullum autem a esse b sine probatione est sumptum: quare non efficitur ratiocinatione nullum e esse b. 18 In particularibus autem ratiocinationibus de ijs, quæ sub conclusione continentur nihil necessariò concludetur. Neque enim efficitur ratiocinatio, cū propositio in parte sumitur. De ijs autem omnibus, quę sub medio continentur, necessariò colligetur, non tamen ex ratiocinatione. 19 Vt si omne b est a, & aliquod c est b; de eo, quod sub c continetur non erit ratiocinatio; de eo verò quod sub b, erit quidem, sed non ex præcedente ratiocinatione. 20 Similis est ratio in alijs figuris, nam de eo quod sub conclusione continetur, nihil conclu-

A. maior extremum. B. medium. C. minus extremum.

re: nisi propositio reciprocetur, nullū uiuens est lapis. Tū enim fiet ratiocinatio in prima figura, hoc modo, nihil quod uiuit est lapis, omnis plāta uiuit, ergo nulla plāta est lapis. 17 Itaq; prima ratiocinatione monstratū est nullū animal esse lapidē. Illa uerò propositio, nullū uiuēs est lapis, quæ sumitur reciprocata, ut colligatur in prima figura nullā plantā esse lapidē, nō est probata per priorē ratiocinationē, nec per ullā aliā, sed sumitur sine ulla probatione, idcirco secūda cōclusio, nulla plāta est lapis, nō sequitur ullo pacto ex priori ratiocinatione, sed tantùm ex secunda. Vnde prima ratiocinatio non colligit hoc modo multas cōclusiones. Hæc de uniuersis ratiocinationibus. 18 In particularibus autem, nō licet primo illo modo colligere multas conclusiones sumpto alio termino sub minori extremo. Nam cum in eo modo conclusio prioris ratiocinationis debeat fieri propositio secundæ in prima figura, ac ea sit particularis, esset in prima figura propositio particularis, ex qua sanè nihil colligi potest. Secundo uerò modo sumpto alio termino sub medio, colligetur quidem alia conclusio, ubi maius extremū cōcludetur de illo termino, non tamen ui prioris ratiocinationis, quia non concludetur ex aliquo pronūtiato demonstrato priori ratiocinatione. Nisi aliquo modo ex ea colligi dicatur, quia cōcluditur ui eiusdem principij de omni, aut de nulla re dici, ut in uniuersis fieri diximus. 19 Exēpli causa si sit hæc ratiocinatio; omne animal sentit, aliquod corpus est animal, igitur aliquod corpus

A. sentire. B. animal, C. corpus.

sentit: si sumatur aliquid sub corpore, non licebit de eo concludere sentire, quia hæc conclusio, aliquod corpus sentit, cum sit particularis, non potest esse propositio in prima figura. Si uerò sumatur aliquid sub animali, colligetur quidē alia conclusio, ut omne animal sentit, aliquod album est animal, igitur aliquod albū sentit, tamen nō sequitur ex priore ratiocinatione. 20 Similis est ratio in alijs figuris Nam de eo, quod sub minore extremo cōtinetur, nō licet colligere maius extremum, de eo uerò, quod continetur sub medio, licet, nō tamen ui prioris ra-

Universidad de Deusto
Biblioteca

detur necessariò; de eo verò, quod sub medio est, cõcludetur, quãquam non ex ratiocinatione: 21 quo modo in vniuersis monstrabantur ea, quæ sub medio continentur, per indemonstratum pronuntiatum. Quapropter aut neque in illis colligetur cõclusio, aut etiam in his colligetur.

tiocinationis. Quamquã in tertia figura, in his modis, qui habent particularem propositionem, neque hac ratione licet concludere maius extremum de eo, quod sub medio continetur, quoniam esset in prima figura propositio particularis. Nam cùm in tertia figura sumitur aliquid sub medio, fit secunda ratiocinatio in prima figura. 21 Vt igitur tandem finiamus, quemadmodum in uniuersis ratiocinationibus de eo, quod sub medio continetur, non licet colligere maius extremum, nec aliam conclusionem per pronuntiatum pr obatum priori ratiocinatione, sed sumptum sine probatione: sic etiam in particularibus. Nam si in illis uniuersis colligeretur conclusio ui prioris ratiocinationis, in his etiam particularibus colligeretur eodem modo, cùm sit in utrisque eadem ratio. Itaque inter hos duos modos posteriores colligendi multas conclusiones hoc interest, quod cũ sumitur alius terminus sub minore extremo, colligitur secũda cõclusio per propositionem demonstratam prima ratiocinatione; conclusio enim primæ ratiocinationis est propositio secundæ, fitq; semper secunda ratiocinatio in prima figura. Cùm aũt sumitur alius terminus sub medio, secunda conclusio non colligitur per aliquod pronuntiatũ probatũ prima ratiocinatione, sed sumitur idẽ mediũ, ac eadem propositio primæ ratiocinationis, cui adiungitur alia assumptio. Est etiam obseruandum unam ratiocinationem primò u nam tantùm inferre cõclusionem, remotè uerò posse alias concludere.

Scholia in cap. 1.

De instituto Aristotelis in hoc secundo libro variæ sunt interpretum sententiæ. Quidam institutum esse putant, quando in primo libro disputatum est satis de syllogismo directo, agere nũc de syllogismo hypothetico, quod in primo libro cap. 40. pollicitus fuit. Quorum sententia eò non probatur, quòd in hoc libro de vno tantùm syllogismo ducente ad incommodum disputetur, reliqua omnia ad syllogismum directũ pertineant. Proclus, & Philoponus existimant hîc agi de materia syllogismi, postquam in primo libro explicata est forma. Quorum etiam sententia falsa putatur. Nam si per materiam intelligãt pronuntiata syllogismi qua-

mi qualiacunque sint, ea in primo libro satis sunt tractata, vbi docuit Aristoteles cuiusmodi pronuntiata sumi debeant ad colligendum omne genus quæstionis. Si verò intelligant pronuntiata demonstratiua, aut dialectica, de ipsis quidem nõ hoc libro, sed in sequentibus disputatur. Marinus, vt refert Magentinus, sentit tractari in hoc libro ea, quæ ad Dialecticam, id est, artem disputandi ex probabilibus conducũt, cuiusmodi sunt ratiocinari ex falsis, petere quod in principio est propositũ, & similia. Quem reprehendit Magentinus, quia Dialecticus non ex falsis, sed ex probabilibus, & quæ vera putantur solet differere. Ipse Magentinus Aristotelis consilium esse censet explicare ea, quæ demonstrationẽ impediunt quòminus suum finem consequatur: hæc autem esse ratiocinari ex falsis, petere quod in principio, inductionem, argumentum, signum. Verùm neque hæc sententia vera est. Nam inductio nõ modo non impedit Demonstrationem, sed etiam maximè iuuat, cùm principia demonstrationis inductione cognoscãtur, vt docet ipse Aristote. 1. lib. de Demonstratione cap. 14. Alia etiam multa tradũtur hoc lib. quæ nihil obsunt demonstrationi, vt quod docetur hoc primo capite, quemadmodũ vna ratiocinatio multas colligat cõclusiones, aut sumpto alio termino sub minori extremo, aut sub medio, quod etiam docetur primo de Demõstratione, cap. 9. Alexander putat docere hîc Aristo. quæ ad perfectam disputationem ratiocinationis deesse videbantur. Cuius sententia vera quidem est, si intelligamus quænam sint hæc, quæ desunt; vnde mihi maximè probatur quorundam Latinorum interpretum sentẽtia, qui putant tria potissimùm explicari ab Aristotele in hoc libro; vires & facultates syllogismorum, vitia seu impotentias, & quæ syllogismis annexa sunt: vt in argumẽto totius libri explicatum est.

10 *Licet aut in vniuersis, &c.) Totus hic locus vsque ad finem capitis difficilis est, varieq; explicatur ab interpretibus. Ego in paraphrasi secutus sum interpretationem Magentini, quæ ceteris est facilior, & verbis Aristotelis accommodatior.*

Quod ex falsis in prima figura verum concludatur. CAP. 2.

ARGVMENTVM.

DOcetur primò ex veris non colligi falsum: ex falso verò colligi verum, quod tribus præceptionibus explicatur. Prima, in modis vniuersis ex ambabus sumptionibus omnino, aut in parte falsis sequitur vera conclusio. Secũda, si propositio sit omnino falsa, & assumptio vera, non potest sequi vera conclusio: sin aliter se habeãt, ex vna vera, & altera falsa colligi potest conclusio vera. Tertia, in modis particularibus, tam ex vtrisque falsis, quàm ex vna vera, & altera falsa, quouis modo se habeãt, sequitur vera conclusio.

1 POtest autem fieri, vt vera sint ea pronuntiata, ex quibus constat ratiocinatio, nonnunquam etiam falsa, interdũ autem vnum verum, & alterum falsum: conclusio verò aut vera sit, aut falsa est necesse. 2 Ex veris quidem non licet falsum concludere, ex falsis autem licet colligere verum, non tamen cur sit, sed ita esse modò. 3 Neque enim ex falsis constat ratiocinatio ostendẽs cur res sit, quam autem ob causam, in progressu explicabitur. 4 Primùm igitur ex veris non posse falsum cõcludi, hinc manifestũ est. Si enim cùm sit a, necesse est b esse, cùm b non sit, necesse est a non esse: si igitur verum est a, necesse est quoq; b verum esse. 5 Alioquin eueniet idem simul esse, & nõ esse, quod

1 *SEcunda facultas ratiocinationis est, qua ex falsis uera conclusio colligitur: pronuntiata namq;, ex quibus constat ratiocinatio interdum ambo sunt uera, interdum ambo falsa, nonnunquam etiam unum uerũ, & alterum falsum: ipsa uerò conclusio aut uera sit, aut falsa est necesse.* 2 *Cùm igitur hæc ita se habeant ex ueris pronuntiatis non potest colligi falsa conclusio, sed tantùm uera; ex falsis autem potest colligi uera. Non quòd falsa pronũtiata causa sint cur conclusio sit uera, sed quòd tantùm colligant eiusmodi conclusionem, atq; maius extremum minori conuenire. Sequitur enim conclusio uera ex falsis ob solam formam ratiocinationis,* 3 *Vnde ea demonstratio, quæ ostendit cur res sit, nõ potest falsis constare pronuntiatis, cùm enim falsum non sit, non potest esse causa ueri, nec cadere sub scientiam, ut in libris de Demonstratione explicabitur.* 4 *Primùm igitur ex ueris pronuntiatis non colligi falsam conclusionem ita demõstratur. Si hæc est recta, & necessaria argumentatio, a est, ergo b est, ita ut si b non sit, necesse sit a non esse, quia ex contradicente consequentis sequitur cõtradicens antecedentis. Si a est uerum, necesse est quoque b uerũ esse.* 5 *Nam si a est uerum, & b falsum, b non erit, quia falsum non est, atqui si b non est, a non est, ut nunc dictum est, igitur a simul erit, & nõ erit, quod nullo modo fieri*

1. lib. de Demõst. cap. 2.

fieri non potest. 6 Nec verò existimandum est propterea quod a terminus vnus est positus, fieri posse vt vno aliquo posito aliquid necessariò consequatur. Nõ enim id fieri potest. Nam quod necessariò consequitur, conclusio est: ex quibus verò ea efficitur, vt minimum sunt tres termini, duo interualla & pronuntiata. 7 Si igitur verum est cui b conuenit, ei omni cõuenire a, & cui c, ei cõuenire b, cui c cõuenit, necesse est a, cõuenire. Nec potest hoc falsum esse. Idẽ enim simul cõueniet, & nõ cõueniet a igitur, quod tanquã vnũ positũ est, duo sunt pronũtiata simul sumpta. 8 Similis est in negantibus ratio. Non enim licet ex veris monstrare falsum, 9 ex falsis autem licet verum concludere, siue ambo pronuntiata falsa sumantur, siue vnum tantùm: verum hoc nõ vtrumuis, sed secundum, si totum falsum sumamus: si verò nõ totum falsum sumatur, vtrumuis licet falsum accipere.

potest. 6 *Cùm autem dicimus si a est, b esse, non debet aliquis sibi persuadere propterea quod a unum est elementum, ac unus terminus, nos intelligere in hac argumentatione ex uno solo termino, aut uno pronũtiato necessariò colligi cõclusionem. Nam in ratiocinatione nil colligitur ex uno termino, aut pronũtiato, sed ut diximus iam in primo libro, omnis ratiocinatio ut minimùm constare debet tribus terminis, ac duobus pronuntiatis, quæ alio nomine interualla uocantur.* 7 *Sed perinde est ac si diceremus: Si uerum est omne animal esse substantiam, & omnem hominem esse animal, necesse est uerum sit omnem hominẽ substantiam esse. Nam si hoc falsum esset, falsum etiam esset alterum pronuntiatum, aut omne animal esse substantiã, aut omnẽ hominem esse animal: cum autẽ utrumq; sumptũ sit uerũ, fieret simul omne animal esse substantiam, & nõ omne esse substantiam; aut omnem hominem esse animal, & non omnem esse animal. Itaque in ea argumentatione a significat duas sumptiones, & b conclusionem.* 8 *Eadem est ratio in negantibus ratiocinationibus; nec enim in ipsis licet ex ueris sumptionibus falsam colligere conclusionẽ.* 9 *At uerò ex falsis sumptionibus licet colligere uerã cõclusionẽ, siue ambæ sumãtur falsæ, siue una uera, & altera falsa; non tamen utrauis falsa, aut quouis modo falsa sumatur. Nam si propositio sit uera, & assumptio tota & omnino falsa, potest colligi uera conclusio: si uerò contrà propositio tota sit falsa, & assumptio uera, non item; si autem sumatur ex parte falsa, utrauis sit falsa. potest sequi uera conclusio. Dicitur uerò pronuntiatum totum, & omnino falsum, cuius contrarium est uerum, ut omnis homo est lapis; nam uerum est contrarium, nullus homo est lapis; falsum ex parte, cuius particulare est uerum: ut omnis homo est albus, uerum enim est particulare,*

A. substãtia. B. animal. C. homo.

Cap. 25. 26.

Universidad de Deusto
Biblioteca

De prima figura.

A. maius extremum. B. medium. C. minus extremum.

10 Esto enim vt a toti c conueniat, nulli verò b, neq; b vlli c: fieri autem hoc potest, vt verbi causa, nulli lapidi ineſt animal, nec lapis vlli homini. 11 Si igitur ſumatur omne b eſſe a, & omne c eſſe b, omne c erit a. Quare ex vtriſque falſis vera ſequitur concluſio. Omnis enim homo animal. 12 Eadem ratione negans cõcluſio. Eſto enim vt nulli c conueniat a, nec b, atq; a omni b cõueniat. Vt ſi ſumptis eiſdem terminis mediũ ponatur homo. Nullus enim lapis eſt animal, nec homo, omnis autem homo eſt animal. 13 Itaque ſi cui omni conuenit, ſumamus nulli conuenire, & cui non conuenit, omni cõuenire, ex vtriſque falſis omnino, vera erit concluſio. 14 Eadem ratione monſtrabitur, ſi vtrumque pronũtiatum ſumatur ex parte falſum. 15 Si verò alterum tantũ falſum ponatur, ſi quidẽ primũ fuerit totũ falſum, vtpote a b, nõ erit vera concluſio: ſi autem alterum b c, erit vera. Appello autem totum falſum contrarium vero, vt ſi quod nulli conuenit, omni conuenire ſumatur; aut ſi quod omni conuenit, ſumatur nulli conuenire.

ticulare, quidam homo eſt albus. 10 Itaq; in prima figura uarijs modis ex falſis uerum concludi poteſt, quos omnes modos tribus præceptis poſſumus cõprehendere. Primũ præceptũ eſt, in modis uniuerſis ex ambabus ſumptionibus omnino, aut in parte falſis poteſt ſequi uera concluſio. Quod fiet in modo affirmante, ſi maius extremum conueniat quidem omni minori extremo, nulli uerò conueniat medio, nec medium ulli minori. Vt ſunt animal, lapis, homo. 11 Vt omnis lapis eſt animal, omnis homo eſt lapis, igitur omnis homo eſt animal. 12 Eodem modo in negante, ſi maius extremum omni conueniat medio, minori uerò extremo nec maius, nec mediũ conueniant. Vt ſi ſumptis eiſdem terminis Medium ponatur homo. 13 Si ergo contrario modo coniungantur, quàm inter ſe ſunt affecti, ex utriſq; omnino falſis uera ſequetur concluſio. Vt nullus homo eſt animal, omnis lapis eſt homo, igitur nullus lapis eſt animal. 14 Sequitur etiam concluſio uera ex ambabus ſumptionibus ex parte falſis, ut omne album eſt animal, omnis homo eſt albus, igitur omnis homo eſt animal. 15 Secundum præceptum pertinet etiam ad modos uniuerſos, ſi altera tantùm ſumptio falſa ſumatur, ſi quidem propoſitio ſit omnino falſa, & aſſumptio uera, non poteſt colligi uera concluſio. ſi autem aſſumptio ſit falſa, aut tota, aut in parte, & propoſitio uera, poterit ſequi uera concluſio. Eſt autem pronuntiatum totum falſum, ut paulò

Primũ præceptum.

Barbara. Celarent.

Secundum præceptum.

16 Esto enim vt a nulli b conueniat, b verò conueniat omni c: ſi igitur pronũtiatum b c verum ſumamus, alterũ autem a b falſum, atque omne b eſſe a, fieri non poteſt vt vera ſit concluſio. 17 Nullum enim c erat a, ſi quidem nullum b erat a, & omne c erat b. 18 Simili ratione nec vera erit concluſio, ſi reuera omne b eſt a, & omne c eſt b, ſumatur autem b c pronuntiatum verum, alterum a b falſum totum, atque nullũ b eſſe a, falſa enim erit cõcluſio. 19 Nam omne c erit a, ſi quidẽ omne b erat a, & omne c erat b. Perſpicuum igitur eſt ſi primum pronuntiatum totum ſumatur falſum, ſiue affirmãs, ſiue negans, alterum autem verum, nõ effici veram concluſionem.

paulò antè diximus, cuius contrarium eſt uerum. 16 Habet ergo hoc præceptũ quatuor partes, quarum prima eſt, ſi propoſitio ſit tota falſa, & aſſumptio uera, non poteſt ſequi uera concluſio. Exempli cauſa, ſi ſit uerum hoc pronuntiatũ, nullum b eſt a, & hoc alterum, omne c eſt b, ſumamus autem contrariũ prioris, quod eſt totum falſum, & ita ratiocinemur, omne b eſt a, & omne c eſt b, non poteſt ex his uera eſſe concluſio, omne c eſt a. 17 Ratio eſt, quia ſumpta contraria, quæ erat uera, nullum b eſt a, & eadem aſſumptione uera, omne c eſt b, ſequetur uera concluſio, nullum c eſt a, nõ igitur potuit illa eſſe uera, omne c eſt a, quæ eſt huius cõtraria. Sed id apertè cernere licet in hoc exemplo, omne animal eſt lapis, omnis homo eſt animal, non poteſt eſſe uera concluſio, omnis homo eſt lapis. 18 Similis eſt ratio in negante ratiocinatione. Nam ſi uera ſunt hæc duo pronuntiata, omne animal eſt ſubſtãtia, & omnis homo eſt animal, atq; ſumamus contrarium prioris totum falſum, nullum animal eſt ſubſtantia, & alterum uerum, omnis homo eſt animal, non poteſt ſequi uera concluſio, nullus homo eſt ſubſtantia. 19 Nam ſumpta cõtraria propoſitione uera, omne animal eſt ſubſtantia, cum eadem aſſumptione uera, omnis homo eſt animal, ſequitur neceſſariò uera concluſio, omnis homo eſt ſubſtantia. Quare non potuit illa eſſe uera, nullus homo eſt ſubſtantia. Neque ex propoſitione tota falſa, & aſſumptione ex parte falſa, poteſt ſequi uera cõcluſio; ut in hac ratiocinatione, omne animal eſt lapis, omne album eſt animal, nõ poteſt eſſe uera cõcluſio, omne album eſt lapis. Nam ſi propoſitio eſt tota falſa, contraria erit uera, nullum animal eſt lapis; & ſi aſſumptio eſt in parte falſa, eius particularis erit uera, aliquod album eſt animal; at ex his duabus ueris nullũ animal eſt lapis, aliquod album eſt animal, ſequitur neceſſariò concluſio uera, aliquod album non eſt lapis: igitur non potuit illa eſſe uera, omne album eſt lapis, quæ eſt huius contradicẽs.

A. ſubſtãtia. B. animal. C. homo.

Hoc præceptum nõ eſt Ariſt. ſed interpretum.

20 Secun-

20 Quod si non totum falsum sumatur, vera erit conclusio. Nam si reuera a conuenit omni c, & tantùm alicui b, ipsum autem b omni c. Vt animal omni cygno, & alicui tãtùm albo, albũ aũt omni cygno, si sumatur omne b esse a, atque omne c esse b, reuera omne c erit a, omnis enim cygnus animal. 21 Eadem est ratio si negans sit pronuntiatum a b. Fieri enim potest, vt a alicui tantũ b conueniat, nulli verò c, b autem omni c. Vt animal alicui albo, nulli verò niui, album autem omni niui. Si igitur sumatur nullum b esse a, & omne c esse b, nullum c erit a. 22 Si verò pronuntiatum a b totum sumatur verum, alterum b c totum falsum, erit conclusio vera, nihil enim prohibet ipsum a omni b, ac omni c conuenire, b verò nulli c. Vt quæcunque species eiusdem generis, quarũ alię sub alijs non continẽtur. Animal enim omni equo, & homini conuenit, equus autem nulli homini. Igitur si sumatur omne b esse a, & omne c esse b, vera erit cũclusio, cùm sit falsum pronuntiatum b c. 23 Hoc idem fiet si negans sit pronuntiatum a b; fieri enim potest, vt a nulli b, nec vlli c conueniat, neque b vlli c, vt se habet genus alterũ ad formas alterius generis. Nam ani

Secũda pars secũdi præcepti. Barbara.

Celarent.

Tertia pars. Barbara.

Celarent.

20 Secunda pars est, si propositio sit in parte falsa, & assumptio uera, poterit sequi uera conclusio. Quod fiet in modo uniuerso affirmante, si maius extremum reuera conueniat omni minori, & alicui tantùm medio, ipsum autem mediũ toti minori extremo. Exempli causa, omne album est animal, omnis cygnus est albus, igitur omnis cygnus est animal. 21 Simili ratione in negante uniuerso, si sumantur termini, ubi maius extremum alicui tantùm conueniat medio, & nulli minori, medium autem toti minori extremo. Vt nullum albũ est animal, omnis nix est alba, ergo nulla nix est animal. 22 Tertia pars secundi præcepti est. Si propositio sit uera, & assumptio tota falsa, potest sequi uera conclusio. Quod fit in modo uniuerso affirmante, si sumantur termini, ubi maius extremum conueniat toti medio, & toti minori extremo, medium autem nulli minori extremo. Quod accidit in formis eiusdem generis, quarum aliæ sub alijs non continentur: si quidem genus sumatur maius extremum, una species medium, & altera minus extremum. Vt omnis equus est animal, omnis homo est equus, ergo omnis homo est animal. 23 Idem fit in modo negante: si sumãtur termini, in quibus maius extremum nec medio, nec minori extremo ullo modo conueniat, nec mediũ minori, quod accidit si sumatur pro maiori extremo genus aliquod, pro Medio, & minore

mal nec musicæ, nec medicinæ conuenit, nec musica medicinæ. Si igitur sumatur nullũ b esse a, & omne c esse b, vera erit cõclusio. 24 Atque si non sit omnino falsum pronuntiatum b c, sed in parte, sic etiam vera erit conclusio: nihil enim prohibet ipsum a toti b & c conuenire, b autem alicui tantùm c; vt genus ipsi speciei, & differentiæ. Nam animal omni homini, & omni terrestri conuenit, homo verò alicui terrestri, nec tamen omni. Si ergo sumatur omne b esse a, & omne c esse b, omne c erit a, quod verum est. 25 Idem fiet si negans sit pronuntiatum a b: fieri enim potest vt a nulli b, nec vlli c conueniat, b autem alicui tantùm c, vt se habet genus ad speciem, & differentiam alterius generis. Nam animal nec vlli prudentiæ conuenit, nec contemplatrici, prudentia verò alicui tantùm cõtemplatrici. Si igitur sumatur nullum b esse a, & omne c esse b, nullum c erit a; hoc autem verum erat. 26 In particularibus autem ratiocinationibus accidit veram esse conclusionem, & si primum pronuntiatum sit totum falsum, & alterum verũ, atq; si pronuntiatum a b sit in parte falsum; alterum b c omnino verum, tum etiam si a b sit verum, alterum verò in parte falsum, ac

Quarta pars. Barbara.

Celarent.

Tertiũ præceptum.

minore extremo duæ species alterius generis. Vt nulla musica est animal, omnis medicina est musica, ergo nulla medicina est animal. 24 Quarta pars, sequetur etiam uera conclusio, si assumptio non omnino, sed in parte sit falsa. Quod fiet in modo affirmante, si sumantur termini, in quibus maius extremũ toti medio, & minori extremo conueniat, medium autem alicui tantùm minori extremo. Id uerò accidet, si maius extremũ sit genus aliquod, mediũ eius species, minus extremum differentia eiusdem generis, quæ sit communior specie. Vt omnis homo est animal, omne terrestre est homo, ergo omne terrestre est animal. 25 Idẽ accidet in modo negante, si sumantur termini, in quibus maius extremum, nec ulli medio, nec minori extremo conueniat, medium autem alicui tantùm minori extremo. Quod fiet, si maius extremum sit genus aliquod, medium & minus extremum species, & differentia alterius generis, ita ut species sit medium, & differentia communior specie sit minus extremum. Vt nulla prudentia est animal, omnis contemplatrix scientia est prudentia, ergo nulla contemplatrix scientia est animal. 26 Tertium præceptum pertinet ad ratiocinationes particulares, in quibus siue propositio sit omnino falsa, siue in parte, & assumptio uera, siue propositio uera, & assumptio falsa, siue ambæ sint falsæ, potest colligi conclusio uera, habetq;

Universidad de Deusto
Biblioteca

demum si ambo sint falsa. 27 Nihil enim prohibet a nulli b, & alicui c conuenire, b verò alicui c cõuenire. Quemadmodũ animal nulli niui, alicui verò albo conuenit, & nix alicui albo. Si igitur medium ponatur nix, primum extremum animal, atque sumatur omne b esse a, & aliquod c esse b, pronuntiatum quidem a b totum est falsum, alterum verò b c verum, & conclusio vera. 28 Hoc idem erit si negans sit pronuntiatum a b, fieri enim potest vt a omni quidem b conueniat, & alicui c non conueniat, b verò alicui c conueniat. Vt animal omni homini conuenit, alicui albo nõ conuenit, homo verò alicui albo conuenit. Itaque si medio collocato homine sumatur nullũ b esse a, & aliquod c esse b, vera erit conclusio, cùm falsum existat a b pronuntiatum. 29 Atq; si in parte sit falsum pronuntiatum a b, alterum b c sit verum, erit cõclusio vera: nihil enim prohibet a alicui tantùm b, & alicui c cõuenire, & b alicui c conuenire. Vt animal alicui pulchro, & alicui magno conuenit, atque pulchrum alicui magno. Si igitur sumatur omne b esse a, & aliquod c esse b, pronuntiatum quidem a b in parte falsum erit, alterum autẽ b c verum, atque conclusio vera. 30 Similiter etiam si negans sit pronũtiatum a b; ijdem enim terra, habetq; hoc præceptum quinq; partes. 27 *Prima igitur pars est, in modo*

Darij. *particulari affirmãte ex propositione tota falsa, & assũptione uera potest sequi uera conclusio, si sumantur termini, in quibus maius extremum nulli conueniat medio, alicui uerò minori extremo, & medium alicui minori. Vt si maius extremum sit animal, medium nix, minus album. Omnis nix est animal, aliquod album*

Ferio. *est nix, ergo aliquod album est animal.* 28 *Idem accidet in modo negãte, si sumantur termini, in quibus maius extremum cõueniat omni medio, & alicui minori non conueniat, medium autem alicui minori conueniat. Vt si maius extremum sumatur animal, medium homo, minus album. Nullus homo est animal, aliquod album est homo, ergo aliquod album non est animal.* 29 *Secũda pars est,*

Secunda pars, tertij præcepti. Darij. *sequitur etiam conclusio uera, si propositio sit in parte falsa, & assumptio uera. Quod fiet in modo affirmante, si sumantur termini in quibus maius extremũ alicui tantùm conueniat medio, non autem omni, & alicui minori extremo, & medium alicui minori. Vt si maius extremum sit animal, medium pulchrum, minus extremum magnum. Omne pulchrum est animal, aliquod magnum est pul-*

Ferio. *chrum, ergo aliquod magnum est animal.* 30 *Idem omnino fiet in modo negãte, quod per eosdem terminos probari potest. Nullum pulchrum est animal, aliquod*

mini, atque eodem modo dispositi accommodati erunt ad probationem. 31 Rursus si pronuntiatum a b sit verum, alterum b c falsum, vera erit conclusio: nihil enim prohibet a toti b, & alicui c conuenire, b verò nulli c conuenire. Vt animal conuenit omni cygno, & alicui nigro, cygnus autem nulli nigro. Quare si sumatur omne b esse a, & aliquod c esse b, vera erit conclusio, cùm sit falsum b c pronuntiatum. 32 Idem etiam fiet si negans sumatur a b pronuntiatum: fieri enim potest vt a nulli b conueniat, & alicui c non conueniat, b verò nulli c. Vt se habet genus ad formam alterius generis, & ad accidens suarum formarum. Nam animal nulli numero conuenit, alicui verò albo non conuenit, atque numerus nulli albo. Si igitur medium collocetur numerus, atque sumatur nullum b esse a, & aliquod c esse b, aliquod c non erit a, quod est verum, atque pronuntiatum quidem a b verum, alterũ verò b c falsum. 33 Atque si in parte sit falsum pronuntiatum a b, falsum etiam alterum b c, erit conclusio vera. Nihil enim prohibet a alicui tantùm b, & alicui c conuenire, b verò nulli c, vt si b contrarium sit ipsi c, ambo verò accidant eidem generi. Nam

quod magnum est pulchrum, igitur aliquod magnum non est animal. 31 *Ter-* Tertia pars. *tia pars, si propositio sit uera, & assumptio falsa, potest colligi uera conclusio.*

Quod fiet in modo affirmante, si sumantur termini, in quibus maius extremum Darij. *cõueniat toti medio, & alicui minori extremo, medium autem nulli minori extremo. Vt si maius extremum sit animal, medium cygnus, minus extremũ nigrũ. Omnis cygnus est animal, aliquod nigrum est cygnus, ergo aliquod nigrũ est animal.* 32 *Colligetur etiã uera conclusio in modo negante, si sumantur termini,* Ferio. *in quibus maius extremum nulli medio conueniat, alicui uerò minori extremo non coueniat, & medium nulli minori. Quod fiet si maius extremum ponatur genus aliquod, medium species alterius generis, minus extremum aliquod accidẽs cõmune suarum formarum, quod nullo modo posit in medio inesse. Vt si maius extremum sit animal, mediũ numerus, minus album. Nullus numerus est animal, aliquod album est numerus, ergo aliquod album non est animal. Hic propositio est uera, assumptio falsa, & conclusio uera.* 33 *Quarta pars, si sumatur propo-* Quarta pars. *sitio in parte falsa, & assumptio item falsa, poterit sequi conclusio uera. Quod* Darij. *fiet in modo affirmante, si sumantur termini, ubi maius extremum alicui medio tantùm, & alicui minori conueniat, & medium nulli minori. Hoc autem erit, si medium, & minus extremum sint contraria, & maius extremum genus, cui acci-*

animal alicui albo,& alicui nigro conuenit,album autem nulli nigro cõuenit.Si igitur sumatur omne b esse a, & aliquod c esse b, vera erit conclusio. 34 Eadem est etiam ratio si negans sumatur pronuntiatum a b: ijdem enim termini,atque eodem modo dispo nentur ad probationem. 35 Atque etiam si ambo pronũtiata sint falsa, erit conclusio vera.Feri enim potest vt a nulli b conueniat, alicui verò c conueniat,b verò nulli c. Vt se habet genus ad formam alterius generis,atque ad accidens suarum formarum. Nam animal nulli numero, alicui verò albo conuenit, & numerus nulli albo.Si igitur sumatur omne b esse a,& aliquod c esse b, conclu sio quidem erit vera,pronuntiata verò ambo falsa. 36 Hoc idem fiet si negans sit a b pronuntiatum:nihil enim prohibet,vt a omni quidem b conueniat,& alicui c non conueniat, atque b nulli c conueniat. Vt animal omni cygno conuenit,alicui verò nigro nõ cõuenit,cygnus autem nulli nigro cõuenit.Quare si sumatur nullum b esse a,& aliquod c esse b,aliquod c non erit a. Conclusio igitur vera est,& pronuntiata falsa.

dant ambo illa contraria. Vt si maius extremum sit animal,medium album, minus extremum nigrum. Omne album est animal,aliquod nigrum est album, ergo aliquod nigrum est animal. 34 *Idem etiã fiet in modo negante, quod per eosdẽ terminos probari potest. Nullum album est animal,aliquod nigrum est albũ, ergo aliquod nigrum nõ est animal.* 35 *Quinta pars,si propositio sit omnino falsa,& assumptio item falsa, potest sequi conclusio uera. Quod fiet in modo affirmante,si sumantur termini,in quibus maius extremum nulli medio cõueniat,& alicui minori extremo conueniat,medium autem nulli minori. Id autem accidet si maius extremum sumatur genus aliquod, medium species alterius generis, minus extremum aliquod accidens commune suarum formarum, cui nullo modo possit mediũ conuenire. Vt si maius extremum sit animal,medium numerus, minus extremum album. Omnis numerus est animal,aliquod album est numerus, ergo aliquod album est animal.* 36 *Idem etiam accidet in modo negante, si sumantur termini,in quibus maius extremum omni medio cõueniat,& alicui minori extremo nõ cõueniat,mediũ aũt nulli minori. Vt si maius extremũ sit animal,medium cygnus,minus extremũ nigrum. Nullus cygnus est animal, aliquod nigrum est cygnus,ergo aliquod nigrum non est animal.*

Ferio.

Quinta pars. Darij.

Ferio.

Scholium

Scholium in cap. 2.

20 *NAm si reuera a conuenit omni c, & tantùm alicui b, &c.) Vt sumat Arist. propositionem vniuersam affirmantem in parte falsam, vt omne b est a, sumit prius ex hypothesi a alicui b conuenire; quæ quidem hypothesis sic est accipiẽda vt a cõueniat alicui b, non tamen omni b: quemadmodum animal conuenit quidem alicui albo, non tamen omni albo; propterea hæc est in parte falsa, omne album est animal. Alioquin si ita conueniret a alicui b, vt etiam conueniret omni b, vt animal alicui homini, & omni homini, non esset hæc in parte falsa, omne b est a, sed omnino vera. Propterea vt hanc ambiguitatem tollerem ex verbis Aristotelis, vbicũq; sumit ipse Aris. huiusmodi hypotheses, addo aduerbiũ tãtùm, vt hoc loco, si a cõuenit tantũ alicui b, & paulò post animal alicui tantùm albo, & in ijs, quæ secuntur hoc eodem capite, & sequentibus sæpe, quod aduerbium tantùm, non significat ita animal conuenire alicui albo, vt nulli alteri rei conueniat, sed ita conuenire alicui albo, vt non conueniat omni albo.*

Quod ex falsis verum concludatur in secunda figura. CAP. 3.

ARGVMENTVM.

IN secunda figura vnum est generale præceptum, semper ex falsis sequi posse veram conclusionem, siue ambo pronuntiata sint falsa omninò, aut in parte: siue vnũ verum, & alterum falsum.

1 IN media verò figura omni modo licet ex falsis verũ concludere, siue ambo pronuntiata sumantur omnino falsa, 2 siue alterutrum in parte, 3 siue alterum verum, alte

1 *IN secunda figura licet etiam ex falsis ueram colligere cõclusionem, ubi unũ est generale præceptum: quocunq; modo sumantur falsa pronuntiata, semper sequi potest uera conclusio. Primùm quidẽ ex utrisq; omnino falsis.* 2 *Deinde ex utrisq; quidem falsis, altero omnino, altero in parte, utrumuis illud sit ex parte falsum.* 3 *Tum ex uno uero, & altero toto falso, utrumuis sit falsum, seu*

Universidad de Deusto
Biblioteca

rum falsum omnino, vtrumuis falsum ponatur. 4 Atque si ambo falsa ex parte. 5 Et si alterum simpliciter verum, alterum in parte falsum. 6 Tum etiam si alterum totum & omnino falsum, alterũ in parte verum. 7 Atq; tam in vniuersis, quàm in particularibus ratiocinationibus. 8 Si enim a nulli b cõuenit, omni verò c; vt animal nulli quidem lapidi conuenit, omni verò homini, si contraria ratione collocẽtur pronuntiata, atque sumatur omne b esse a, & nullum b esse a, ex pronuntiatis omnino falsis vera erit cõclusio. 9 Idem fiet si a conuenit quidem omni b, nulli verò c: eadẽ enim erit ratiocinatio. 10 Rursus si alterum quidem sit totũ falsum, alterũ totũ verum, nihil enim prohibet a & omni b, & omni c conuenire, b autem nulli c; vt se habet genus ad species: quarũ altera sub altera non continetur. Nam animal omni equo, & omni homini conuenit, & nullus homo est equus. Si igitur sumatur animal alteri omni, & alteri nulli conuenire, alterum quidem pronun

A. medium.
B. maius extremum.
C. minus extremum.

propositio, seu assumptio. 4 Tum etiam si ambo sumantur ex parte falsa. 5 Præterea si alterum sumatur simpliciter, & omnino uerum, quale est uniuersum uerum, alterum in parte falsum. 6 Tum contrà, si alterum sit totum & omnino falsum, alterum in parte uerum, quale est particulare, quod tantùm est uerũ in quibusdam, non in omnibus, ita ut subcõtrarium sit etiam uerum, ut quidam homo est albus. 7 Deniq; ut uno uerbo finiam, tam in uniuersis, quàm particularibus ratiocinationibus licet ex falsis uerũ concludere. Quod generale præceptum per partes explicare oportet in singulis modis. 8 Primum quidem in modis uniuersis, ubi prima pars præcepti est, si sumantur eiusmodi termini, in quibus mediũ nulli cõueniat maiori extremo, & omni cõueniat minori, si quidem contrario modo sumantur pronũtiata, scilicet ut propositio sit affirmãs, & assumptio negans, ex ambabus omnino falsis sequetur uera conclusio in secundo modo, quales termini sunt animal, lapis, homo; ut omnis lapis est animal, nullus homo est animal, ergo nullus homo est lapis. 9 Quòd si medium omni conueniat maiori extremo, nulli verò minori, atq; contrario modo ponantur pronuntiata, sequetur uera conclusio ex utrisq; omnino falsis in primo modo, quod in eisdem terminis cerni licet, ut nullus homo est animal, omnis lapis est animal, ergo nullus lapis est homo. Quæ ratiocinatio eadem ferè est cum superiore, cùm constet eisdem terminis. 10 Secunda pars præcepti est, ex altero pronuntiato omnino falso, & altero toto uero, sequitur etiam conclusio uera, si sumantur termini, in quibus medium conueniat omnino utriq; extremo, alterum autem ex tre=

Prima pars generalis præcepti.
Camestres.
Cesare.
Secũda pars

tiatum erit totum falsum, alterum totum verum, & conclusio vera, vtrũuis eorum ponatur negans. 11 Atque si vnum sit ex parte falsum, alterum totum verum, fieri enim potest vt a alicui tantùm b conueniat, atque omni c, b autem nulli c: vt animal alicui tantũ albo conuenit, omni verò coruo, & album nulli coruo. Si igitur sumatur nullum b esse a, & omne c esse a, pronũtiatum quidẽ a b, in parte falsum est, alterum verò a c totum verũ, & cõclusio vera. 12 Et transmutato negante eodem modo: nam per eosdem terminos fiet demonstratio. 13 Etsi affirmans pronuntiatum sit in parte falsum, negans omnino verum: nihil enim prohibet a alicui tãtum b conuenire, atq; nulli c conuenire, & b nulli c; vt animal, alicui tãtùm albo, & nulli pici cõuenit, atq; albũ nulli pici. Quare si sumatur omne b esse a, & nullũ c esse a, pronũtiatũ quidẽ a b in parte falsum est, alterũ verò a c omnino verũ, & cõclusio vera. 14 Atq; si ambo pronũtiata sint in parte falsa, erit conclusio vera: fieri enim potest vt a alicui tãtùm b, & alicui c conueniat, b verò nulli c: vt animal & alicui albo, & alicui nigro, albũ aũt nulli nigro. Si igitur sumatur omne b esse a, & nullum b esse a, ambo quidẽ

extremum alteri nullo modo conueniat; ut se habet genus ad suas formas, quarũ una sub altera non continetur; ut animal ad equum, & hominẽ. Vt nullus equus est animal, omnis homo est animal, ergo nullus homo est equus. Ex eisdem terminis fiet in secundo modo. 11 Tertia pars præcepti, si alterum pronũtiatum sit in parte falsum, alteram omnino uerum, sequitur etiam conclusio uera. Quod fiet si sumantur termini, in quibus medium conueniat alicui tantùm maiori extremo, & toti minori, maius autem extremum nulli minori: quales sunt animal, album, coruus: ut nullum album est animal, omnis coruus est animal, ergo nullus coruus est albus. 12 Ex eisdem terminis fiet in secundo modo, si transmutentur sumptiones. Vt omnis coruus est animal, nullum album est animal, ergo nullum album, est coruus. 13 Quarta pars, si pronuntiatum affirmans sit in parte falsum, & negans omnino uerum, poterit sequi uera conclusio, si sumantur termini, in quibus medium alicui tantùm conueniat maiori, & nulli minori extremo; maius autem extremum nulli minori, quales sunt animal, album, pix. Vt omne album est animal, nulla pix est animal, ergo nulla pix est alba. Ex eisdem terminis fiet in secundo modo transmutatis sumptionibus. 14 Quinta pars, si sumantur ambo pronuntiata in parte falsa, poterit sequi conclusio uera. Quod

Cesare.
Camestres.
Tertia pars.
Cesare.
Camestres.
Quarta pars
Cesare.
Quinta pars

fiet,

Universidad de Deusto
Biblioteca

pronuntiata erunt in parte falsa, & cõclusio vera. 15 Idem etiam fiet transmutato negante per eosdem terminos. 16 Perspicuum autem est hoc idem etiam fieri in particularibus ratiocinationibus. Nihil enim prohibet a omni quidem b, alicui verò tantùm c cõuenire, atque b alicui c non cõuenire: vt animal omni quidem homini, albo verò tantùm alicui, homo autem alicui albo non inerit. Si igitur sumatur nullum b esse a, aliquod verò c esse a, pronuntiatum quidem vniuersum totum erit falsum, particulare autẽ verum, & conclusio vera. 17 Idem fiet si pronuntiatum a b sumatur affirmans: fieri enim potest, vt a nulli b conueniat, alicui verò c non conueniat, atque b alicui c non conueniat: vt animal nulli inanimato conuenit, & alicui albo non conuenit, atque inanimatũ alicui albo non conueniet. Si igitur ponatur omne b esse a, & aliquod c non esse a, pronuntiatum quidem a b vniuersum totum erit falsum, alterũ verò a c verum, atq; conclusio vera. 18 Atq; si vniuersum verum ponatur particulare verò falsum: nihil enim prohibet a nec vlli b, nec vlli c cõuenire, b verò alicui c nõ cõ-

fiet, si medium alicui tantùm maiori extremo conueniat, & alicui minori, & maius nulli minori, quales termini sunt animal, album, nigrum. Vt omne album est animal, nullum nigrum est animal, ergo nullum nigrum est album. Camestres. 15 *Ex eisdem terminis fiet eodem modo ratiocinatio in primo modo, transmutatis sumtionibus.* Sexta pars. 16 *Sexta pars est, in particularibus etiam ratiocinationibus, licet uerum concludere, tum ex utrisq; pronuntiatis falsis, tum ex altero falso. Ac primùm in tertio modo ex propositione tota falsa, & assumptione uera, si sumantur termini, in quibus medium conueniat toti maiori extremo, & alicui tantùm minori, & maius alicui minori, quales termini sunt animal, homo, album. Vt nullus homo est animal, aliquod album est animal, ergo aliquod album est homo.* Festino. 17 *Septima pars, in quarto modo ex propositione uniuersa affirmante omnino falsa, & assũptione particulari negãte uera, colligetur etiã cõclusio uera, si sumãtur termini, in quibus medium nulli conueniat maiori extremo, & alicui minori non conueniat, atque similiter maius extremum alicui minori non conueniat, quales termini sunt animal, inanimatum, album. Vt omne inanimatum est animal, aliquod album non est animal, ergo aliquod album non est inanimatum.* Septima pars. Baroco. 18 *Octaua pars, si uniuersum pronuntiatum sumatur uerum, & particulare falsum, poterit sequi uera cõclusio. Ac primùm quidem in tertio modo, ubi uniuersum est negans, si sumantur termini, in quibus medium nulli conueniat maiori extremo, nec ulli minori, & minus alicui minori non conueniat: quales*

Octaua pars. Festino.

uenire: vt animal nulli numero, nec vlli inanimato, & numerus alicui inanimato non conuenit. Si igitur ponatur nullum b esse a, & aliquod c esse a, conclusio quidẽ erit vera, atque vniuersum pronuntiatum verum, & particulare falsum. 19 Atque hoc idem fiet si vniuersum sumatur affirmãs, fieri enim potest vt a & ipsi b, & c toti conueniat, atq; b alicui c non cõueniat. Vt se habet genus ad speciem, & differentiam. Nam animal omni homini, & omni terrestri cõuenit; homo verò nõ omni terrestri. Quare si sumatur omne b esse a, & aliquod c non esse a, pronuntiatum quidem vniuersum erit verum, particulare falsum, atque conclusio vera. 20 Perspicuum verò est ex vtrisque etiam falsis fore veram conclusionem: siquidem fieri potest vt a toti b, & nulli c conueniat, atq; b alicui c non conueniat: si enim sumatur nullum b esse a, & aliquod c esse a, ambo quidem pronuntiata erunt falsa, & conclusio vera. 21 Similis erit ratio, si affirmans sit vniuersum pronuntiatum, particulare verò negans: fieri enim potest vt a omni quidem c conueniat, nulli verò b, & b alicui c non conueniat. Vt animal nulli quidem scientiæ, omni verò homini conuenit, scientia verò non omni homini. Si igitur sumatur omne b esse a, & aliquod c non esse a, pronuntiata quidem erunt falsa, & conclusio vera.

quales termini sunt animal, numerus, inanimatũ. Vt nullus numerus est animal, aliquod inanimatum est animal, ergo aliquod inanimatum non est numerus. 19 *Nona pars in quarto quoq; modo, si propositio, quæ est uniuersa affirmãs, sumatur uera sequetur uera conclusio. Quod fiet, si sumantur termini, in quibus medium conueniat toti maiori extremo, & toti minori, & maius alicui minori nõ cõueniat, quales termini sunt, si medium sit genus aliquod, maius extremum species eius generis, minus extremum differentia communior specie: ut animal, homo, terrestre. Vt omnis homo est animal, aliquod terrestre non est animal, ergo aliquod terrestre non est homo.* Nona pars. Baroco. 20 *Decima pars præcepti, ex utrisq; falsis pronuntiatis potest sequi uera conclusio. In tertio quidem modo, si sumantur termini, in quibus medium toti conueniat maiori extremo, & nulli minori, & maius minori non conueniat: & contrario modo sumantur penes affirmationem, & negationem. Vt nullus homo est animal, aliquod inanimatũ est animal, ergo aliquod inanimatum non est homo.* Decima pars. Festino. 21 *Vndecima, & postrema pars præcepti est, in quarto modo ex utrisq; falsis sequetur etiam uera conclusio. Quod fiet, si sumantur*

Vndecima pars. Baroco.

Universidad de Deusto
Biblioteca

mantur termini, in quibus medium nulli conueniat maiori extremo, & omni minori, maius autem minori non conueniat, quales termini sunt animal, scientia, homo. Vt omnis scientia est animal, aliquis homo nõ est animal, ergo aliquis homo non est scientia.

Scholia in cap. 3.

2 *Siue alterutrum in parte, &c.) Græca habent ἢ ἐπιτιθεμένας, id est, verbum pro verbo, & vtroque in parte falso. Quæ verba non possunt significare ambo pronuntiata esse in parte falsa: nam paulò inferiùs numero 4. id proponitur; atque si ambo falsa ex parte; sed declarant ea verba cùm vtrumque pronuntiatum sit falsum, posse vtrumuis sumi in parte falsum, vt sequatur vera conclusio. Propterea verti siue alterutrum; nam id interdum significat verbu Græcum ἑκάτερον. Tamen neq; Boëthus, nec Argyropylus hæc verba agnouerunt in suis versionibus, nec illa quæ habentur paulò inferiùs numero 6. Tum etiam si alterum totum & omnino falsum, alterum in parte verum, quæ lectio mihi magis probatur. Nam existimo has duas particulas contextus abundare. Apposui tamen eas in versione, quia reperiuntur in Græcis exemplaribus.*

20 *Siquidem fieri potest vt a toti b, & nulli c cõueniat, &c.) In omnibus Græcis codicibus, quos ego viderim legitur hic locus ad hũc modum ὥστερ ἐνδέχεται τὸ Α τῷ Β, τῷ τῷ ὅλῳ ὑπάρχειν id est, siquide fieri potest a & b, & c toti cõuenire. Sed haud dubiè mendosus est locus. Nã si a cõuenit toti c, non potest hoc pronũtiatum esse falsum, aliquod c est a, immo verò vniuersum esset verum, omne c est a. Quamquam Burana illud toti c cõuenire interpretetur negatè conuenire, sed violẽta est sanè interpretatio, nec ita solet hìc loqui Arist. Quapropter secutus sum eam lectionẽ, quæ habetur in versionibus Boëthi, & Argyropyli, quæ certè verissima est. Nam verisimile est vetera Græca exemplaria sic habuisse, ὥστερ ἐνδέχεται τὸ Α τῷ Β τῷ τῷ μὲν παντί, τῷδε μηδενὶ ὑπάρχειν, id est, si quidem fieri potest a & b, & c, alteri quidem omni, alteri verò nulli conuenire.*

Quòd

Quòd ex falsis verũ concludatur in tertia figura. Cap. 4.

ARGVMENTVM.

IN tertia figura vnum est etiam ganerale præceptum, omni modo ex falsis verum colligi. Tandem explicatur quoddam consectarium.

1 COlligetur etiam verum ex falsis in tertia figura, siue ambo pronuntiata sint tota falsa; siue vtrumque in parte falsum; siue alterum totum verum, alterum totum falsum; siue alterum in parte falsum, alterum totum verũ, siue contrà: atq; omnino quot modis aliter contingit commutare pronuntiata.

2 Nihil enim prohibet & a, & b nulli c couuenire: a verò alicui b conuenire. Quemadmodũ nec homo, nec terrestre vlli inanimato conueniunt: homo verò alicui terrestri cõuenit. Si igitur sumatur omne c esse a, & omne c esse b, pronuntiata quidẽ tota erunt falsa, conclusio autem vera. 3 Eodem modo fiet, si alterum pronuntiatum sit negans, alterum affirmans: fieri enim potest b quidẽ nulli c conuenire, a verò omni c, atque a alicui b non conuenire: vt nigrum nulli cygno, animal omni, atque animal nõ omni nigro. Quare si sumatur omne c esse b, nullum c esse a, aliquod b non erit a, vbi conclusio erit vera pronuntiata verò falsa.

A. maius ex tremum.
B. minus.
C. medium.

1 *IN tertia figura unum est etiam generale præceptum: in omnibus modis licere semper ex falsis uerum concludere, siue ambo pronuntiata sumantur omnino falsa siue ambo in parte falsa, siue alterũ totũ uerum, alterum totũ falsum, siue alterũ in parte falsum, alterũ totũ uerũ; siue contrà alterũ totũ falsum, alterũ in parte uerũ, quale est particulare uerũ: demũ quot modis cõtingit hoc modo cõmutare pronũtiata penes uerũ & falsum. Quod generale præceptũ per partes explicandum est, quemadmodũ in secunda figura.* 2 *Prima ergo pars præcepti est. In primo modo, ubi ambæ sumptiones sunt uniuersæ affirmãtes ex ambabus omnino falsis poterit sequi uera conclusio. Quod fiet, si sumantur termini, in quibus maius extremum, & minus nulli cõueniant medio, & maius alicui minori conueniat, cuiusmodi sunt homo, terrestre, inanimatum; ut omne inanimatum est homo, omne inanimatum est terrestre, ergo aliquod terrestre est homo.* 3 *Secunda pars. In secundo modo sequetur etiam ex utrisque omnino falsis uera conclusio, si sumantur termini, in quibus minus extremum nulli conueniat medio, maius autem omni medio conueniat, atque maius alicui minori*

Prima pars præcepti. Darapti.

Secũda pars Felapton.

Universidad de Deusto
Biblioteca

4 Atque si vtrunque sit in parte falsum, erit vera conclusio. Nihil enim prohibet a, & b alicui tãtùm c cõuenire, & a alicui b. Quẽadmodum album, & pulchrum alicui tantùm animali conueniunt, & album alicui pulchro. Si igitur sumatur omne c esse a, & omne c esse b, pronuntiata quidem erunt in parte falsa, & conclusio vera. 5 Similis erit ratio, si negans ponatur pronuntiatum a c: nihil enim prohibet a quidem alicui tantùm c non conuenire, b verò alicui conuenire, atque a alicui b non conuenire. Vt album alicui animali non conuenit, pulchrum verò alicui conuenit, atq; album non omni pulchro. Itaque si sumatur nullum c esse a, & omne c esse b, ambo pronuntiata erũt in parte falsa, & conclusio vera.

6 Eadem erit ratio, si alterum pronuntiatum sumatur totum falsum, alterum totum verum: fieri enim potest vt a, & b toti c conueniant, atque a alicui b non conueniat: vt animal, & album omni cygno cõueniunt; animal autem non omni albo. Positis igitur his terminis, si sumatur omne c esse b, & nullum c esse a, pronuntiatum quidem b c erit totum verum, alterum verò a c totum falsum, atque conclusio vera.

non conueniat, cuiusmodi sunt animal, nigrum, cygnus. Si ergo contrario modo
Tertia pars. *sumantur, nullus cygnus est animal, omnis cygnus est niger, aliquod nigrum non*
Darapti. *est animal: sumptiones sunt totæ falsæ, & conclusio uera.* 4 *Tertia pars, ex*
utrisque in parte falsis sequetur etiam uera conclusio in primo modo, si sumantur termini, in quibus maius extremum, & minus alicui tantùm medio conueniant, non omni: & maius alicui minori; cuiusmodi sunt album, pulchrum, animal; ut omne animal est album, omne animal est pulchrum, ergo aliquod pulchrũ
quarta pars *est album.* 5 *Quarta pars: eadem ratione fiet in secundo modo, si sumantur ter-*
Felapton. *mini, in quibus maius extremum alicui tantùm medio non conueniat, non tamẽ nulli, & minus alicui tantùm conueniat, & maius alicui minori non conueniat. Quod in eisdem terminis cernere licet. Vt nullum animal est album, omne animal est pulchrum, ergo aliquod pulchrum non est album.* 6 *Quinta pars, si su-*
quinta pars *matur alterum pronuntiatum totum falsum, alterum totum uerum, poterit se-*
Felapton. *qui conclusio uera. Ac primùm in secundo modo, si propositio uniuersa negans sumatur tota falsa, & assumptio uniuersa affirmans tota uera. Quod fiet si sumantur termini, in quibus maius extremum, & minus conueniant toti medio, & maius alicui minori non conueniat. Cuiusmodi sunt animal, album, cygnus: nullus cygnus est animal, omnis cygnus est albus, ergo aliquod album nõ est animal.* 7

7 Simili ratione si pronuntiatum b c sumatur falsum, alterũ a c verum: nam hi quidem termini ad probationem erunt accommodati, nigrum, inanimatum, cygnus. 8 Quin etiam si ambo pronũtiata sumantur affirmantia, idem fiet. Nihil enim prohibet b toti c conuenire, a verò nulli c, atque a alicui b cõuenire. Quemadmodum omni cygno conuenit animal, nulli verò cygno conuenit nigrum, atq; nigrum cõuenit alicui animali. Quare si sumatur omne c esse a, & esse b, pronuntiatum quidem b c totum erit verũ, alterum a c totum falsum, atq; conclusio vera. 9 Similis erit ratio si pronuntiatum a c sumatur verum. Nam ex eisdem terminis fiet demonstratio. 10 Rursum si alterum sit omnino verum, alterum in parte falsum: fieri enim potest vt b omni c cõueniat, a verò alicui tantùm c, atque a alicui b. Vt bipes quidem omni homini, pulchrum autem non omni, atque pulchrum alicui bipidi conuenit. Si igitur sumatur omne c esse a, & omne c esse b, pronũtiatum quidem b c totum erit verum, alterum a c in parte falsum, atque conclusio vera. 11 Eadem erit ratio si pronuntiatum a c sit totum verum, alterum b c in parte falsum: transmutatis enim

mal. 7 *Sexta, simili ratione fiet in eodẽ modo, si propositio sit uera, & assum-* Sexta pars.
ptio tota falsa. Termini accommodati sunt nigrum, inanimatum, cygnus: ut nul- Felapton.
lus cygnus est niger, omnis cygnus est inanimatus, ergo aliquod inanimatum nõ est nigrum. 8 *Septima pars, in primo quoq; modo, qui constat ex utrisq; pro-*
nuntiatis affirmantibus, ex propositione tota falsa, & assumptione uera seque- Septima.
tur uera conclusio. si sumantur termini, in quibus maius extremum nulli medio Darapti.
cõueniat, minus omni conueniat, & maius alicui minori; cuiusmodi sunt nigrũ, animal, cygnus: ut omnis cygnus est niger, omnis cygnus est animal, ergo aliquod animal est nigrum. 9 *Octaua, ex eisdem terminis erit propositio uera, & af-* Octaua.
sumptio falsa, si maius extremum, & minus commutentur. Vt omnis cygnus est Darapti.
animal, omnis cygnus est niger, ergo aliquod nigrum est animal. 10 *Nona pars,* Nona.
sequitur etiam uera conclusio, si alterum pronuntiatum sumatur omnino uerũ,
alterũ in parte falsum. Ac primùm in primo modo, si propositio sit in parte fal- Darapti.
sa, assumptio tota uera. Quod fiet si sumantur termini, in quibus maius extre-
mum alicui tantùm medio conueniat, non omni, minus extremum toti medio, &
maius alicui minori: cuiusmodi sunt pulchrum, bipes, homo: ut omnis homo est
pulcher, omnis homo est bipes, ergo aliquod bipes est pulchrũ. 11 *Decima pars,* Decima.
si propositio sit tota uera, & assumptio in parte falsa, sequetur etiam conclu- Darapti.

Universidad de Deusto
Biblioteca

terminis id probabitur. 12 Atque si alterum sit negans, alterum affirmans: siquidem fieri potest vt b toti c conueniat, a verò alicui tantùm c. Cùm igitur ita se habeant, non omni b conueniet a. si igitur sumatur omne c esse b, & nullum c esse a, pronuntiatum quidem negans erit in parte falsum, alterum autem totum verum, atque conclusio vera. 13 Rursum quia demonstratum est cùm a nulli conuenit c, & b alicui conuenit c, accidere vt a alicui b nõ conueniat: perspicuum est si pronuntiatum a c totum sit verum, alterum b c in parte falsum, colligi posse conclusionem veram. Si enim sumatur nullum c esse a, & omne c esse b; pronuntiatũ a c totum erit verum, alterum autem b c in parte falsum. 14 Cõstat etiam in ratiocinationibus particularibus omnino ex falsis verum concludi; ijdem enim termini accipiendi sunt, qui sumebãtur, cùm pronuntiata erant vniuersa: in affirmantibus quidem affirmãtes, in

Vndecima. Felapton.

sio uera, ut apparet in eisdem terminis si maius, & minus extremum transmutentur: Vt omnis homo est bipes, omnis homo est pulcher, ergo aliquod pulchrũ est bipes. 12 *Vndecima, in secundo modo, ubi propositio est uniuersa negans, ex propositione in parte falsa, & assumptione tota uera, sequetur etiam conclusio uera, si sumantur termini, in quibus maius extremum alicui tantùm medio conueniat, minus toti medio, & maius alicui minori non conueniat: quod per eosdem terminos probari potest: ut nullus homo est pulcher, omnis homo est bipes, aliquod bipes non est pulchrum.* 13 *Duodecima, in eodem modo ex propositione tota uera, & assumptione in parte falsa colligetur etiam conclusio uera. Quod ita fit manifestum; demonstratũ est in primo libro cum explicaremus tertiam figuram, atque sextum modum, ex propositione uniuersa negante, & assũptione particulari affirmante, sequi conclusionem particularem negantem, ita ut ueris existentibus sumptionibus, uera sit conclusio. Si igitur sumatur eadem propositio, & assumptio particularis affirmans fiat uniuersa, propositio erit tota uera, & assumptio in parte falsa (si particularis erat uera propter se, ita ut sub contraria esset etiam uera,) & colligetur eadem conclusio uera. Vt nullum album est nigrum, omne album est animal, ergo aliquod animal non est nigrum.* 14 *Tandem ultima pars præcepti hæc potest esse, in ratiocinationibus particularibus, ubi alterum pronuntiatum est particulare, eadem omnino ratione licet ex falsis uerum concludere, atque cum sumebantur ambo pronuntiata uniuersa: ijdem enim termini erunt accõmodati ad id demonstradũ: ut omne inanimatum est homo, aliquid inanimatum est terrestre, ergo aliquod terrestre est homo.*

Duodecima Felapton.

Decima tertia pars.

negantibus autem negantes. 15 Nam quod attinet ad expositionẽ terminorum, nihil refert quod nulli conuenit, sumere vniuersè cõ uenire: & quod alicui conueniebat sumere vniuersè. Eadem est in negantibus ratio. 16 Perspicuum igitur est cùm falsa sit conclusio, necessarium esse ea, ex quibus constat argumentatio falsa esse, aut omnia, aut aliqua: cùm autem est vera, nec aliquid, nec omnia vera sint necessarium esse: sed fieri posse, vt cùm nihil verũ sit eorum, quæ in ratiocinatione continentur, nihilominus conclusionẽ esse veram, non tamen ex necessitate. 17 Causa verò est, quoniã cùm duæ res ita sunt inter se affectæ, vt altera existente, sit necesse alteram esse: hac quidem non existente, neque altera erit, hac verò existente, non est necesse alteram esse. 18 Eadem autem existente, & non existente, fieri non potest vt idẽ sit necessario. Quod dico

est homo. 15 *Nam ad expositionem terminorũ, ut ex falsis uerum colligatur, nihil refert cùm attributum nulli conueniat subiecto, sumere omni conuenire, ut efficiatur uniuersa affirmans tota falsa; & cùm attributum alicui tantùm conueniat subiecto, sumere quoque omni conuenire, ut efficiatur uniuersa affirmans in parte falsa. Quòd si bi termini uniuersè sumi possint, ijdem poterunt in parte sumi ad colligendam eandem ueram conclusionem, quandoquidem in tertia figura semper conclusio est particularis, siue ambo pronuntiata sint uniuersa, siue alterum particulare. Eadem est ratio in negantibus ratiocinationibus: nam qui termini sumuntur in uniuersis pronuntiatis, ubi alterũ est negans, ijdem sumi poterunt in particularibus.* 16 *Ex hac tota disputatione colligitur hoc cõsectarium. Falsa conclusio necessariò colligi debet ex falso antecedẽte, ita ut aut ambo pronuntiata sint falsa, aut saltem alterum: uera autem conclusio non est necesse ex uero colligatur antecedente, potest enim colligi ex falso, etiam si omnia pronuntiata sint falsa: non tamen necessariò ex falso; nam potest etiam colligi ex uero.* 17 *Cuius rei hæc est causa, cùm aliquæ duæ res ita sint affectæ inter se, ut si altera sit, necesse sit alteram esse; hoc est, si una sit antecedens, altera necessariò sit consequens: si non est consequens, debet auferri antecedens, posita uero re consequente, non est necesse ponatur antecedens. Cum igitur uerum sit esse, falsum non esse, si ipsum consequens sit falsum, quod est non esse, debet antecedens esse falsum, id est, non esse: si autem consequens sit uerum, quod est esse, non est necesse antecedens sit uerum, quia si est consequens, non est necesse sit antecedens.* 18 *Superest tamen probetur ultima pars consectarij, atq; eius reddatur causa, uerum non sequi necessariò ex falsis.*

Cõsectarium.

Probatur cõsectarium.

5. Metaphy. cap. 7.

Cuius

Universidad de Deusto
Biblioteca

tale est, si a est album, ex necessitate b esse magnum: & si a nõ est album, ex necessitate quoque b non esse magnũ. 19 Cùm enim si hoc sit album, nempe a, necesse est illud esse magnum, nempe b: si verò b est magnum, necesse est c non esse album, necessariũ est si a est album, c non esse album. 20 Et cùm ex duobus propositis, si vnum sit, necesse est alterum esse; si hoc non sit, necesse est primũ non esse. 21 Sanè si b non est magnum, non potest fieri, vt a sit album. Si verò cùm a non est album, necesse est b magnum esse, consequitur ex necessitate cùm b non sit magnum, ipsum b magnum esse, quod fieri non potest. 22 Si enim b nõ est magnum, ex necessitate a non erit album: si igitur cùm a non sit albũ, b est magnũ, efficitur si b non est magnũ, esse magnũ, tanquam per tria.

cuius hæc est ratio. Ex eodem antecedente posito, & sublato, hoc est, ex duobus contradicentibus non potest necessariò colligi idem consequens. Exempli causa si rectè sequitur a est album, ergo b est magnum: ex contradicente antecedentis, a non est album, non potest rectè sequi idem consequens, b est magnum. Fieret enim ex uno contradicente alterum sequi, atq; omnino idem simul esse, & non esse. 19 Quod demonstratur sumptis duabus hypothesibus, quarum prima est. Cùm ex aliquo antecedẽte sequitur consequens aliquod, & rursus ex illo cõsequente aliud consequens, ultimũ illud consequens sequitur etiam ex primo antecedente, ut si rectè sequitur a est albũ, ergo b est magnũ: rursus b est magnũ, ergo c non est albũ: sequetur etiam a est album, ergo c non est album. Quidquid enim sequitur ex consequente, sequitur ex antecedente. 20 Secunda hypothesis. Si duo aliqua ita sint affecta, ut si primum sit, necessariò sit secundum, si quidem secundum non est, necesse est auferatur primum. Hoc est si ex aliquo antecedente sequatur consequens, ex contradicente consequentis necessariò sequitur contradicens antecedentis. 21 Ex his igitur hypothesibus ita probatur quod sumptum est. Si rectè sequitur a est album, ergo b est magnum, sequetur etiam necessariò, b non est magnum, ergo a non est albũ, per secundam hypothesim: si igitur ex contradicente antecedentis sequitur idem consequens, b est magnum, efficietur necessariò, si b non est magnum, b esse magnum, quod nullo pacto fieri potest. 22 Quod autem hoc absurdum sequatur, ita demonstratur. Rectè sequitur per secundam hypothesim b nõ est magnum, ergo a non est album; si igitur rectè etiam sequitur a non est album, ergo b est magnũ, à primo ad ultimum sequetur, si b non est magnum, b esse magnum, per primam hypothesim. Quæ tota ratio hypothetica constat tribus pronũtiatis hypotheticis. Quare uerissimum est, quod sumptum fuit, ex duobus cõtradicentibus nõ sequi

Prima hypothesis, qd quid sequitur ex cõsequẽte, sequitur ex antecedente.

Secunda hypothesis, ex contradicẽte consequẽtis sequitur contradicẽs antecedẽtis.

sequi idem consequens. Ex hoc igitur probatur ultima pars consectarij, colligi quidem ueram conclusionem ex falsis, non tamen necessariò quemadmodum falsam: hoc est non esse necessarium, si consequens sit uerum, omne antecedẽs, unde sequitur esse falsum, si enim hoc esset, cùm sequatur etiam uerum ex uero, quia si antecedens est uerum, consequens debet esse uerum, oporteret idem antecedens, ex quo uerum sequitur, simul esse uerum, & falsum: ac proinde ex eodem posito, & sublato sequeretur idem consequens, quod iam est demonstratum fieri non posse.

Scholia in cap. 4.

7 *Nam hi quidem termini ad probationem, &c.)* Duo mẽda insunt in hoc loco in Græcis exemplaribus, & multis Latinis, vt constat ex interpretatione Boëthi. Vnum est, ὁι γὰρ ἄυτοὶ ὅροι πρὸς τὴν ἀπόδειξιν, id est, ijdem enim termini ad demonstrationem, quem locum mẽdosum esse facilè constat: quia non ijdem termini sumuntur in hoc Syllogismo, ac in eo, qui proximè antecedit. Existimo igitur sic scripsisse Arist. ὅτι μὲν γὰρ ὅροι πρὸς τὴν ἀπόδειξιν, id est, nã hi quidem termini ad demonstrationẽ, sic enim vertit Boëthus. Alterum est, quòd termini sic exponuntur, nigrum, cygnus, inanimatum; cùm ita potiùs sint exponẽdi, nigrum, inanimatum, cygnus. Nam cygnus, vt constat, est mediũ, vnde collocari debet tertio loco, vt in hac tertia figura fieri solet. Primum tantùm mendum obseruauit Burana.

15 *Nam quod attinet ad expositionem terminorum, nihil refert quod nulli conuenit, sumere vniuersè conuenire, & quod alicui conueniebat, sumere vniuersè, &c.)* Sic legitur hic locus in omnibus exemplaribus, tam Græcis, quàm Latinis: suspicor tamẽ corruptũ esse. Vult enim probare Aristoteles per eosdem terminos sequi veram conclusionem ex falsis sumptionibus, aut vtrisque, aut altera in Syllogismis particularibus, vbi vnum pronuntiatum est particulare, atq; in vniuersis, cùm ambo pronuntiata sunt vniuersa. Quæ quidem demonstratio in verbis propositis non apparet. Vnde in coniecturam adducor sic olim fuisse scriptum hunc locum ὃ δὲν γὰρ διαφέρει ὑπάρχοντος καθόλου λαβεῖν τινὶ ὑπάρχειν, καὶ ἅ τινι ὑπῆρχε, λαβεῖν καθόλου πρὸς τὴν τῶν ὅρων

ἔκθεσιν, id est. Nihil enim refert quod vniuersè conuenit, sumere alicui cõuenire, & si alicui conueniebat, sumere vniuersè ad terminorum expositionem. Quorum verborum hic erit sensus. Quod attinet ad terminorum expositionem, vt colligatur cõclusio in tertia figura, nihil refert siue è duobus pronuntiatis vniuersis vnum eorum efficias particulare, siue particulare efficias vniuersum; eadem enim colligetur cõclusio, cùm in hac figura perpetuò sit conclusio particularis. Nam siue sumas hoc modo, omnis coruus est albus, omnis coruus est animal, siue hoc altero, aliquis coruus est albus, omnis coruus est animal, semper sequitur eadem conclusio, aliquod animal est album. Vnde in vtroque modo, vt apparet per eosdẽ terminos, ex propositione falsa, & assumptione vera, sequitur eadem vera conclusio, cùm in altero ambo pronuntiata sint vniuersa; in altero vnum sit particulare. Hoc est quod Arist. nititur probare hoc loco. Non tamen ausus fui à cõmuni codicum consensu discedere, sed satis esse putaui hoc scholio meam indicare sententiam. Illud tamen obseruandum est, non omnibus rationibus, quibus ex falso sequitur verum, cùm ambo pronuntiata sunt vniuersa, sequi cùm alterum est particulare, per eosdẽ terminos. Nam in hoc Syllogismo omnis homo est albus, omnis homo est animal, ergo aliquod animal est album: sequitur conclusio vera ex propositione in parte falsa, & assumptione vera: si verò propositio fiat particularis, quidam homo est albus, est iam vera, vnde ex his terminis non potest colligi eadem vera conclusio ex falsa propositione, vt antea. Causa est quia nõ datur pronuntiatum particulare in parte falsum, quemadmodum vniuersum.

18 Eodem autem existente, & non existente, &c.) Putat Philoponus hoc loco demonstrare Aristotelem verum consequens neque necessariò sequi semper ex vero antecedente, neque semper ex falso, sed ex vtroq; colligi posse. Tamen illud nõ colligi necessariò ac semper ex vero antecedente, iam est probatum loco præcedente per illud principium, posito consequente, non est necesse ponatur antecedens. Quare hoc loco tantùm probat alteram partem, vt pote verum consequens non sequi sen per ex falso antecedente.

De pro-

De probatione in orbem in prima figura. Cap. 5.

ARGVMENTVM.

EXplicatur ratio probandi in orbem in prima figura, cùm ex conclusione, & altera sumptione inuersa, altera sumptio colligitur. Probãtur etiam sumptiones inuersæ, & inuersa conclusio. In modis negantibus pronuntiatum affirmãs probatur per ratiocinationem assumptionis.

1 IN orbem autem atque ex se mutuò probare est ex conclusione, atque altero sumpto pronuntiato inuersa attributione, concludere reliquum, quod in altera ratiocinatione sumptũ erat. 2 Exempli causa, si probandũ fuerit omne c esse a, probatum autem sit per b: Rursus si probandum sit omne b esse a, sumpto omne c esse a, & omne b esse c, concludetur omne b esse a: priùs autem contrà sumptum fuerat omne c esse b.

1 TErtia facultas ratiocinationis est probatio in orbẽ, unde & ipsa ratiocinatio in orbem appellatur. Fit autem probatio in orbem cùm ex conclusione, & altera sumptione inuersa, concluditur reliqua sumptio. Quæ dicitur in orbem similitudine circuli geometrici. Nam quemadmodum in circulo, sumpto initio ab aliquo puncto, & progredientes per circunferentiam, redimus ad idem punctum & principium: sic etiam in huiusmodi probatione, priùs ex sumptionibus progredimur ad conclusionem, deinde ex conclusione regredimur ad colligendas sumptiones. Vbi primùm obseruandam est inuersionem pronuntiati hoc loco non esse omnimo eandem cum reciprocatione, de qua disputatum est primo libro. Nam in reciprocatione pronuntiatum uniuersum affirmans reciprocatur in particulare, hic uerò inuertitur in uniuersum. Vnde hoc genus probationis potißimùm constat in terminis æqualibus, qui pariter in se cõuertuntur. Efficitur autem hæc probatio in omnibus figuris, & ferè in omnibus modis. 2 Primùm igitur efficitur hæc probatio in prima figura, atq; in primo modo hac ratione: si priùs probandum sit omnem hominem esse capacem disciplinæ, per medium particeps rationis ita concludetur. Quidquid est particeps rationis, est capax disciplinæ: omnis homo est particeps rationis, igitur omnis homo est capax disciplinæ. Propositio ex eisdem terminis concludetur, si sumatur conclusio loco propositionis, & assumptio inuersa loco assumptionis. hoc modo; omnis homo est capax disciplinæ; quidquid est particeps rationis est homo: ergo quidquid est particeps rationis est capax disciplinæ. Sumitur, inquam, assumptio inuersa: nam in priori ratiocinatione erat assumptio, omnis homo

Barbara.
A. capax disciplinæ.
B. particeps rationis.
C. homo.
Probatur propositio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

3 Aut si probandum sit omne c esse b, si sumatur omne c esse a, quæ erat conclusio, atque omne a esse b: priùs autem sumptũ fuerat contrà omne b esse a. 4 Aliter autem non licet ex se mutuò probare: nam si aliud sumatur medium, nõ fiet in orbem probatio: nihil enim sumitur idem. Quòd si aliquid horum sumatur, alterum tantùm sumi est necesse: si enim ambo sumantur, eadem erit conclusio, oportet autem alteram esse. 5 In ijs igitur, quæ non reciprocantur ex indemonstrato altero pronũtiato efficitur ratiocinatio. 6 Non enim licet ex his terminis demonstrare tertium extremum medio conuenire, aut medium ipsi primo: in his autem quæ reciprocantur, omnia per se mutuò probari possunt. 7 Vt si a, & b, & c inter se mutuò reciprocantur, probatũ enim est a c per medium b: & rursus pronuntiatum a b per conclusionem, & pronuntiatum b c inuersum: eodem etiam modo pronuntiatum b c per conclusionem, & a b pronuntiatum inuersum.

Probatur assumptio.

est particeps rationis. 3 *Assumptio uerò probatur sumpta propositione inuersa loco propositionis, & cõclusione loco assumptionis. Quidquid est capax disciplinæ, est particeps rationis; omnis homo est capax disciplinæ: ergo omnis homo est particeps rationis.* 4 *Non autem licet aliter in orbẽ, & ex se mutuò probare sumptiones, quàm ex conclusione, & altera sumptione inuersa. Nam si sumeretur aliud medium, non esset probatio in orbem, quia nullum sumeretur pronũtiatum idem, quod in priori ratiocinatione: si uerò aliquod sumatur, unum tantùm pronuntiatum sumendum est: nam si ambo sumantur, non colligetur altera sumptio, sed eadem cõclusio, quæ in priori ratiocinatione.* 5 *Tamen si sumãtur in his termini inæquales, qui non pariter reciprocentur, probabitur altera sumptio ex altera indemonstrata, hoc est falsa: nam si uniuersa affirmans inuertatur in uniuersam, ea, in quam inuertitur erit falsa; ut omnis homo est animal, omne animal est homo: falsum autem probari non potest.* 6 *Itaq; in huiusmodi terminis non possumus probare tertium extremum medio cõuenire, quæ est assumptio inuersa; nec mediũ conuenire maiori, & primo extremo, quæ est inuersa propositio, quia sunt falsæ. In terminis autẽ æqualibus, & qui pariter reciprocantur, omnia possunt per se inuicem probari, non tantùm conclusio, & sumptiones prioris ratiocinationis, ut anteà fecimus: uerùmetiam sumptiones inuersæ, & conclusio inuersa: semper enim sumentur uera pronuntiata.* 7 *Tales sunt termini, quos antea sumpsimus, capax disciplinæ, particeps rationis, homo; æquales enim sunt, & pariter inuicẽ reciprocantur.*

8 Oportet autem pronuntiatum c b, & alterum b a demonstrare; his enim solis sine probatione vsi sumus. 9 Si igitur sumatur omne c esse b, atque omne a esse c, ratiocinatio erit concludens omne a esse b. 10 Rursus si sumatur omne a esse c, & omne b esse a, necessariò efficitur omne b esse c. 11 In his quidẽ ambabus ratiocinationibus pronuntiatum c a sine probatione sumptũ est; nam alia probata sunt iam: vnde si hoc probauerimus, omnia per se mutuò erunt probata. 12 Si igitur sumatur omne b esse c, & omne a esse b, ambo pronuntiata demonstrata sumuntur, atque necessariò efficitur omne a esse c. 13 Perspicuum igitur est in ijs solùm, quæ reciprocantur fieri demonstrationem in orbem, & per se mutuò; in alijs verò quemadmodum anteà diximus.

cantur. Vnde in his terminis priùs demonstrauimus omnem hominem esse capacẽ disciplinæ, per mediũ particeps rationis. Deinde demõstrauimus propositionẽ per conclusionem, & assumptionem inuersam. Similiter assumptionẽ per propositionem inuersam, & conclusionem. 8 *Nunc igitur sequitur demonstremus sumptiones illas inuersas, quidquid est particeps rationis est homo, & quidquid est capax disciplinæ, est particeps rationis, quas antea nondum probatas usurpauimus.* 9 *Primùm igitur propositio inuersa probabitur sumpta assumptione primæ ratiocinationis loco propositionis, & conclusione inuersa loco assumptionis: ut omnis homo est particeps rationis, quidquid est capax disciplinæ est homo, ergo quidquid est capax disciplinæ, est particeps rationis.* Probatur prop. inuer.

10 *Deinde assumptio inuersa, si sumatur conclusio inuersa loco propositionis, & propositio loco assumptionis: ut quidquid est capax disciplinæ est homo, quidquid est particeps rationis est capax disciplinæ; ergo quidquid est particeps rationis est hõ.* 11 *Sed in his duabus ratiocinationibus perpetuò sumpsimus conclusionem inuersam nondum probatam; nam alia pronuntiata, quæ cum ea sumuntur, iam antea probata fuerunt. Si igitur hanc inuersam conclusionem demonstrauerimus, omnia pronuntiata per se mutuò erunt probata.* Probatur assumptio inuersa.

12 *Demonstrabitur autem inuersa conclusio, si sumantur sumptiones primæ ratiocinationis inuersæ, & transmutatæ, quæ iam antea probatæ fuerunt. Vt quidquid est particeps rationis, est homo; quidquid est capax disciplinæ, est particeps rationis. ergo quidquid est capax disciplinæ, est homo.* 13 *Constat igitur ex his probationem in orbem tantùm fieri accommodatam in terminis æqualibus, qui pariter reciprocantur; in his enim sumuntur omnia pronuntiata uera: in alijs autem, qui non reciprocantur fiet ex indemonstrato & falso pro-* Probatur cõclusio inuersa.

14 Accidit autem in his, vt eo, quod demonstratũ est vtamur ad demonstrationem. Monstratur enim c de b, & b de a, sumpto c dici de a; atqui c dici de a, per hæc ipsa pronuntiata monstratur: quapropter ipsa conclusione vtimur ad demonstrationem. 15 In negãtibus autem ratiocinationibus hoc modo fit mutua probatio. Esto quidẽ vt omne c sit b, & nullum b sit a; conclusio erit nullum c esse a. 16 Sanè si rursus concludendum sit nullum b esse a, quod sumptum est paulò anteà, sumetur nullum c esse a, & omne b esse c, sic enim erit inuersum pronuntiatum. 17 Si verò sit concludendum omne c esse b, non est similiter reciprocandum pronuntiatum a b, nam idem est pronuntiatum, nullũ a esse b, atque nullum b esse a. 18 Sed sumendum est cui nulli inest a, ei omni inesse b. Esto igitur vt a nulli insit c, quæ erat cõclusio: sumptum est autem cui nulli inest a, ei omni inesse b, necessariò

so pronuntiato, ut diximus. 14 *Atq; in his omnibus, ut apparet, utimur ipsa conclusione probata, ad probandas sumptiones, per quas ipsa conclusio est demonstrata: non tantùm in prioribus ratiocinationibus, sed etiam in his posterioribus. Nam sumptiones inuersæ, quidquid est particeps rationis est homo, & quidquid est capax disciplinæ est particeps rationis, probantur per conclusionẽ inuersam, quidquid est capax disciplinæ est homo: & hæc ipsa inuersa conclusio per illas inuersas sumptiones.* 15 *Fit etiã probatio in orbem in modo uniuerso negante, ut si sit hæc ratiocinatio. Nulla substantia est accidẽs, quidquid per se existit est substantia; ergo nihil quod per se existit, est accidens.* 16 *Propositio demonstrabitur in orbem per cõclusionem, & assumptionem inuersam. Nihil quod per se existit est accidens, omnis substantia per se existit; ergo nulla substantia est accidens.* 17 *Assumptio uerò, quæ est uniuersa affirmans, nõ potest probari hoc genere inuersionis: inuersa enim propositio nullum accidens est substantia, negans est, quemadmodum altera, nulla substantia est accidens: unde ex ipsa, & conclusione, quæ sunt ambæ negãtes nihil potest concludi, tantũ abest, ut concludatur affirmans.* 18 *Tamen potest concludi alio genere inuersionis hoc modo, si nulla substantia est accidens, cui nulli inest accidens, ei omni inest substãtia: sed nulli per se existenti inest accidens; ergo omni per se existenti inest substantia. Appellatur autem hæc inuersio, aut potius hæc tota ratiocinatio per assumptionem, quia sub propositione indeterminata, cui nulli inest accidens, ei omni inest substantia, assumitur assumptio determinata, nulli per se existenti,*

inest

Celarent.
A. accidẽs.
B. substãtia.
C per se existens.
Probatur propositio.

igitur efficitur omni c inesse b. 19 Quare cùm tria sint pronuntiata, vnumquodq; factũ est conclusio. Atq; id est in orbẽ demõstrare, sumpta conclusione, & altero pronuntiato inuerso, reliquũ concludere. 20 In particularibus autem ratiocinationibus vniuersum pronuntiatum non potest per alia demonstrari: particulare verò potest. Non posse autem vniuersum demonstrari manifestum est: vniuersum enim pronuntiatũ probatur per vniuersa pronuntiata: conclusio verò non est vniuersa: oportet autem probare ex conclusione, & altero pronuntiato. Adde quòd inuerso pronuntiato nulla fit omnino ratiocinatio: ambo enim pronuntiata efficiuntur particularia. 21 Pronuntiatum autẽ in parte demonstrari potest: Probatum enim est a de aliquo c per b. 22 Si igitur sumatur omne a esse b, & maneat conclusio, aliquod c erit b: efficitur enim prima figura, atque a est medium. 23 Si verò negans sit ratiocinatio, pronuntiatum quidem vniuersum non potest probari, propter causam antea explicatam: neque particulare, si pronuntiatũ a b similiter reciprocetur, atque in vniuersis.

inest accidens, estq; similis ratiocinationi hypotheticæ. 19 *Cùm igitur tria sint pronuntiata in hac ratiocinatione, duæ sumptiones, & conclusio, unumquodq; probatum est, & effectum conclusio. Atque id est in orbem probare, ut antea diximus, ex conclusione, & altera sumptione inuersa; reliquam concludere.* 20 *In modis autem particularibus, tam quidem in modo affirmante, quàm negante, propositio, quæ est uniuersa non potest in orbẽ probari: esset enim cõcludenda ex conclusione, quæ est particularis: atqui uniuersum pronuntiatum non potest cõcludi, nisi ex duabus sumptionibus uniuersis. Immo uerò ex assumptione inuersa, & conclusione nulla constare potest ratiocinatio, quoniam ambæ sunt particulares.* 21 *Assumptio uerò, quæ est particularis potest in orbem probari, ut si sit hæc ratiocinatio. Quidquid est particeps rationis est capax disciplinæ: aliquod animal est particeps rationis, ergo aliquod animal est capax disciplinæ.* 22 *Demonstrabitur assumptio ex propositione inuersa, & cõclusione. Quidquid est capax disciplinæ est particeps rationis, aliquod animal est capax disciplinæ; ergo aliquod animal est particeps rationis.* 23 *In modo uerò particulari negante propositio, quæ est uniuersa non potest in orbem probari propter causam antea explicatam. Neque assumptio particularis affirmãs ex propositione uniuersa negante inuersa, & conclusione: nam oportet ratiocinari*

Darij.
A capax disciplinæ.
B. particeps rationis.
C animal.
Ferio.

24 Potest autẽ probari per assumptionẽ. 25 Vt cui alicui nõ inest a, ei alicui inest b. 26 Si autẽ aliter se habeant, nõ efficitur ratiocinatio, propterea quod particulare pronuntiatum est negans.

nari ex ambabus negantibus, 24 *Sed probari potest illo genere inuersionis, quod dicitur per assumptionẽ: ut si sit hæc ratiocinatio. Nulla substãtia est accidens, aliquis homo est substantia, ergo aliquis homo nõ est accidẽs.* 25 *Assumptio ita probatur. Nulla substantia est accidens, ergo cui alicui non inest accidens, ei alicui inest substantia; alicui homini non inest accidens; ergo alicui homini inest substantia.* 26 *Non ergo potest aliter assumptio probari, ut diximus; cùm enim conclusio particularis sit negans; propositio item uniuersa negans, esset concludenda ex duabus sumptionibus negantibus.*

Scholia in cap. 5.

1 *IN orbem autem atque ex se mutuò, &c.) Dubitant hîc interpretes cur Arist. tam accuratè explicet hoc loco probationem in orbem, quam 1. lib. de Demonstratione, cap. 3. maximè reprehendit, immo asserit nullo modo admitti posse in disciplinis. Respondent probationem in orbem esse vitiosam, & contra rationem demonstrandi, quæ debet ex prioribus & notioribus naturà constare: non tamen esse contra formam Syllogismi, cuius tantùm habetur ratio in his libris. Ac proinde docere hîc Aristotelem quemadmodum fiat probatio in orbem, quod attinet ad Syllogismi formam. Sed nondum est sublata omnis dubitatio. Nam si vitiosa est in disciplinis probatio in orbem, quorsum hîc eam tractat Aristoteles, quæ nulli rei sit vtilitatem allatura? Respondendum igitur est demonstrationem in orbẽ esse vitiosam, immo verò nullo modo constare posse in eodẽ genere demonstrandi, vt eo loco citato significat Arist. Quia non potest fieri vt demonstretur conclusio per aliquas sumptiones naturà priores & notiores: & rursus sumptiones per conclusionem tanquam priorem naturà, & notiorem: nil enim potest simul esse prius, & posterius; notius, & ignotius naturà. Tamen in diuerso genere demonstrandi nõ esse vitiosam: vt si conclusio demonstretur per principia naturà priora, & notiora; atque principia per conclusionem priorem & notiorem nobis, naturà*

naturà verò posteriorem. Immo verò est maximè necessaria in disciplinis hæc probandi ratio. Priùs enim per effecta sunt causæ inuestigandæ, quibus cognitis, rursus effecta sunt per eas causas demonstranda, vt perfectam scientiam comparemus. Nam probat Philosophus lunã esse rotundam ex eo, quòd eius lumen in orbem crescat, & minuatur; quod nobis est notius: rursus perfecta demonstratione probat eius lumẽ in orbem crescere, & minui, quia rotunda est. Quoniam igitur hæc probatio in orbem est, vt intelligeremus quemadmodũ fieri deberet, eam hîc explicat Arist. In Mathematicis disciplinis sunt etiã quædam huiusmodi Demonstrationes in orbem, vt videre est in primo Elemẽtorum, propos. 1. & 6.

1 *Atque altero sumpto pronuntiato inuersa attributione, &c.) Iam admonui in Paraphrasi hanc pronuntiati inuersionem non esse omnino eandem cum reciprocatione, de qua disputatum est primo lib. Nã ibi pronuntiatum vniuersum affirmãs reciprocatur tantùm in particulare, hîc verò in vniuersum. Philoponus putat illam appellari ἀντιστροφήν, hanc verò ἀναστροφήν. Tamen Aristo. hanc etiam vocat hoc loco ἀντιστροφήν, dicit enim pronuntiatum ἀντιστρέφεσθαι: interdum ἀνάπαλιν sumi: & ipsam conuersionem vocat etiam ἀνάπαλιν κατηγορίαν. Ego tamen differentiæ causa hanc appello inuersionem.*

18 *Sed sumendum est cui nulli inest a, &c.) Duæ oriuntur dubitationes ex hoc loco. Prima est hoc genus inuersionis non esse verum; nulla substantia est accidens, ergo cui nulli inest accidens, ei omni inest substantia. Nam in alijs non constat: nullum animal est lapis, ergo cui nulli inest lapis, ei omni inest animal, nulli enim ligno inest lapis, nec tamen ligno inest animal. Secunda dubitatio, hic Syllogismus videtur habere duplex vitium; vnum est quòd ex sumptione negante colligitur affirmans conclusio: alterũ quòd assumptio est negans in prima figura. Primæ dubitationi respondendum est hoc genus inuersionis tantùm constare in his, quæ reciprocantur per negationem, & reuera sunt, vt se habent substãtia, & accidens, actus & potestas, causa, & effectus, & aliæ similes affectiones entis, quæ diuidunt omne ens. Quidquid enim non est substãtia est accidens, & quidquid non est accidens, est substantia. Nam quẽ-*

Universidad de Deusto
Biblioteca

admodũ in affirmantibus si sumantur termini æquales, vniuersum pronuntiatum affirmans reciprocatur in vniuersum, sic etiam fit hæc reciprocatio in negantibus. Secundæ dubitationi est respondẽdum assumptionem nõ esse negãtem, sed affirmãtem attributi infiniti: sic enim resoluitur ratiocinatio, & formatur. Omne non accidens est substantia, omne per se existens est nõ accidens, ergo omne per se existens est substantia, sed infra cap. 7. docet Aristo. huiusmodi ratiocinationes fieri omnes in tertia figura.

De probatione in orbem in secunda figura. Cap. 6.

ARGVMENTVM.

IN duobus modis vniuersis huius figuræ sumptio affirmans non probatur in orbẽ, negans probatur. In particularibus sumptio vniuersa non probatur, particularis probatur, in quarto modo in orbem, in tertio per assumptionem.

1 IN secunda verò figura pronuntiatum affirmans non potest hoc modo probari: negans autem potest. Affirmans igitur non probatur, eò quòd non sint ambo pronuntiata affirmantia. Nam conclusio negans est, affirmans autem pronuntiatum ex ambobus affirmantibus monstrabatur. 2 Negans aũt ita probatur. Esto vt omne b sit a, & nullũ c sit a, cõclusio erit nullũ c esse b. 3 Si igitur sumatur omne a esse b, & nullũ c esse b, necessariò sequitur nullũ c esse a: efficitur enim secunda figura, vbi medium est b. 4 Quòd si a b negans sumatur, alterum

A. medium.
B. maius extremum.
C. minus.

1 *IN secunda verò figura, sola sumptio negans potest in orbem probari, non autem affirmans: quoniam affirmans non potest concludi nisi ex utrisque affirmantibus, in hac autem figura conclusio, ex qua esset sumptio colligenda, semper est negans: immo verò cùm ipsa, & altera ex sumptionibus sit etiam negans, deberet fieri probatio ex duabus negantibus.* 2 *Negans igitur potest in orbem probari. Ac primùm in secundo modo; ut si sit hæc ratiocinatio. Omne animal sentit, nullus lapis sentit, ergo nullus lapis est animal.* 3 *Assumptio probatur ex propositione inuersa, & conclusione, in eadem figura, & modo: ut omne sentiens est animal, nullus lapis est animal, ergo nullus lapis est sentiens.* 4 *In primo verò modo propositio negans non demonstratur in hac figura, sed in prima; nec ipsa concluditur primò, sed ea, in quam reciprocatur: ut si fiat ratiocinatio; nullus lapis est sentiens, omne animal est sentiens, ergo nullum animal est*

Camestres.
A. sentire.
B. animal.
C. lapis.

Cesare.

A. sentire.
B. lapis.
C. animal.

autem affirmans, prima erit figura. 5 Nam omne a est c, nullũ c est b, quare nullum a est b, vnde nullum b est a: medium c. 6 Itaque ex conclusione, & vno pronuntiato non efficitur ratiocinatio; altero verò sumpto pronuntiato, efficitur. 7 Quòd si non sit vniuersa ratiocinatio, pronuntiatum quidem vniuersum non monstratur, propter eandem, quam antea reddidimus causam, particulare verò monstratur, cùm vniuersum fuerit affirmãs. Esto enim vt omne b sit a, & aliquod c non sit a, conclusio erit aliquod c non esse b. 8 Si igitur sumatur omne a esse b, & aliquod c non esse b, conclusio erit aliquod c non esse a, mediũ b. 9 Si verò vniuersum fuerit negans, non demonstrabitur a c pronuntiatum, inuerso pronuntiato a b. Accidit enim vt vel ambo pronuntiata sint negantia, vel certè alterum, vnde nulla erit ratiocinatio. 10 Sed similiter probatur, atque in vniuersis, si sumatur cui alicui non inest b, ei alicui inest a.

Cap. seqnti, nu. 4. doc et Arist. huiusmodi nõ esse ꝓprie ꝓbationẽ in orbẽ, eò ꝙ nõ colligatur eadẽ ſũptio probãda. Nec in eadẽ figura. Idem doc et in fine, num. 17.

mal est lapis. 5 *Propositio igitur ita probatur ex conclusione, & assumptione inuersa. Nullum animal est lapis, omne sentiens est animal, ergo nullum sentiens est lapis, unde nullus lapis est sentiens.* 6 *Itaque ex conclusione, quæ perpetuò est negans, & pronuntiato negante, nulla potest effici ratiocinatio, ex altero verò affirmante efficitur.* 7 *In modis autem particularibus sumptio uniuersa non potest in orbem probari, propter causam antea explicatam in prima figura; esset enim concludenda ex duabus particularibus: particularis autem potest probari non tamen in utroq; modo eadem ratione: sed in quarto modo ubi uniuersa est affirmans, & particularis negãs, probatur particularis uerè in orbem; ut si sit hæc ratiocinatio. Omne animal est sentiens, quoddam corpus nõ est sentiens, ergo quoddã corpus non est animal.* 8 *Probatur ergo assumptio ex propositione inuersa, & conclusione, in eadem figura, & modo. Vt omne sentiens est animal, aliquod corpus non est animal, ergo aliquod corpus non est sentiens.* 9 *In tertio uerò modo, ubi sumptio uniuersa est negans, & particularis affirmans, ipsa particularis non potest probari hoc modo ex propositione inuersa, & conclusione, quoniam aut ambæ sumptiones essent negantes, aut certè altera. Re uera ambæ essent negantes: sed affirmans non potest concludi, nisi ex utrisq; affirmantibus.* 10 *Tamen potest probari per assumptionem illo genere inuersionis, quo usi sumus in negantibus uniuersis primæ figuræ: ut si sit hæc ratiocinatio, nullum accidens est substantia, quidam homo est substantia, ergo quidam homo non est accidens. Assumptio sic demonstratur; nullum accidens*

Baroco.
A. sentiens.
B. animal.
C. corpus.

Festino.

Universidad de Deusto
Biblioteca

est substantia, ergo cui alicui non ineſt accidens, ei alicui ineſt substãtia; ſed alicui homini non ineſt accidens; ergo alicui homini ineſt substantia.

Scholium in cap. 6.

10 *Sed similiter probabitur atque in vniuersis, &c.) Dubitant hoc loco interpretes, cur quemadmodum in hoc modo particulari assumptio particularis affirmãs probatur per assũptionẽ, sic in duobus vniuersis affirmãs vniuersa nõ probatur etiam per assumptionem. Philoponus libenter fatetur in vniuersis eodem modo probari ſumptionem vniuersam affirmantem: Burana id negat: mihi magis probatur Philoponi ſententia, eò quòd dicit Aristote. in his poſtremis verbis ſimiliter probari particularem affirmantẽ, atque in vniuersis, quod ad modos vniuerſos huius figuræ referendum puto; quamuis in Paraphraſi illud referã ad modos vniuerſos primæ figuræ, propterea quod in modis vniuersis huius figuræ id non expreßit Aristoteles. Aut igitur hanc probationem omiſit Aristoteles in modis vniuersis tanquam facilem, aut eam ſcripſit, deinde vitio librariorum eſt prætermiſſa. Si ergo ſumantur termini, qui diuidant omne ens, eadem ratione probabitur vniuersa affirmans per assumptionẽ. Vt ſi in propoſito exemplo assumptio eſſet vniuersa, omnis homo eſt substãtia, & concluſio, ſic probaretur assumptio; cui nulli ineſt accidens, ei omni ineſt ſubſtantia; ſed nulli homini ineſt accidens, ergo omni homini ineſt ſubſtantia. Hoc idem confirmari etiam poteſt, quòd capite ſequẽti, numero. 14. id expreßè dicat Ariſt. Nam cùm doceat ibi omnes huiuſmodis rationes per assumptionem fieri in tertia figura, ait in modis vniuersis ſecundæ figuræ fieri huiuſmodi probationes per vltimam figuram; quanquam Burana exiſtimet eam particulam contextus non eſſe Aristoteles. At reperitur in codice Græco Florẽtino, & in textu Græco, qui fertur in Commentarijs Philoponi, & in verſionibus Boëthi, & Argyropyli.*

De probatione in orbem in tertia figura. Cap. 7.

ARGVMENTVM.

IN tertia figura pronuntiatum vniuerſum nunquam probatur in orbem, particulare verò interdum probatur verè in orbem, interdum per aſſumptionem, in fine capitis explicantur duo conſectaria.

1 IN tertia verò figura cùm ambo quidem pronuntiata fuerint vniuerſa, non poſſunt in orbem & per ſe mutuò probari: pronuntiatum enim vniuerſum demonſtratur per vniuerſa, cõcluſio verò huius figuræ perpetuò eſt particularis. Vnde conſtat nullo pacto demonſtrari poſſe in hac figura pronuntiatum vniuerſum. 2 Si autem alterum pronuntiatum fuerit vniuerſum, alterum in parte, aliquando erit in orbem probatio, aliquando non erit; cùm enim ambo ſumuntur affirmantia, atq; ipſum vniuerſum adhibetur minori extremo, erit quidem, cùm autem adhibetur alteri extremo, non erit 3 Eſto igitur vt omne c ſit a, & aliquod c ſit b, concluſio erit aliquod b eſſe a. 4 Si igitur ſumatur omne a eſſe c, inuerſo vniuerſo pronũtiato, & aliquod b eſſe a, quæ erat concluſio, probatum quidem eſt aliquod b eſſe c, aliquod verò c eſſe b nõ eſt probatum, etſi neceſſarium ſit, ſi aliquod b eſt c, aliquod c eſſe b: non tamen idem eſt

A. maius extremum.
B. minus.
C. medium.

1 *IN tertia autem figura in duobus modis prioribus uniuerſis cùm ambæ ſumptiones ſint uniuerſæ, nulla ex ipſis poteſt in orbem probari, quia pronuntiatũ uniuerſum nõ poteſt concludi, niſi ex duobus uniuerſis: in hac uerò tertia figura cõcluſio, ex quã eſt faciẽda probatio ſemper eſt particularis. 12 In reliquis modis, ubi altera ſumptio eſt uniuerſa, altera particularis, quæ eſt uniuerſa non poteſt in orbem probari propter eandem cauſam: particularis uerò in alijs poteſt, in alijs non item. Nam ex duobus modis affirmantibus; ubi quidem propoſitio eſt particularis, & aſſumptio uniuerſa, particularis probabitur in orbem: in altero uerò, ubi propoſitio eſt uniuerſa, & aſſumptio particularis, ipſa particularis nõ probabitur. 3 Fiat igitur primùm ratiocinatio in quarto modo, ubi propoſitio eſt uniuerſa. Omne animal eſt ſentiens, aliquod animal eſt homo, ergo aliquis homo eſt ſentiens. 4 Ex propoſitione inuerſa, & concluſione colligetur quidem aſſumptio inuerſa in prima figura: omne ſentiens eſt animal, aliquis homo eſt ſentiens, ergo aliquis homo eſt animal: unde ſequitur neceßariò per reciprocationem, aliquod animal eſſe hominem, quæ erat aſſumptio, tamen hæc non colligitur per ratiocinationem. Nec idem eſt omnino pronuntiatum, a-*

Datiſi.
A. ſentiens.
B. homo.
C. animal.

Universidad de Deusto
Biblioteca

hoc illud esse, atque illud esse hoc: 5 Sed assumendum est, si hoc illi alicui conuenit, & alterũ huic alicui cõuenire: hoc autem sumpto non efficitur ratiocinatio ex cõclusione, & altero pronũtiato. 6 Si verò omne c est b, & aliquod c est a, licebit probare aliquod c esse a, si sumatur omne b esse c, & aliquod b esse a: si enim omne b est c, & aliquod b est a, necessariò efficitur aliquod c esse a; medio b. 7 Et cùm alterũ pronuntiatũ fuerit affirmãs, alterum negãs, si affirmãs fuerit vniuersum, demõstrabitur alterũ. Esto enim vt omne c sit b, & aliquod c nõ sit a, cõclusio erit aliquod b nõ esse a. 8 Si igitur assumatur omne b esse c; aliquod autem b nõ erat a: necessariò efficitur aliquod c nõ esse a, mediũ b. 9 Cùm autem negans fuerit vniuersum, non probatur alterum, nisi sumãtur pronũtiata quemadmodum in superioribus; si sumatur cui alicui hoc non inest, alterum alicui inesse. 10 Vt si nullũ c est a, & aliquod c est b; conclusio erit aliquod b non esse a.

liquis homo est animal, & aliquod animal est homo; est enim forma diuersa, quãuis materia sit eadem. 5 Itaque si uelimus probare assumptionem, inuertenda est conclusio, aliquis homo est animal, ergo aliquod animal est homo: tamen hæc probatio propriè non est in orbem, quia non colligitur ratiocinatione, ex conclusione, & propositione inuersa, ipsa assumptio, nec in eadẽ figura 6 At uerò in tertio modo, ubi propositio est particularis; ut aliquod animal est homo, omne animal est sentiens, ergo aliquod sentiens est homo; ipsa propositio potest in orbem probari, sumpta conclusione loco propositionis, & assumptione inuersa. Vt aliquod sentiens est homo, omne sentiens est animal, ergo aliquod animal est homo. 7 In reliquis duobus modis particularibus quinto, & sexto, ubi altera sumptio est affirmans, altera negans, in quinto quidem modo, ubi affirmans est uniuersa, poterit particularis negans in orbẽ probari. Vt si sit hæc ratiocinatio, aliquod animal non est homo, omne animal est sentiens, ergo aliquod sentiens non est homo. 8 Ex conclusione loco propositionis, & assumptione inuersa colligetur propositio; ut aliquod sentiens non est homo, omne sentiens est animal, ergo aliquod animal non est homo. 9 In sexto uerò modo, ubi sumptio negans est uniuersa, particularis affirmans non potest in orbem probari, quia esset concludenda ex duabus negantibus: sed potest probari per ratiocinationem assumptionis, & illud genus inuersionis, quo usi sumus in modis negantibus primæ, & secundæ figuræ. Vt cui alicui hoc non inest, huic alterum inesse. 10 Vt si sit hæc ratiocinatio, nulla substantia est accidens, aliqua substantia est animal,

Disamis.
A. homo.
B. sentiens.
C. animal.

Bocardo.
A. homo.
B. sentiẽs.
C. animal.

Ferison.
A. accidens.
B. animal.
C. substãtia.

11 Si igitur sumatur cui alicui non inest a, huic alicui inesse c, necesse est c alicui b inesse. Aliter non licet inuerso vniuerso pronũtiato alterum probare; nullo enim modo efficietur ratiocinatio. 12 Perspicuum igitur est in prima figura probationem mutuã & in orbem effici tum per primam, tum per tertiam figuram. Cùm enim affirmans est conclusio, per primam efficitur: 13 cùm autem negans, per tertiam: sumitur enim cui nulli hoc inest, alterum omni inesse. 14 In media verò figura, cùm ratiocinatio est vniuersa per ipsam, & per primam, ac per vltimam. 15 Cùm autem in parte, per ipsam, & per vltimam. 16 In tertia omnes per ipsam.

animal, ergo aliquod animal non est accidens. 11 Assumptio sic demonstrabitur. Si nulla substantia est accidens, cui alicui nõ inest accidens, huic alicui inest substantia; sed alicui animali non inest accidens, ergo alicui animali inest substãtia; unde per reciprocationẽ, alicui substantiæ inest animal, quæ erat assumptio. Non potest autem, ut diximus, aliter probari in orbem reciprocata propositione, quia esset concludenda ex utrisq; negantibus. 12 Ex hac tota disputatione duo conjectaria colligere licet. Primum est, probationes in orbem, quæ fiunt ex ratiocinationibus primæ figuræ, interdum fieri per eandem primam figuram, interdum per tertiam. Cùm enim conclusio est affirmans, ambæ sumptiones affirmantes demonstrantur in orbem ex conclusione per eandem figuram, ut eo loco explicatum est. 13 Cùm autem conclusio est negans, propositio negans demonstratur etiam in orbem per eandem figuram, assumptio uerò affirmans probatur per tertiam figuram. Demonstratur enim per ratiocinationem assumptionis, & illud aliud genus inuersionis, quæ tota ratio habet formam tertiæ figuræ, quia idem est subiectum in utraq; sumptione; sed in propositione est tacitum, & in assumptione expressum. Nam cùm dicimus, cui nulli inest accidens, ei omni inest substantia; subiectum huius pronuntiati est id, cui nulli inest accidẽs: quod exprimitur in assumptione, nulli per se existenti inest accidens. Quamquam si resoluatur eiusmodi ratiocinatio, fiet etiam in prima figura, ut eo loco docuimus. 14 In secunda uerò figura, in duobus modis uniuersis uaria est ratio; nam in secundo modo sumptio negans demonstratur in orbem per eandem figuram: in primo modo per primam figuram: in utroq; uerò sumptio affirmans demonstratur illo genere inuersionis, & per ratiocinationem assumptionis, quæ ut diximus, fit in tertia figura. 15 In modis autem particularibus, in quarto quidem modo probatur assumptio particularis negans in orbem per eandem figurã: in tertio uerò modo demonstratur particularis affirmans per assumptionem, & illud genus inuersionis in tertia figura. 16 At in tertia figura tam probatio

Primum eõ sectarium.

Universidad de Deusto
Biblioteca

17 Perspicuum etiam est in media, & tertia figura, ratiocinatione s quæ non efficiuntur per ipsas, aut non habere probationem in orbem, aut imperfectas esse.

batio uerè in orbem, quàm per assumptionem, fit per eandem tertiam figuram. 17 Secundum consectarium est, in secunda, & tertia figura illæ ratiocinationes in orbem, quæ non efficiuntur per easdem figuras, sed per primam, ut cùm in primo modo secundæ figuræ probatur propositio negans, & in quarto tertiæ assumptio particularis affirmans, aut non sunt probationes in orbem, aut sunt imperfectæ, quia non fiunt per eandem figuram, nec colligunt probandam sumptionem, sed eius inuersam.

Scholium in cap. 7.

5 *Sed assumendum est si hoc illi alicui, &c.) Existimat Burana docere hîc Aristotelem assumptionem particularẽ affirmantem in quarto modo, qui vulgò appellatur Datisi, probari per assumptionem & illud aliud genus inuersionis. Tamen nec Philoponus huius interpretationis vllam facit mentionem, nec Aristotelis verba id significãt, nec solet Arist. vti hoc genere probationis, nisi in modis negantibus ad probandam affirmantem sumptionem.*

De Ratiocinationum reciprocatione in prima figura. Cap. 8.

ARGVMENTVM.

EXplicatur ratiocinatio reciprocata in prima figura, cùm ex contrario pronuntiato, aut contradicente, cum altera sumptione, altera euertitur. In modis vniuersis tam ex contrario, quàm contradicente conclusionis licet euertere: in particularibus ex solo contradicente.

1 REciprocare est transmutata cõclusione, efficere ratiocinationem, quæ concludat aut extremum medio non conue-

QVarta ratiocinationum facultas est reciprocatio, quæ generatim desiniri potest, cùm ex contraria, aut contradicente conclusionis, unà cũ altera ex sumptionibus, alteram euertimus sumptionem, colligentes eius cõtrariam, aut contradicentem. Seruit hæc facultas nobis ad disputandum, ut euerso consequente sciamus euertere antecedens; efficiturq; in omnibus figuris. 1 Sed in modis affirmantibus primæ figuræ speciatim definitur, cùm ex conclusione transmutata in oppositum pronũtiatum, unà cum altera sumptione, colligimus aut pri-

Vsus reciprocæ ratiocinationis.

Meminit huius facultatis Arist. 8. Topi. cap. 5.

nire, aut hoc ipsi vltimo. Necesse enim est reciprocata cõclusione, & altero pronuntiato manẽte, euerti reliquum: si enim illud sit, cõclusio quoque erit. 2 Refert autem an in contradicens pronuntiatum, an in contrarium conclusio reciprocetur: nec enim eadem efficitur ratiocinatio ex vtraq; reciprocatione; quod fiet manifestũ ex ijs, quę disputabũtur. Appello cõtradicẽtia omne, nõ omne; nullũ, aliquod: cõtraria verò omne, & nullũ, aliquod, & nõ aliquod esse. 3 Sit enim demõstratũ omne c esse a per mediũ b; si quidem sumatur nullũ c esse a, & omne b esse a, nullũ c erit b. 4 Atq; si nullũ c esse a, & omne c esse b, aliquod b nõ erit a, nõ autem colligitur omnino nullũ b esse a; nõ enim mõstrabatur vniuersum pronuntiatum per tertiam figurã. 5 Omnino verò non licet pronuntiatum maiori extremo coniunctum vniuersè & in totum euertere per reciprocationẽ; quippe quòd semper euertatur per tertiã

aut primum extremum medio non conuenire, aut medium non conuenire minori, hoc est, aut euertimus propositionem, aut assumptionem. Necesse enim est reciprocata conclusione in oppositum pronuntiatum, cum altera sumptione, alteram euerti. Nam si hæc altera sumptio maneret etiam cum prima, esset necesse conclusionem permanere: posito enim antecedẽte, necessariò ponitur consequẽs. 2 Refert autem maximè an conclusio transmutetur in contradicens pronuntiatum, an in contrarium; quia non efficitur idem genus ratiocinationis, ut in progressu erit manifestum. Sunt autem contradicentia, ut omnis homo est animal, non omnis homo est animal; nullus homo est animal, aliquis homo est animal: contraria verò, ut omnis homo est animal, nullus homo est animal, aliquis homo est animal, aliquis homo non est animal, ut nomine contrariorum intelligantur etiam quæ vulgò dicuntur subcontraria. 3 Sit ergo primum hæc ratiocinatio in primo modo primæ figuræ: omne animal est substantia, omnis homo est animal, ergo omnis homo est substantia. Sumpto contrario pronuntiato conclusionis loco assumptionis, cum eadem propositione, colligetur contrarium assumptionis in secunda figura. Vt omne animal est substantia, nullus homo est substantia, ergo nullus homo est animal. 4 Si verò sumatur idem contrarium cõclusionis, cum assũptione, colligetur cõtradicẽs propositionis in tertia figura. Vt nullus homo est substantia, omnis hõ est animal, ergo aliquod animal non est substantia, non potest colligi contrarium, nullum animal est substantia; quia in tertia figura conclusio non potest esse uniuersa. 5 Itaque propositio nunquã potest euerti in totum per contrarium pronuntiatũ, quia semper euertitur per

Barbara.
A. substãtia.
B. animal.
C. homo.

figuram; necesse enim est ambo pronuntiata ad minus extremum sumãtur. 6 Eadem est ratio si negãs sit ratiocinatio; demonstratum sit enim nullum c esse a per mediũ b: si igitur sumatur omne c esse a, & nullum b esse a, nullum c erit b. 7 Si etiam sumatur omne c esse a, & omne c esse b, aliquod b erit a, sumptum autẽ erat nullum b esse a. 8 Quòd si in contradicens reciprocetur cõclusio, aliæ quoque ratiocinationes erunt contradicentes, nec vniuersæ: efficitur enim alterum pronuntiatum in parte, vnde & conclusio etiam erit in parte. 9 Sit enim affirmans ratiocinatio, & ita reciprocetur. Si igitur non omne c est a, & omne b est a, non omne c erit b. 10 Atque si non omne c est a, & omne c est b, non omne b erit a. 11 Eadem est ratio si negans sit ratiocinatio. Si enim aliquod c est a, & nullum b est a, aliquod c non erit b, non autem simpliciter nullum c erit b. 12 Et si aliquod c est a, & omne c est b, vt in principio sumptũ

Celarent.
A. lapis.
B. animal.
C. homo.

tertiam figuram, causa est quòd minus extremum sumatur ut subiectũ in utraq; sumptione. 6 Similis est ratio in modo uniuerso negante, ut si sit hæc ratiocinatio; nullum animal est lapis, omnis homo est animal, ergo nullus homo est lapis. Ex contrario conclusionis, & propositione colligetur contrarium assumptionis; ut nullum animal est lapis, omnis homo est lapis, ergo nullus homo est animal. 7 Ex eodem contrario, & assumptione colligetur cõtradicens propositionis: ut omnis homo est lapis, omnis homo est animal, ergo aliquod animal est lapis, sumptum autem erat nullũ animal esse lapidem. 8 Si autem sumatur contradicens conclusionis, quæ inde sequentur conclusiones erunt etiam contradicentes sumptionum, non contrariæ, nec uniuersæ: quoniam in eiusmodi ratiocinationibus altera ex sumptionibus erit particularis, nempe cõtradicens cõclusionis, unde est necesse colligatur particularis cõclusio. 9 Quod in primo modo affirmante licet experiri, sumpto enim contradicente cõclusionis, cum propositione colligetur contradicens assumptionis, ut in eisdem terminis; omne animal est substantia, quidam homo non est substantia, ergo quidam homo non est animal. 10 Ex eodem autem contradicente, cum assumptione colligetur contradicens propositionis; ut aliquis homo non est substãtia, omnis homo est animal, ergo aliquod animal non est substantia. 11 Eadem est ratio in modo negante. Primùm enim contradicens assumptionis ita colligitur; nullum animal est lapis, aliquis homo est lapis, ergo aliquis homo non est animal, non autem sequitur contrarium, nullus homo est animal. 12 Contradicẽs propositionis

est, aliquod b erit a. 13 In particularibus autẽ ratiocinationibus, cùm in contradicens pronuntiatum reciprocatur conclusio, euertuntur ambo pronuntiata: cùm autem in contrarium neutrum euertitur. 14 Nec enim accidit vt euertantur pronuntiata, quemadmodũ in vniuersis, cùm conclusio reciprocatione deficiebat, immo verò nullo modo euerti possunt. 15 Sit enim demõstratũ aliquod c esse a. Si igitur sumatur nullũ c esse a, & aliquod c esse b, aliquod b non erit a. 16 Et si nullũ c est a, & omne b est a, nullũ c erit b. Itaque ambo euertuntur. 17 Si autem in contrarium reciprocetur, neutrum euertitur. Si enim aliquod c non est a, & omne b est a, aliquod c non erit b: atqui nondũ est euersum quod à principio est propositũ, fieri enim potest aliquod c esse b, & aliquod non esse b. 18 Ad euertẽdum autem vniuersum pronuntiatũ a b nulla prorsus efficitur ratiocinatio: Si enim aliquod c non est a, & aliquod c est b, neutrum ex pronuntiatis est vniuersum.

sitionis hoc modo; aliquis homo est lapis, omnis homo est animal, ergo aliquod animal est lapis. 13 In particularibus autem ratiocinationibus, sumpto cõtradicente conclusionis, licet euertere utranq; sumptionem colligendo contradicens: sumpto uerò subcontrario, non licet. 14 Non enim in his euenit, quẽadmodum in uniuersis ratiocinationibus, ubi cùm conclusio uniuersa transmutabatur in contradicentẽ particularem, (qua parte deficiebat à dignitate, quòd amitteret uniuersitatẽ) licebat uno modo euertere sumptiones, per cõtradicẽtia pronũtiata, hic atem mutata cõclusione particulari in subcontrariã, nullũ pronuntiatũ euertere licet. 15 In primo igitur modo particulari si hæc sit ratiocinatio, omne animal est substantia, quoddam corpus est animal, ergo quoddam corpus est substantia. Ex contradicente cõclusionis, cum assumptione colligetur contradicens propositionis; ut nullũ corpus est substantia, aliquod corpus est animal, ergo aliquod animal non est substantia. 16 Ex eodem contradicente cum propositione colligetur contradicens assumptionis; ut omne animal est substãtia, nullũ corpus est substãtia, ergo nullũ corpus est animal. 17 Si autẽ sumatur subcontrarium conclusionis, neutram sumptionem licet euertere. Primum non assumptionem; nam si ita ratiocinemur, omne animal est substantia, aliquod corpus non est substantia, ergo aliquod corpus non est animal; hæc conclusio non tollit illam assumptionem, aliquod corpus est animal, simul enim possunt esse ueræ, cùm sint subcontrariæ. 18 Ex eodem uerò subcontrario, & assumptione, nulla efficitur ratiocinatio ad euertẽdam propositionem uniuer-

Darij.
A. substãtia.
B. animal.
C. corpus.

19 Eadē est ratio si negans sit ratiocinatio. Si enim sumatur omne c esse a, ambo pronuntiata euertuntur: si verò aliquod c esse a, neutrum. Demonstratio eadem.

sam, constaret enim ex ambabus sumptionibus particularibus. Vt si ita ratiocinaremur, aliquod corpus nō est substantia, aliquod corpus est animal. 19 Similis est ratio in modo negante particulari. Si enim sumatur contradicens cōclusionis utrumq; sumptionem licebit euertere, si verò subcontrariam, neutrā licebit: quod eadem ratione probari potest.

De Reciprocatione ratiocinationum in secunda figura. Cap. 9.

ARGVMENTVM.

IN secunda figura, in modis quidem vniuersis ex contrario, & cōtradicente conclusionis euertūtur ambo pronūtiata: in particularibus verò ex solo contradicente.

1 IN secunda verò figura pronuntiatū maiori extremo cōiunctum non licet euertere per contrarium, quocunque modo fiat reciprocatio; semper enim erit cōclusio in tertia figura, in qua nulla est vniuersa conclusio. 2 Alterū autē pronuntiatum euertemus eadem ratione, qua fiet reciprocatio: dico verò eadem ratione, vt si in contrarium reciprocetur conclusio, per contrarium; si verò in contradicens, per contradicens.

3 Esto enim vt omne b sit a, & nullum c sit a, cōclusio erit, nullum c esse b. 4 Si igitur sumatur omne c esse b, & maneat pro-

1 AT *in secunda figura, in duobus quidem modis uniuersis, per contrariū, & contradicens conclusionis licet euertere pronuntiata. Tamen propositio nunquam euertitur per contrarium sibi pronuntiatum uniuersum, sed per contradicens particulare, siue conclusio reciprocetur in contrarium, siue in contradicens; quia efficitur ratiocinatio in tertia figura, ubi conclusio semper est particularis.* 2 *Assumptio uerò eadem ratione euertitur, qua transmutatur conclusio. Nam si conclusio transmutetur in cōtrarium, euertitur assumptio per suum contrarium: si uerò conclusio transmutetur in cōtradicens, euertitur assumptio per contradicens.* 3 *Primùm igitur sit ratiocinatio in secūdo modo. Omnis homo est animal, nullus lapis est animal, ergo nullus lapis est homo.* 4 *Ex cōtrario cōclusionis cum propositione, colligetur contrariū assumptionis in prima figura. Vt omnis homo est animal, omnis lapis est homo, ergo omnis*

Camestres.
A. animal.
B. homo.
C. lapis.

nuntiatū, omne b est a, omne c erit a; efficitur enim prima figura. 5 Si autem omne c esse b, & nullum c esse a, aliquod b non erit a, quæ est vltima figura. 6 Quòd si in contradicens reciprocetur conclusio b c, pronuntiatum quidem a b eodem modo monstrabitur; alterum a c per contradicens. 7 Si enim aliquod c est b, & nullū c est a, aliquod b non erit a. 8 Rursus si aliquod c est b, & omne b est a, aliquod c erit a: itaque contradicens efficitur conclusio. 9 Eadem ratione id probabitur, si contrario modo pronuntiata disponantur. 10 Si autem sit in parte ratiocinatio, si quidem conclusio in contrarium reciprocetur, neutrum euertitur pronuntiatū, quemadmodum neq; in prima figura. Si autem in cōtradicēs, ambo euertentur. 11 Sit enim positum nullum b esse a, & aliquod c esse a, conclusio erit aliquod c nō esse b. 12 Si igitur sumatur aliquod c esse b, & maneat pronuntiatum nullum b est a, conclusio erit, aliquod c non esse a: atqui non est euersum quod à principio est propositū, fieri enim potest, aliquod c esse a,

omnis lapis est animal. 5 Ex eodem uerò cōtrario loco assumptionis, unà cum assumptione loco propositionis, colligetur contradicens propositionis in tertia figura. Vt nullus lapis est animal, omnis lapis est homo, ergo aliquis homo non est animal. Semper enim oppositū cōclusionis debet esse assumptio. 6 Quòd si conclusio transmutetur in cōtradicens, ex ipso eadem ratione euertetur propositio, scilicet per contradicens in tertia figura, assumptio uerò non iam eodē modo per contrarium, ut antea, sed per contradicens. 7 Primū ex assumptione, & contradicente cōclusionis, colligetur contradicens propositionis; ut nullus lapis est animal, aliquis lapis est homo, ergo aliquis homo non est animal. 8 Rursus ex eadem contradicente cum propositione colligetur cōtradicens assumptionis. Vt omnis homo est animal, aliquis lapis est homo, ergo aliquis lapis est animal. 9 Eadem omnino ratione fiet huiusmodi reciprocatio ratiocinationis in primo modo uniuerso, ubi propositio est negans, & assumptio affirmans. 10 In modis autem particularibus, sumpto subcontrario pronuntiato conclusionis, neutrum pronuntiatum euerti potest, quēadmodum nec in prima figura: sumpto uerò contradicente, utrunq; euerti potest. 11 *Quod licet experiri in primo modo particulari. Sit enim hæc ratiocinatio; nullum lapis est animal, aliquod corpus est animal, ergo aliquod corpus non est lapis.* 12 *Si igitur sumamus subcontrarium conclusionis cum propositione, nullus lapis est animal, aliquod corpus est lapis, colligitur quidem conclusio, aliquod corpus non est animal;*

Festino.

& aliquod non esse a. 13 Rursus si sumatur aliquod c esse b, & aliquod c esse a, nulla erit ratiocinatio; neutrum enim pronuntiatum sumitur vniuersum: quare non euertitur pronuntiatũ a b. 14 Si autem in contradicens reciprocetur conclusio, ambo pronũtiata euertuntur. Si enim omne c est b, & nullum b est a, nullum c erit a, atqui aliquod c erat a. 15 Rursus si omne c est b, & aliquod c est a, aliquod b erit a. Eadem est demonstratio, si vniuersum pronuntiatum sit affirmans.

animal; tamen hæc non euertit illam assumptionem, aliquod corpus est animal; nam simul possunt esse uerę. 13 Si autem sumamus subcontrarium cũ assumptione, aliquod corpus est lapis, aliquod corpus est animal, nulla efficitur ratiocinatio, cùm ambo pronuntiata sint particularia: quapropter propositio non potest euerti. 14 Si tamen sumatur contradicens conclusionis, ambo pronuntiata euerti possunt: primùm assumptio, ut nullus lapis est animal, omne corpus est lapis, ergo nullum corpus est animal: atqui erat assumptio aliquod corpus esse animal. 15 Tum propositio, ut aliquod corpus est animal, omne corpus est lapis, ergo aliquis lapis est animal. Eadem ratione fiet hæc reciprocatio in altero modo particulari, ubi uniuersum pronuntiatum est affirmans, eademq; ratione probabitur.

Baroco.

De reciprocatione ratiocinationũ in tertia figura. Cap. 10.

ARGVMENTVM.

IN tertia figura sumpto pronuntiato subcontrario conclusionis, nulla sumptio euertitur: sumpto verò contradicente, ambæ euertuntur.

1 AT in tertia figura, cùm in contrarium pronuntiatum reciprocatur cõclusio, neutrum pronuntiatum euertitur, in vlla ratiocinatione; cùm autem in cõtradicens ambo, atque in ratiocinatione quauis. 2 Sit enim demonstratũ aliquod b esse a, sumpto medio c, sintque vniuersa pronuntiata. Si igitur

DEmum in tertia figura, ubi cõclusio semper est particularis, si sumatur eius subcontrarium pronuntiatum, in nullo modo licet euertere sumptiones. Causa est quia illud subcontrariũ, quod particulare est, efficitur propositio in huiusmodi ratiocinationibus, fiuntq; ratiocinationes in prima, aut secũda figura, in quibus propositio nõ potest esse particularis. 2 Vt si sit hæc ratiocinatio in primo modo; omnis homo est animal, omnis homo est substantia, ergo aliqua

Darapti.
A. animal.
B substãtia.
C. homo.

sumatur aliquod b non esse a, & omne c esse b, nõ efficietur ratiocinatio concludens aliquod c non esse a. 3 Neque si aliquod b non est a, & omne c est a, erit ratiocinatio cõcludens aliquod c nõ esse b. 4 Eadem ratione probabitur, si non sint vniuersa ambo pronuntiata, aut enim necesse est ambo pronuntiata particularia esse per reciprocationem, aut vniuersum pronũtiatum minori extremo adhiberi, quo modo nulla erat ratiocinatio, nec in prima, nec in media figura. 5 Si autem in contradicentia reciprocentur pronuntiata, ambo euertuntur. Si enim nullum b est a, & omne c est b, nullum c erit a. 6 Rursus si nullum b est a, & omne c est a, nullum c erit b. 7 Eadem est ratio si alterum non sit vniuersum. 8 Si enim nullum b est a, & aliquod c est b, aliquod c non erit a. 9 Si verò nullum b est a, & omne c est a, nullum c erit b. 10 Similis est ratio si negans sit ratiocinatio. Sit enim demonstratum aliquod b non esse a, & sit quidem affirmans pronuntiatum b c, ne-

aliqua substantia est animal, si sumatur subcontrarium cum assumptione, aliqua substantia non est animal, omnis b est substantia, nõ licet colligere aliquem hominẽ nõ esse animal; quia cùm sit ratiocinatio in prima figura sumitur propositio particularis. 3 Nec si sumatur cum propositione, aliqua substantia nõ est animal, omnis homo est animal, licebit colligere aliquẽ hominem nõ esse substantiam ad euertendam assumptionem, quia in secunda figura sumitur etiam propositio particularis. 4 Simili ratione probari potest nullum euerti pronũtiatum in modis particularibus, ubi altera ex sumptionibus est particularis. Si enim sumatur subcontrarium conclusionis, cum altera ex sumptionibus, aut ambæ sumptiones erunt particulares, aut propositio particularis, & assũptio universa, quo modo nõ cõstat ratiocinatio, nec in prima, nec in secũda figura. 5 Si autẽ conclusio mutetur in contradicens, ex ipso euertẽtur ambæ sumptiones. Primum propositio in prima figura: ut nulla substantia est animal, omnis homo est substantia, ergo nullus homo est animal. 6 Deinde assumptio in secunda figura, ut nulla substantia est animal, omnis homo est animal, ergo nullus homo est substantia. 7 Similis est ratio in modis particularibus; ut si sit ratiocinatio in quarto modo: omnis homo est animal, aliquis homo est albus, ergo aliquod album est animal. 8 Primum euertitur propositio. Nullum album est animal, aliquis homo est albus, ergo aliquis homo non est animal. 9 Tum assumptio. Nullum album est animal, omnis homo est animal, ergo nullus homo est albus. 10 Eadem est ratio in negantibus ratiocinationibus. Vt si sit ratiocinatio in se-

Datisi.
A. animal.
B. album.
C. homo.

Universidad de Deusto
Biblioteca

gans autem a c: sic enim efficiebatur ratiocinatio. 11 Cùm igitur sumitur pronuntiatum conclusioni contrariũ, nulla erit ratiocinatio. Si enim aliquod b est a, & omne c est b, non erat ratiocinatio colligẽs a de c. 12 Neq; si aliquod b est a, & nullum c est a, erat ratiocinatio colligens b de c. Itaque non euertuntur pronuntiata. 13 Cùm autem sumitur contradicens euertuntur. Si enim omne b est a, & omne c est b, omne c erit a, atqui sumptum fuit nullum c esse a. 14 Rursus si omne b est a, & nullum c est a, nullum c erit b, sumptum autem erat omne c esse b. 15 Eadem ratione probatur si non sint vniuersa ambo pronuntiata; efficitur enim pronuntiatum a c vniuersum, & negans; alterum in parte, & affirmans. 16 Si enim omne b est a, & aliquod c est b, consequitur aliquod c esse a, atqui nullũ c erat a. 17 Rursus si omne b est a, & nullum c est a, nullum c erit b. 18 Si verò aliquod b est a, & aliquod c est b, non efficitur ratiocinatio. 19 Nec si aliquod b est

Felapton.
A. lapis.
B. substãtia.
C animal.

in secundo modo. Nullum animal est lapis, omne animal est substantia, ergo aliqua substantia non est lapis. 11 Si quidem sumatur subcontrarium conclusionis cum assumptione: aliqua substantia est lapis, omne animal est substantia, nõ licet colligere, aliquod animal est lapis ad euertendam propositionem, quia in prima figura est propositio particularis. 12 Nec si sumatur cum propositione licebit euertere assumptionem, ut aliqua substãtia est lapis, nullum animal est lapis, ergo aliquod animal non est substãtia: quia in secũda figura sumitur propositio particularis. 13 Si autem sumatur contradicens conclusionis, ambæ sumptiones euerti possunt. Primùm propositio. Vt omnis substantia est lapis, omne animal est substantia, igitur omne animal est lapis, erat autem propositio, nullum animal est lapis. 14 Deinde assumptio, omnis substantia est lapis, nullum animal est lapis, ergo nullum animal est substantia: erat autem assumptio, omne animal est substãtia. 15 Eadẽ ratione demonstrabitur euerti pronũtiata in sexto modo, ubi propositio est uniuersa negans, & assumptio particularis affirmans: ut si sit hæc ratiocinatio: nullum animal est lapis, aliquod animal est album, ergo aliquod album non est lapis. 16 Primùm euertitur propositio. Omne album est lapis, aliquod animal est albũ, ergo aliquod animal est lapis. 17 Tũ assumptio, omne album est lapis, nullum animal est lapis, ergo nullum animal est album. 18 Si uerò sumatur subcontrarium cum assumptione, aliquod album est lapis, aliquod animal est album, nulla efficitur ratiocinatio, quia sunt ambæ sumptiones particulares. 19 Nec si sumatur cum propositione, aliquod album

Ferison.
A. lapis.
B. album.
C. animal.

a, & nullum c est a efficitur hoc modo. Quare illo quidem modo euertuntur pronuntiata, hoc autem nõ euertũtur. 20 Perspicuum igitur est quemadmodum reciprocata conclusione efficiatur in quaque figura ratiocinatio; & quando colligatur contrariũ pronuntiati, quando contradicens. 21 Atq; in prima figura, per mediam, & vltimam fieri ratiocinationes, & pronuntiatum minori extremo coniunctum semper euerti per mediam figuram, maiori verò extremo coniunctũ, per vltimã. 22 In secũda verò figura per primam, & vltimam; pronuntiatum quidem minori extremo coniunctum per primam semper figuram, alterum verò maiori extremo coniunctum, per vltimam. 23 In tertia autem per primã, & mediam; pronuntiatum quidem maiori extremo coniunctũ per primam semper, coniunctum autem minori extremo perpetuò per mediam. Quid igitur sit reciprocare, & quemadmodum accidat in singulis figuris, & qualis inde efficiatur ratiocinatio manifestũ est.

album est lapis, nullum animal est lapis: quia in secunda figura sumitur propositio particularis. Itaque sumpto contradicente conclusionis, euertuntur ambæ sumptiones: sumpto subcontrario, neutra euertitur. 20 Constat igitur ex superiori disputatione qua ratione sumpto contrario, aut contradicente conclusionis efficiatur ratiocinatio in quaque figura ad euertendas sumptiones, & quando colligatur contrarium sumptionis euertendæ, quando contradicens. 21 Constat etiam ratiocinationes primæ figuræ euerti per secundam, & tertiã figuram; assumptionem quidem per secundam, propositionem per tertiam. 22 Ratiocinationes autem secundæ figuræ euerti per primam & tertiam figuram, assumptionem per primam, propositionem per tertiam. 23 Tandem ratiocinationes tertiæ figuræ euerti per primam, & secundam; propositionem quidem per primam, assumptionem per secundam. Manifestum est igitur qualis sit hæc ratiocinationis facultas, & quomodo fiat in singulis figuris.

De monstratione per incommodum. Cap. II.

ARGVMENTVM.

EXplicatur quę sit ratio probandi per incommodum, deinde docetur quæstionem vniuersam affirmantem non probari in prima figura per incommodum, omnes alias probari, non quidem sumpto contrario, sed contradicente.

1 RAtiocinatio verò per incommodum & quod fieri nõ potest monstrat quidem, cùm ponitur contradicens cõclusionis, & aliud assumitur pronuntiatum: efficiturque in omnibus figuris. 2 Est enim simile quippiam reciprocationi. 3 Sed eò differt, quòd reciprocatur facta priùs ratiocinatione, sumptisque ambobus pronũtiatis: ducitur autem ad incommodũ non præconcesso priùs contradicente, sed quia perspicuum est verum esse. 4 Termini verò eodem modo se habent in vtrisq;, atq; eadem est in vtrisque ratio sumendi pronuntiata.

1 *SEquitur iam explicemus quintam ratiocinationis facultatem, quæ dicitur monstratio per incommodum & impossibile, seu ratiocinatio ducens ad incommodum. Est autem huiusmodi, cùm ex contradicente conclusionis, hoc est propositæ quæstionis ad probãdum, & ex alio pronuntiato manifestè uero, colligimus aliquid, quod sit manifestè falsum & impossibile, quo sublato, quæstio proposita probata relinquitur. Atq; efficitur huiusmodi ratiocinatio in omnibus figuris.* 2 *Qua parte similis est ei, quæ fit per reciprocationẽ, de qua proximè est disputatum. Nam fit etiam ea in tribus figuris, ut explicatũ est.* 3 *Sed differunt, quia in reciprocatione est necesse præcedat ratiocinatio, & ponantur ambæ sumptiones, deinde sumatur oppositum conclusionis: at in ductu ad incommodum & impossibile non est necesse fiat anteà ratiocinatio, nec cõcedatur aliquid priùs, sed statim sumi potest contradicens propositæ quæstionis, ui illius uerissimi principij, de omni re uera est affirmatio, aut negatio, deinde aliquod pronuntiatum, quod sit manifestè uerum: ex his enim duobus sumitur tota ratiocinatio concludens incommodum. Differunt etiam quia in reciprocatione possumus sumere contrarium, aut contradicens conclusionis: in ratione uerò per incommodum tantùm licet accipere contradicens propositæ quæstionis. Tertiò quoq; differunt, quia in reciprocatione interdum demonstramus illud pronuntiatum, quod concludimus, quodq; est oppositum eius sumptionis, quam euertimus: in ductu uerò ad incommodum non probamus id, quod concludimus, cùm sit manifestò falsum; sed ex eo sublato probamus propositã quæstionem. Hinc nascitur aliud discrimen, quòd in reciprocatione nonnunquam ex ueris uerum colligimus: in ductu ad incommodum semper ex falso colligimus manifestè falsum.* 4 *Verùm quamuis ita differant, nihilominus eodem modo collocantur in utrisq; termini, & sumuntur pronuntiata. Nam quemadmodum in reciprocatione sumitur oppositum conclusionis, & altera ex sumptionibus, ut altera euertatur: sic in ratione per incommodum sumitur contradicens propositæ quæstionis, & aliquod pronuntiatum manifestè uerum, ut falsum aliquid conclu-*

Prima differẽtia iter reciprocationẽ, & ductũ ad incõmodũ.

Secunda.

Tertia.

Quarta.

concludatur. 5 *Vno & eodem exemplo fiet utrumq; manifestum. Sit primùm hæc ratiocinatio, omne animal sentit, omnis homo est animal, ergo omnis homo sentit. Si hæc conclusio est falsa, aut contrarium pronuntiatum erit uerum, nullus homo sentit, ut fit in reciprocatione, aut contradicens, aliquis homo non sentit, ut sumi solet in ratione ducente ad incommodũ. Sed ex illa propositione uera omne animal sentit, & hoc oppositio, nullus, aut nõ omnis homo sentit, sequitur in secunda figura, nullum aut non omnem hominem esse animal: hoc autem impossibile, ergo illud unde sequitur, nullus, aut non omnis homo sentit, quare oppositum erat uerum, omnis homo sentit.* 6 *Prima ratiocinatio proposita confecta est in prima figura. Similis est quoque ratio in alijs figuris; nam quidquid probatur reciprocatione, probatur etiam per incommodum, & contrà, quamuis non omne in quauis figura, ut nunc explicabitur.* 7 *Fit ergo ratio ducens ad incommodum in omnibus figuris, ualetq; ad probandum omne genus quæstionis. Tamen omnes quæstiones possunt demonstrari per incommodum in omnibus figuris, præter uniuersam affirmantem, quæ non potest probari hoc modo in prima figura, sed tantùm in secunda, & tertia.* 8 *Sit enim quæstio probanda per incommodum, omne animal sentit: aut quidem probabitur sumpto cõtrario pronuntiato, nullum animal sentit; aut cõtradicente, aliquod animal non sentit; quibus assumatur aliud pronuntiatum manifestè uerum, aut omne quod sentit uiuere, aut omnẽ hominem esse animal. Nam ex utrouis horũ, cum illo oppositio constituto fiet prima figura.* 9 *Primùm igitur si ex hypotesi sumatur contradicens quæstionis, aliquod animal non sentit, nulla fiet ex eo ratiocinatio in prima figura: utrumuis sumatur cum eo alterum pronũtiatum. Quoniam cùm sit particulare, non potest esse propositio; cùm autem sit negans,*

A. sentire.
B. animal.
C. homo.

A. sentire.
B. animal.
C. viuere.
D. homo.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tiatum. 10 Si autem nullum b esse a, cùm quidem assumitur alterum pronuntiatum b d, ratiocinatio quidem erit falsum concludens, nõ tamen monstratur quod est propositum. 11 Si enim nullum b est a, & omne d est b, nullum d erit a; hoc autem sit impossibile; falsum igitur erit nullum b esse a: atqui non si hoc falsum, continuò verum erit illud omne b esse a. 12 Quòd si assumatur alterum pronuntiatum c a, non efficitur ratiocinatio: nec cùm constituitur non omne b esse a. Quare manifestum est quæstionem omni inesse non mõstrari in prima figura per incommodũ & impossibile. 13 Alicui autem inesse, & nulli, & non omni mõstratur. 14 Ponatur enim nullum b esse a, sumatur autem omne c, aut aliquod c esse b; igitur necessariò efficitur, nullum c aut nõ omne c esse a; hoc autem impossibile; sit enim verum, & manifestum omne c esse a: quare si hoc falsum, necessariò efficitur aliquod b esse a. 15 Si autẽ ad ipsum a sumatur alterũ pronuntiatũ,

nõ potest esse assumptio. 10 Si uerò sumatur contrarium, nullum animal sentit, atq; ei adiungatur pro assumptione illud pronuntiatũ, omnis homo est animal, fiet quidem recta ratiocinatio, non tamen monstratur ex ea quæstio proposita, omne animal sentit. 11 Nam si nullum animal sentit, & omnis homo est animal, nullus homo sentiet; hoc autẽ est impossibile, falsum igitur illud unde sequitur, nullum animal sentit; non tamen si hoc est falsum, inde consequitur contrarium esse uerum, omne animal sentit; nam contraria pronuntiata possunt simul esse falsa, ut apparet in rebus contingentibus. Quare non probatur quæstio proposita. 12 Quòd si sumatur alterum pronuntiatum, omne quod sentit uiuit loco propositionis, & contrarium loco assumptionis, nullum animal sentit, aut contradicens, aliquod animal non sentit, nulla efficitur ratiocinatio in prima figura, quia sumitur assumptio negãs, constat igitur quæstionem uniuersam affirmantem non probari per incommodum in prima figura. 13 Reliquæ uerò quæstiones omnes, particularis affirmans, uniuersa negans, & particularis negans demonstrantur incommodo in prima figura. 14 Primum particularis affirmans, ut aliquod album est animal, sumatur enim contradicens, nullum album est animal, cui adiungatur tanquam assumptio manifestè uera, omnis cygnus, aut aliquis cygnus est albus, sequitur necessariò nullum cygnum esse animal, aut aliquem non esse animal; sed hoc est manifestè falsum, & impossibile; igitur illud unde sequitur, nullum album est animal; quare contradicens uerum, aliquod album est animal. 15 Si uerò pronuntiatum, quod assumitur

A. animal.
B. album.
C. Cygnus.

nulla erit ratiocinatio. 16 Nec cùm cõstituitur quod est cõtrariũ cõclusioni, vt alicui non inesse. Perspicuũ igitur est contradicens esse constituendum. 17 Rursum ponatur aliquod b esse a, sumatur autem omne a esse c, necessariò efficitur aliquod b esse c: hoc autem sit impossibile: quare falsum quod est constitutum. Quod si ita est, verum erat nullum b esse a. 18 Similis etiam est ratio, si negãs sumatur pronuntiatum c a. 19 Si verò ad b adhibeatur pronuntiatum, nulla erit ratiocinatio. 20 Si autem contrarium constituatur, ratiocinatio quidem erit, & impossibile; nõ tamen monstratur quod est propositum. Ponatur enim omne b esse a, atq; sumatur omne a esse c, necessariò igitur efficitur omne b esse c: hoc autẽ impossibile: quare falsum est omne b esse a: atqui nondum est necessarium, si non omne b est a, nullũ b esse a.

mitur sit propositio, ut omne animal est substantia, ut attributum quæstionis sit subiectum, & illud contradicens sit assumptio, nullum album est animal, nulla effici potest ratiocinatio, quia sumitur assumptio negãs. 16 Nec efficitur ratiocinatio in prima figura sumpto subcontrario quæstionis, aliquod album non est animal; quia nec potest esse propositio, cùm sit particulare; nec assumptio, cùm sit negans, tum quia subcontraria possunt simul esse uera. Itaq; sumendũ est contradicens. 17 Deinde quæstio uniuersa negans; ut si probãdum sit nullum animal esse lapidem, sumatur cõtradicens, aliquod animal est lapis, cui adhibeatur propositio manifestè uera, ex qua ita ratiocinemur; omnis lapis est expers sensus, aliquod animal est lapis, ergo aliquod animal est expers sensus; sed hoc est impossibile, ergo falsa illa assumptio, aliquod animal est expers sensus; quare quæstio contradicens uera, nullum animal est lapis. 18 Simili ratione potest probari, si sumatur propositio negãs; ut nullus lapis uiuit, aliquod animal est lapis, ergo aliquod animal non uiuit, quod est falsum. 19 Tamen si illud contradicens constitutum, aliquod animal est lapis fiat propositio, & pronuntiatum, quod ei adiũgitur fiat assumptio, ut animal sit medium, nulla fiet ratiocinatio, quia propositio non potest esse particularis. 20 Si uerò sumatur contrarium quæstionis, omne animal est lapis, efficietur ratiocinatio concludens impossibile, non tamen inde probatur quæstio proposita. Nã si ei adhibeatur hæc propositio, omnis lapis est expers sensus, & omne animal est lapis, sequitur impossibile, omne animal est expers sensus; quare illa assumptio falsa, omne animal est lapis: non tamen si hæc falsa, contrarium est uerum, nullum animal est lapis; quia contraria simul possunt esse falsa.

A. lapis.
B. animal.
C. expers sensus.

21 Similis est etiã ratio, si ad b sumatur alterum pronũtiatum; ratiocinatio enim erit, & impossibile, nõ autẽ euertitur hypothesis. Quapropter contradicens est ex hypothesi constituendũ. 22 Ad demonstrandum autẽ non omne b esse a, constituendum est omne b esse a. Si enim omne b est a, & omne a est c, omne b erit c: vnde si hoc impossibile, falsum quod est cõstitutum. 23 Similis est etiam ratio si ad b sumatur alterum pronuntiatum. 24 Atque eadem est ratio si negans sit pronuntiatum c a: nam eodem etiam modo fit ratiocinatio. 25 Si autem ad b adhibeatur negans, non monstratur. 26 Si verò non constituatur omne b esse a, sed aliquod b esse a; non monstratur non omne b esse a, sed nullum b esse a. Si enim omne a est c, & aliquod b est a, aliquod b erit c. Si hoc igitur impossibile, falsum est aliquod b esse a; vnde verum est nullũ b esse a. 27 Hoc tamen monstrato simul tollitur quod verum est. Nam aliquod b erit a, & aliquod non erat a.

21 *Eadem est ratio si ipsum contrarium ponatur ut propositio, & adiungatur assumptio; ut omne animal est lapis, omnis homo est animal, sequetur quidem impossibile, nõ tamẽ ita tolletur falsa hypothesis, ut inde probetur quæstio proposita.* 22 *Tandem quæstio particularis negãs probatur hoc modo: ut si probandum sit non omne album esse animal, sumatur contradicens omne album est animal, cui si præponatur propositio, omne animal sentit, sequitur omne album sentire, hoc autem impossibile, ergo illud falsum, omne album est animal; quare contradicens uerum.* 23 *Simili ratione probabitur quæstio per impossibele, si illa hypothesis, omne album est animal sit propositio, & adhibeatur assumptio, ut omnis nix est alba.* 24 *Tum etiã si ei præponatur propositio uniuersa negãs, ut nullum animal est expers sensus.* 25 *Tamen si adhibeatur assumptio negans nihil probatur in prima figura.* 36 *Si autem non constituatur contradicens quæstionis, sed subcontrarium, aliquod album est animal, non monstratur inde quæstio proposita, aliquod album non est animal, sed nullum album esse animal. Si enim omne animal sentit, & aliquod album est animal, aliquod albũ sentit; quod si hoc impossibile, falsa est illa assumptio, aliquod album est animal, unde contrarium uerum, nullum album est animal. inde tamen ex accidenti sequitur aliquod album non esse animal.* 27 *Verumtamen hæc probatio est inutilis. Primùm quia ex ea tollitur etiam quod uerum est, quoties quæstio particularis negans ita est uera, ut eius subcontrarium pronuntiatum sit etiam uerum. Si enim uerum est nullum album esse animal, falsum erit aliquod album esse animal; atqui uerum est aliquod album esse animal, & aliquod non esse animal.*

28 Præte-

A. animal.
B. album.
C. sentire.

28 Præterea nõ sequitur impossibile propter hypothesim, esset enim falsa; siquidẽ ex veris nõ licet falsum cõcludere, nũc autẽ vera est: nã aliquod b est a. Quare nõ est cõstituẽda hypothesis aliquod b esse a, sed omne b esse a. 29 Similis est etiam ratio, si mõstrandũ sit aliquod b non esse a; si enim idem est aliquod b non esse a, & nõ omne b esse a, eadem erit vtriusque demõstratio. 30 Perspicuum igitur est non contrariũ, sed contradicens esse constituẽdum ex hypothesi in omnibus ratiocinationibus. Sic enim & erit probãdi necessitas, & axioma probabile. 31 Si enim de omni aut affirmatio, aut negatio, vbi probatũ fuerit non cõuenire negationem, necesse erit affirmationem esse veram: rursus si non concedat veram esse affirmationem, probabile est constituere negationem. 32 Contrariũ verò neutro modo conuenit constituere; nec enim necessarium est, si falsum est nulli inesse, verũ esse omni inesse: neq; probabile si alterum falsum, alterum debere esse verum. 33 Manifestum igitur est in prima figura omnes quidem alias quæstiones

28 *Præterea si ex hac ratione sequatur impossibile, non potest sequi propter illam hypothesim, aliquod album est anmal: nam impossibile non potest sequi nisi ex falsis, hypothesis autem est uera. Quare non est sumendum subcontrariũ, sed contradicens, omne album est animal.* 29 *Eadem omnino ratione probabitur illa quæstio, aliquod album non est animal; quia idem prorsus est aliquod album non esse animal, & nõ omne album esse animal.* 30 *Manifestum igitur relinquitur ex tota hac disputatione in omni quæstione probanda non eius cõtrarium pronuntiatum, nec subcontrarium; sed contradicens esse per hypothesim accipiendum. Sic enim & ipsa quæstio necessariò probabitur, nam si contradicens est falsum, necessariò sequitur ipsam quæstionem esse ueram: & simul etiam celebre illud principium & axioma cõtradictionis, quo nititur hæc probandi ratio, maximè erit probabile, & ab omnibus admittetur.* 31 *Nam si de omni re uera est affirmatio, aut negatio, si probatum fuerit non esse ueram negationem, necessarium est ueram esse affirmationem: & contrà si quisquam affirmationem nõ admittat, probabile admodum est statuere aduersus eum negationem.* 32 *In contrarijs autem, & subcontrarijs, nõ perinde potest alterum necessariò statui. Non enim si unum contrariorum est falsum, necessariũ est, neq; probabile alterum esse uerum; cùm possint ambo esse falsa: nec si unum subcontrariorum est uerum, necesse est alterum esse falsum, cum reperiantur ambo uera.* 33 *Itaque in prima figura præter uniuersam affirmantem, omnes alie quæ-*

stiones

Universidad de Deusto
Biblioteca

probari per incommodũ: vniuersam autem affirmantẽ nõ probari. stiones probantur per incommodum & impoßibile.

Scholia in cap. 11.

3 NOn præconcesso priùs contradicente, sed quia perspicuũ est verũ esse, &c.) Similem differentiã explicauit Aristo. primo libro, cap. 40. inter syllogismos hypotheticos ex transumptione, & ducentes ad incommodum. Verba tamen huius loci difficilia sunt, non concedi contradicens, quia perspicuũ est verum esse. Burana ita accipit hunc locum, non effici priùs ratiocinationem, quæ concludat quæstionem propositam, sed eam statui tanquam veram & manifestam. Quæ sententia constare non potest: nam si quæstio proposita vera & manifesta esset, non indigeret vlla probatione: tum quòd hac ratione per incommodum vt plurimùm probantur quæstiones difficiles, quæ obscuram habent veritatem, nec apparẽt principia, quibus recta via monstrentur, qualis est illa dimetiẽtem quadrati non commensurari cum latere. Suessanus aliter explicat hoc discrimen: quòd in reciprocatione efficitur priùs ratiocinatio, vbi sumuntur ambæ sumptiones concessæ, ducitur autem ad impoßibile non ex cõtradicente quæstionis priùs concesso, sed ex alio pronuntiato, quod assumitur cum contradicente manifestè verum. Mihi alia videtur accomodatior, scilicet in ratione per incommodum non esse necessarium sumantur priùs aliqua pronũtiata, nec concedatur contradicẽs propositæ quæstionis, sed necessariò sumi sine vlla probatione vi illius verissimi principij, de omni re vera est affirmatio, aut negatio, ita vt si non cõcedatur quæstio proposita, necessario efficiatur contradicens esse verum; hanc enim sententiam expticat appertius Arist. in fine capitis.

30 Si enim erit probandi necessitas, ex axioma probabile, &c.) Dubitatur hoc loco cur principium contradictionis dicatur probabile, cùm sit maximè necessarium & certum, immo verò principium omnium principiorum: nam omnia principia per ipsum confirmãtur, vt docet Arist. 4. Metaphysi. cap. 3. Respondendum est aut dici probabile apud Dialecticum, qui omnia accipit in disputando vt probabilia; nam ipse vtitur præci-

præcipuè hac ratione per incommodũ: aut certè probabile dici, quia nõnulli Philosophi hoc principium non admittebãt, vt Antistenes, quemadmodũ dicit Arist. 1. Top. cap. 9. & Heraclitus, vt refertur. 4. Metaphy. cap. 3. cùm igitur esset controuersum apud eos, qui verum esse putabant, erat probabile. Dicit ergo nunc Aristoteles ex hac ratione disputandi per incommodum fieri hoc principium maximè probabile, & ab omnibus admitti tanquam verum. Nec verum est quod Burana hoc loco, & quidam alij putant duplex esse probabile, vnum necessarium, alterum non necessarium, ac proinde esse cõmune necessario, & non necessario. Quamuis enim necessarium, si nõ accipiatur vt necessarium, poßit dici, & esse probabile: tamen si tanquam necessarium cognoscatur, & sumatur, non potest dici probabile. Arist. enim primo Topico capit. 1. probabile separat à necessario, qua parte dicit differre Demonstrationem à Syllogismo dialectico. Nec illa definitio probabilis, quam ibi adfert Aristoteles, potest necessario conuenire, quòd necessarium omnibus videatur, vt quidam sibi falsò persuaserunt. non enim videntur vim eius verbi satis intelligere. Nam verbum videri vsurpamus tantùm in rebus dubijs, & incertis; quod enim certum est non videtur; quis enim sanæ mentis diceret videri sibi hominem esse animal, & diẽ esse, cùm sol est in nostro hemisphærio? Vnde quod necessariũ est, quà necessarium nemini videtur. Ad hæc probabile Græcè dicitur ἔνδοξο quasi positum in opinione: sunt autem posita in opinione, non certa & necessaria, vt docet Aristoteles. 1. lib. de Demonstra. cap. 26. sed incerta. Quod etiam significauit Dauus ille Terẽtianus in Andria, vbi postquam demonstrauit multis argumentis nuptias illas dictas à sene non fuisse veras, tandem sic rogat Pamphilum. Num videntur conuenire hæc nuptijs? Pamp. non, opinor Daue. D. opinor narras, nõ rectè accipis, certa res est. Si igitur quod certum est, & necessarium non est positum in opinione, nec est appellandum ἔνδοξον.

De probatione per incommodum in secunda figura. Cap. 12.

ARGVMENTVM.

IN secunda figura omne genus quæstionis probatur per incommodum, si modo sumatur contradicens.

1 IN media verò, & vltima figura & hoc demõstratur. 2 Ponatur enim non omne b esse a, sumatur autem omne c esse a. Si igitur omne c est a, & non omne b est a, non omne b erit c: hoc verò impossibile; sit enim manifestum omne c esse b; quare falsum quod est positum: verum igitur omne b esse a. 3 Si autem cõtrarium constituatur ex hypothesi, ratiocinatio quidem erit, & impossibile; non tamen monstratur quod est propositũ: si enim nullum b est a, & omne c est a, nullum b erit c; hoc autem impossibile; quare falsum nullũ b esse a. Attamẽ nõ si hoc falsum, verũ est omne b est a. 4 Cùm autem aliquod b est a, ponatur nullũ b esse a, omne verò c sit a, necessariò igitur efficitur nullum b esse c: vnde si hoc impossibile, necessariò sequitur aliquod b esse a. 5 Si autem statuatur ex hypothesi aliquod b nõ esse a, eadẽ accidẽt, quæ in prima figura.

1 *AT verò in secunda, & tertia figura & hæc quæstio uniuersa affirmans, & reliquæ omnes probãtur per incommodum.* 2 *Primùm uniuersa affirmans sic monstratur in secunda figura. Sit quæstio probãda omnem arborem uiuere, sumatur contradicens non omnem arborem uiuere, cui præponatur propositio manifestè uera, ex qua ita ratiocinemur: quidquid alitur, & crescit, uiuit, non omnis arbor uiuit, ergo non omnis arbor alitur & crescit; hoc autem impossibile; ergo assumptio falsa, non omnis arbor uiuit: quare uerum contradicens, omnis arbor uiuit.* 3 *Si verò sumatur contrarium, nulla arbor uiuit, fiet quidem recta ratiocinatio, & sequetur incommodum & impossibile, nõ tamen probabitur quæstio proposita. Vt si ita ratiocinemur; quidquid alitur, & crescit, uiuit, nulla arbor uiuit, ergo nulla arbor alitur, & crescit, hoc autem impossibile, ergo falsa assumptio, nulla arbor uiuit; non tamen inde sequitur contrarium esse uerum, omnis arbor uiuit, quia contraria possunt simul esse falsa.* 4 *Quæstio verò particularis affirmans, ut quoddam corpus uiuit, probabitur sumpto contradicente, nullum corpus uiuit; atque ita ratiocinabimur: omne animal uiuit, nullum corpus uiuit, ergo nullum corpus est animal: hoc autem impossibile, ergo assumptio falsa, nullum corpus uiuit: quare contradicens uerum, aliquod corpus uiuit.* 5 *Si autem ex hypothesi sumatur subcontrarium, quoddam corpus uiuit, nõ demonstrabitur quæstio, quemadmodum nec*

A.viuere. B.arbor. C.ali,& crescere.

A.viuere. B.corpus. C.animal.

6 Rursus ponatur aliquod b esse a, nullum autem c sit a, necessariò igitur efficitur aliquod b nõ esse c: atqui omne b erat c; vnde falsum quod est constitutum; nullum igitur b erit a. 7 Cùm autem monstrandũ est non omne b esse a, ponatur omne b esse a, nullum autem c esse a, necessariò igitur efficitur nullum b esse c: hoc autem impossibile, quare verum erat non omne b esse a. Perspicuum igitur est omnes ratiocinationes fieri per mediam figurã.

dum nec in prima: nam aut nulla fiet ratiocinatio, si cum eo sumatur alterum pronuntiatum particulare; aut si fiat sumpto pronuntiato uniuerso, non sequetur impossibile propter hypothesim, cùm subcontraria simul reperiantur uera. 6 *Vniuersa negans, ut nullum animal est immortale, probatur sumpto contradicente cum aliqua propositione manifestè uera; ut nullum genitum est immortale, aliquod animal est immortale, ergo aliquod animal nõ est genitum; hoc autẽ falsum, nam omne animal est genitum, igitur falsa assumptio; unde uerũ contradicens, nullũ animal est immortale.* 7 *Ad extremũ quæstio particularis negans, ut aliquod album nõ est animal, probatur sumpto cõtradicẽte cũ aliqua propositione manifestè uera. Vt nulla nix est animal, omne album est animal, ergo nullum album est nix: hoc autem manifestè falsum, igitur assumptio falsa, omne album est animal, unde uerum erat contradicens, aliquod album non est animal. Itaque in secunda figura omnes quæstiones probantur per incommodum.*

A.immortale. B.animal. C.genitũ.

A.animal. B.album. C.nix.

De probatione per incommodum in tertia figura. Cap. 13.

ARGVMENTVM.

OMnis etiam quæstio probatur per incommodum in tertia figura, dũmodo sumatur contradicens.

1 IAdem etiam ratione per vltimam figurã: ponatur enim aliquod b nõ esse a, omne verò b esse c, igitur aliquod c nõ erit a; si igitur hoc impossibile, falsum est aliquod b non esse a: quare verum erat omne b esse a. 2 Si autem pona-

1 *SImili quoque ratione in tertia figura probatur per incommodum omnis quæstio. Primùm uniuersa affirmans, ut omnis iustitia est bona, sumpto cõtradicente cum aliqua assumptione manifestè uera. Vt quædã iustitia nõ est bona, omnis iustitia est uirtus, ergo aliqua uirtus non est bona: hoc autẽ impossibile, ergo propositio falsa, aliqua iustitia non est bona; unde uerum contradicens, omnis iustitia est bona.* 2 *Si verò sumatur ex hypothesi contrariũ, ut nulla iu-*

A. bonum. B.iustitia. C.virtus.

tur nullum b esse a, ratiocinatio quidem erit, & impossibile, non tamen monstratur quod est propositum: si enim cõtrarium ponatur ex hypothesi, eadem accident, quæ in superioribus. 3 Sed ad demonstrandum aliquod b esse a hæc est sumenda hypothesis; si enim nullum b est a, & aliquod b est c, aliquod c nõ erit a: si igitur hoc falsum, verum erat aliquod b esse a. 4 Cùm autẽ nullũ b est a, ponatur aliquod b esse a; sumatur verò omne b esse c, quare necessariò efficitur aliquod c esse a; atqui nullum c erat a, falsum igitur aliquod b esse a. 5 Si autem ponatur omne b esse a, non mostratur quod est propositum. 6 Sed ad demonstrandum non omne b esse a, hæc est sumẽda hypothesis; si enim omne b est a, & aliquod b est c, aliquod c erit a: hoc autem non ita erat, vnde falsum omne b esse a; quòd si ita est, verum erat non omne b esse a. 7 Si autem ponatur aliquod b esse a, eadem accident, quę in superioribus. Vnde perspicuũ est in omnibus ratiocinationibus per incommodum & impossibile esse statuendum ex hypothesi cõ

stitia est bona, efficietur quidem ratiocinatio concludens incommodum; non tamẽ probabitur quæstio, quemadmodũ ostensum est in superioribus figuris, quia contraria simul possunt esse falsa. 3 Sed huiusmodi hypothesis, scilicet uniuersa negans sumetur ad probandam quæstionem particularem affirmantem, ut si probandum sit aliquem habitum esse bonum, sumetur cõtradicens cum assumptione manifestè uera, ut nullus habitus est bonus, aliquis habitus est uirtus, igitur aliqua uirtus non est bona; hoc aũt falsum, ergo falsa propositio: unde cõtradicens uerum, aliquis habitus est bonus. 4 Quæstio uniuersa negans, ut nulla uirtus est fugienda probabitur sumpto contradicente cum aliqua assumptione uera: Vt aliqua uirtus est fugienda, omnis uirtus est bona, ergo aliquod bonum est fugiendum: hoc autem falsum, nullum enim bonum est fugiendũ, ergo falsa illa propositio, aliqua uirtus est fugienda, quare contradicens uerum. 5 Quòd si sumatur contrarium, omnis uirtus est fugienda, non probabitur quæstio proposita; quia cõtraria simul reperiuntur falsa. 6 Sed huiusmodi hypothesis sumẽda est ad probandam quæstionem particularem negantem, ut non omne nigrũ esse animal, sumetur enim cõtradicens cũ assumptione uera. Vt omne nigrũ est animal, aliquod nigrũ est pix, ergo aliqua pix est animal: atqui nulla pix est animal, ergo falsa propositio, omne nigrũ est animal, quare cõtradicens uerũ. 7 Si tamẽ sumatur subcontrariũ, ut aliquod nigrum est animal, nõ probabitur quæstio, quemadmodum neque in superioribus figuris, quoniam aut nõ fiet ratiocinatio,

A. bonum. B. habitus. C. virtus.

A. fugiẽdũ. B. virtus. C. bonum.

A. animal. B. nigrum. C. pix.

tradicens. 8 Manifestum autẽ est in media figura mõstrari quæstionem affirmantem, & in vltima vniuersam.

natio, aut non accidet impossibile propter hypothesim, cùm subcontraria simul reperiãtur uera. Quapropter in omnibus huiusmodi ratiocinationibus, quæ ducunt ad incommodum, & impossibile, est accipiendum contradicens per hypothesim. 8 Constat autem per incommodum probari quæstionem affirmantem in secũda figura, cum ratiocinatione directa tãtùm monstretur negãs; & in tertia figura quæstionem uniuersam, cum directò tantùm cõcludatur particularis. Causa est, quia hac uia non probantur quæstiones per se, sed ex accidente.

Quemadmodum differant Demonstratio ducens ad incommodum, & directa. Cap. 14.

ARGVMENTVM.

COmparantur Demonstratio ducens ad incommodum, & directa inter se, & docetur quidquid probatur per incommodũ probari directò, quamuis non in eadem figura, idque explicatur in singulis figuris.

1 DIffert autem demõstratio, quæ ducit ad incommodũ & impossibile ab ea, quę directò rẽ probat, quòd illa ponit quod vult euertere ducens in confessum mẽdacium: directa verò à sumptionibus confessis, & veris initiũ ducit. 2 Sumunt igitur ambæ duo pronuntiata confessa: verum hæc sumit ea, ex quibus est ratiocinatio: illa verò vnum quidem ex his; alterum

* VBi satis explicatum est quemadmodum fiat ratiocinatio ducens ad incõmodum in quaque figura, sequitur eã conferamus cum directa ratiocinatione, quæ recta uia probat propositam quæstionem; atque intelligendum est nos conferre præcipuè eas ratiocinationes, quæ sunt demonstrationes. Primùm tribus potißimùm differentijs separantur inuicem, quarũ duæ petuntur ex parte sumptionum, tertia ex parte conclusionum. 1 Prima differentia est, Demõstratio ducens ad incommodum priùs ponit falsam hypothesim, quæ euertenda est, per quam ducitur aduersarius in id, quod est manifestè falsum: directa verò falsam hypothesim non ponit, sed statim ducit initium ex ueris, & confeßis sumptionibus, quibus probet propositam quæstionem. 2 Secũda differentia, ambæ ratiocinationes sumunt pronuntiata concessa: tamen differunt, quòd demõstratio directa sumit ambo pronuntiata uera, ex cuiusmodi pronuntiatis con-

cõclusionis cõtradicens. 3 Atq; hîc quidẽ nõ est necesse notam esse cõclusionẽ, neq; existimare priùs esse, aut nõ esse: illîc verò necesse est existimetur nõ esse. 4 Nihil tamẽ refert sit ne affirmãs, an negãs cõclusio, sed eandẽ habet in vtrisq; rationem. 5 Quidquid enim directò cõcluditur, per incommodũ etiã monstrabitur; & quod per incommodũ, directò, atq; per eosdẽ terminos, non tamẽ in eisdẽ figuris. 6 Nam cùm ratiocinatio per incommodum efficitur in prima figura, quod verũ est colligetur aut in media, aut in vltima: negans quidẽ in media, affirmãs aũt in vltima. Cùm aũt in media fuerit ratiocinatio, quod verum est cõcludetur in prima, idq; in omnibus quæstionibus. Cùm verò in vltima est ratiocinatio, quod verum est in prima, & media colligitur; affirmantes quidem quæstiones in prima, negantes autem in media. 7 Sit enim probatum nullum b, aut non omne b esse a per primam figuram;

De prima figurâ.

stare potest demonstratio, non ex falsis: quæ autem ducit ad incommodum unum tantùm sumit uerum, alterum falsum, quod est contradicens propositæ quæstionis. 3 *Tertia differentia ex parte conclusionum est; in directa demonstratione non est necesse nouisse prius conclusionem, atque existimare esse ueram, aut falsam; sed prius sumuntur pronuntiata, deinde colligitur conclusio: at in ea, quæ ducit ad incommodum priùs oportet sumptam conclusionem constituere esse falsam ex hypothesi, & eius contradicentem enuntiationem ueram.* 4 *Esse tamen conclusionem affirmantem, aut negantem nullam adfert ipsis differentiam, sed conueniunt hac parte, cùm in utrisque reperiatur tum affirmans, tum negãs conclusio.* 5 *Nam omnis quæstio, quæ directa demonstratione cõcluditur, probatur etiam per incommodum: & cõtrà, omnis, quæ probatur per incommodũ, monstratur demonstratione directa per eosdem terminos, quamuis non in eadẽ figura.* 6 *Cùm enim ratiocinatio per incommodum efficitur in prima figura, ratiocinatio directa, quæ concludit ipsam ueram conclusionem, efficitur in secunda figura, quæ est negans, & in tertia, quæ est affirmans: sic enim commodiùs efficitur probatio, quamuis aliter fieri possit. Si autem per incommodum fiat in secunda figura, directa sit in prima, tam affirmans, quàm negans. Demum cùm per incommodum probatur aliquid in tertia figura, ratiocinatio directa ueram colligens quæstionem efficitur in prima, si affirmãs sit, & in secunda, si sit negans. Atque in omnibus una est communis ratio, cùm scilicet ex uera sumptione ratiocinationis per incommodũ, & ex contradicente falsæ cõclusionis eiusdem ratiocinationis, colligitur quæstio proposita.* 7 *Sed iam id experiamur in singulis figuris. In prima igitur figura sit probata quæstio uniuersa negãs per incommodum, ut nullũ animal est immortale, statuebatur ex hypothesi contradicens, aliquod animal est immortale, sumebatur autem pronuntiatum manifestè uerum, omne immortale esse ingenitum; tum etiã nullum animal esse ingenitum. Sic ergo fiebat probatio per incommodum, omne immortale est ingenitum, aliquod animal est immortale, ergo aliquod animal est ingenitũ, hoc autem falsum, cùm contradicens sumptum sit manifestè uerum, igitur assumptio falsa, unde contradicens uerum, nullum animal est immortale.* 8 *At uerò ex contradicente falsæ conclusionis, & eadem propositione concludetur hæc conclusio uera in secunda figura ratione directa: omne immortale est ingenitum, nullũ animal est ingenitũ, ergo nullum animal est immortale.* 9 *Simili ratione quæstio particularis negãs, ut aliquod albũ nõ est animal, probabatur per incõmodũ in prima figura posita hypothesi cõtradicente, omne albũ est animal, & sumpto pronũtiato manifestè uero omne animal sentit, tum etiã aliquod albũ nõ sentit. Vt omne animal sentit, omne albũ est animal, ergo omne albũ sentit; quod falsum est, cùm cõtradicẽs sit manifestè uerũ, aliquod albũ nõ sentit. Ex quo cum eadẽ propositione fit demõstratio directa in secunda figura, omne animal sentit, aliquod albũ nõ sentit, ergo aliquod albũ nõ est animal.* 10 *Eadẽ quæstio probari potest si sumatur propositio negans, ut nullũ animal est nix, omne albũ est animal, ergo nullum album est nix, quod est falsum. Directò in secũda figura, nullum animal est nix, aliquod album est nix, ergo aliquod album non est animal.*

Vide supra lib. 1. cap. 30

A. immortale. B. animal. C. ingenitũ.

A. animal. B. album. C. sentire.

A. animal. B. album. C. nix.

erat igitur hypothesis aliquod b esse a, sumebatur autem omne a esse c, & nullũ b esse c: sic enim efficiebatur ratiocinatio, & impossibile. 8 Hæc autem media figura, si omne quidem a est c, & nullum b est c, vnde manifestum ex his est nullum b esse a. 9 Similis est ratio, si demonstratum sit non omne b esse a: nam hypothesis erat omne b esse a, sumebatur autem omne a esse c, & non omne b esse c. 10 Eadem est ratio si negans sumatur pronuntiatum c a, nam sic etiam efficitur prima figura. 11 Rursus monstratum sit aliquod b esse a, hypothesis quidem erat nullum b esse a, sumebatur autẽ omne c esse b, atque omne c, aut aliquod c esse a, sic enim erit impossibile. 12 Hæc autem est vltima figura, si o-

11 Demum quæstio particularis affirmans, ut aliquod album est animal, ostendebatur incommodo posita contradicente hypothesi, nullum album est animal, atque sumpto pronuntiato manifestè uerò, omnis cygnus est albus, tum etiam omnis, aut aliquis cygnus est animal, hoc modo, nullum albũ est animal, omnis cygnus est albus, ergo nullus cygnus est animal, quod falsum est. 12 *Ex huius igitur cõtradicente, cum eadẽ assũptione, probabitur quæstio directò in tertia figura.*

A. animal. B. album. C. cygnus.

ut

mne c est a,& omne c est b,atque manifestum est ex his necessa-
riò effici aliquod b esse c. 13 Eadem est ratio si sumatur aliquod
De secunda figura. c esse b,aut aliquod c esse a. 14 Rursus in media figura mõstra-
tum sit omne b esse a,hypothesis igitur erat, non omne b esse a;
sumptum est autem omne c esse a,& omne b esse c, sic enim erit
impossibile. 15 Hęc autem prima figura,si omne c est a,& omne
b est c. 16 Similiter si demonstratum sit aliquod b esse a,hypo
thesis enim erat nullum b esse a,sumptum est autẽ omne c esse a,
& aliquod b esse c. 17 Si verò negans sit ratiocinatio,hypothe-
sis quidem erat aliquod b esse a;sumptum autem fuit nullũ c esse
a,& omne b esse c. 18 Itaque efficitur prima figura.

ut omnis cygnus est animal,omnis cygnus est albus, ergo aliquod album est ani-
mal. 13 Eadem conclusio colligetur,si propositio sumatur particularis, aut as-
sumptio. 14 Deinde omnis quæstio,quæ probatur per incommodũ in secũda fi
gura,probatur directò in prima figura,sumpta eadem propositione uera,& cõ-
tradicente falsæ cõclusionis loco assumptionis. Exempli causa demonstrabatur
A.viuere. *omnem plantam uiuere,sumpta hypothesi contradicente,aliqua plãta nõ uiuit,*
B. planta. *& sumpto pronuntiato uero,quidquid alitur, & crescit,uiuit;tum etiam omnẽ*
C ali, & cre *plantam ali & crescere hoc modo; quidquid alitur, & crescit, uiuit, ali-*
scere. *qua planta non uiuit,ergo aliqua planta non alitur,nec crescit;quod falsum est.*
15 Ex huius igitur cõtradicente cum eadem propositione,probatur quæstio di-
rectò in prima figura;ut quidquid alitur,& crescit,uiuit:omnis plãta alitur &
crescit,ergo omnis plãta uiuit. 16 Tum quæstio particularis affirmans, ut ali-
A. animal. *quod albũ est animal,mostrabatur in secũda figura posita hypothesi cõtradicẽ-*
B. album. *te,nullũ albũ est animal,& sumpto pronuntiato uero,omnis cygnus est animal,*
C. cygnus. *tum etiã aliquod albũ esse cygnũ,hoc modo,omnis cygnus est animal,nullũ albũ*
est animal,ergo nullũ albũ est cygnus,quod est falsum. Ex huius igitur contradi-
cente,& eadẽ propositione fiet demonstratio directa in prima figura, omnis cy-
gnus est animal,aliquod albũ est cygnus, ergo aliquod albũ est animal. 17 De-
A.immor- *inde quæstio uniuersa negãs,ut nullũ animal est immortale,monstrabatur in secũ*
tale. *da figura posita hypothesi contradicẽte,aliquod animal est immortale, & sum-*
B.animal. *pto uero pronuntiato,nullum genitum est immortale, tum etiam omne animal*
C.genitũ. *est genitum;hoc modo,nullum genitum est immortale,aliquod animal est immor*
tale,ergo aliquod animal non est genitum, quod est falsum. 18 Igitur ex huius
contradicente cum eadem propositione fit demonstratio directa in prima figu-
ra,nullum genitum est immortale,omne animal est genitum, ergo nullum ani-
mal est immortale.

19 Tandem

19 Eadem est ratio si non sit vniuersa ratiocinatio, sed demõstra-
tum sit aliquod b non esse a:hypothesis enim erat omne b esse a,
sumptum autem fuit nullum c esse a,& aliquod b esse c; sic enim
prima figura. 20 Rursus in tertia figura monstratum sit omne b
esse a,hypothesis igitur erat non omne b esse a, sumptum autem
fuit omne b esse c,atq; omne c esse a, sic enim erit incommodũ,
& impossibile: 21 hæc autem prima figura. 22 Eadem est ra-
tio si in parte sit demonstratio;hypothesis enim erit nullum b esse
a,sumptum autem fuit aliquod b esse c, & omne c esse a. 23 Si
verò negans sit ratiocinatio, hypothesis quidem est aliquod b es-
se a;sumptum autem fuit nullum a esse c,& omne b esse c:

De tertia figura.

19 Tandem quæstio particularis negans,ut aliquod albũ non esse animal,mõ-
strabatur incommodo posita hypothesi contradicente, omne album est animal,
A.animal. *& sumpto uero pronuntiato,nulla nix est animal,& aliquod album est nix;hoc*
B. album. *modo,nulla nix est animal, omne album est animal, ergo nullum album est nix,*
C. nix. *quod est falsum. Igitur ex huius contradicente cum eadem propositione fit de-*
monstratio directa in prima figura,ut nulla nix est animal,aliquod albũ est nix,
ergo aliquod album non est animal. 20 Ad extremum quod probatur per in-
commodum in tertia figura,si sit affirmãs, probatur directò in prima figura:ut
quæstio uniuersa affirmans, qualis est omnis planta uiuit,monstrabatur in ter-
tia figura posita hypothesi contradicente, aliqua planta non uiuit, & sumpto
A.viuere. *uero pronuntiato;omnis planta alitur, tum etiam omne quod alitur uiuit, hoc*
B. planta. *modo:aliqua planta non uiuit,omnis planta alitur,ergo aliquid quod alitur nõ*
C.ali. *uiuit,quod falsum est: 21 sumpto igitur huius contradicente loco propositio-*
nis cum eadem assumptione fiet demonstratio directa in prima figura, colligens
propositam quæstionem: quidquid alitur uiuit,omnis planta alitur,ergo omnis
planta uiuit. 22 Similis est ratio si monstretur quæstio particularis affirmans,
ut aliquod album est animal,hypothesis cõtradicens erit, nullum album est ani-
mal, sumuntur autem pronũtiata manifestè uera;aliquod album est cygnus, &
A. animal. *omnis cygnus est animal;ut nullum album est animal,aliquod album est cygnus,*
B. album. *igitur aliquis cygnus non est animal,quod est falsum. Ex huius igitur contradi-*
C.cygnus. *cente cum eadẽ assumptione fiet ratiocinatio directa in prima figura; ut omnis*
cygnus est animal,aliquod album est cygnus, ergo aliquod album est animal. 23
Quæstio uerò negãs quæ mõstratur incõmodo in tertia figura probatur directò
in secũda,ut uniuersa negãs,quemadmodũ nullũ animal est immortale,mõstratur
incõmodo posita hypothesi cõtradicente,aliquod animal est immortale,& sum-
A.immortale. *ptis ueris pronũtiatis,nullũ immortale est genitum,& omne animal est genitũ,*
B.animal. C.genitum.

Eee hoc:

24 hæc autem media figura. 25 Similis est ratio si non sit vniuersa demonstratio; hypothesis enim erit omne b esse a, sumptum aut tem fuit nullum a esse c, & aliquod b esse c: 26 hæc autem media figura. 27 Perspicuum igitur est vnãquamque quæstionẽ ex eisdem terminis monstrari posse directò, & per incommodum. 28 Simili quoque ratione licebit, cùm sint directæ ratiocinationes, ad incommodum eas conuertere in ijs, qui sumpti sunt termini, si contradicens pronuntiatum in conclusione sumatur; efficiuntur enim eædem ratiocinationes cum ijs, quæ fiunt per reciprocationem. Vnde statim habemus figuras, per quas vnaquæque quæstio concludatur. 29 Manifestum igitur est omnem quæstionem vtraque via probari, tum per incommodũ & impossibile, tum recta ratione, nec posse alteram viam ab altera separari.

hoc modo, omne animal est genitum, aliquod animal est immortale, ergo aliquod immortale est genitũ, quod est falsum. 24 At uerò ex huius contradicente loco propositionis, & sumpta eadem propositione loco assũptionis, fiet demonstratio directa in secunda figura, ut nullum immortale est genitum, omne animal est genitum, ergo nullũ animal est immortale. 25 Tandem quæstio particularis negãs, ut aliquod album non est animal, monstratur incommodo posita hypothesi contradicente, omne album est animal, & sumptis ueris pronuntiatis, nullum animal est nix, & aliquod album est nix; hoc modo, aliquod album est nix, omne album est animal, ergo aliquod animal est nix. 26 Igitur ex huius contradicẽte loco propositionis, & eadem propositione, fiet directa ratio in secũda figura; ut nullum animal est nix, aliquod album est nix, ergo aliquod album non est animal. Possunt etiam quæstiones negantes directò probari in prima figura, si termini aliter disponantur. 27 Constat igitur omnem quæstionem ex eisdem omnino terminis demonstrari demonstratione directa, & per incommodum. 28 Licet etiam contrà, cùm aliquid probatum fuerit ratiocinatione directa, idẽ per incommodum probare ex eisdem terminis: quod fiet sumpto contradicente conclusionis cum altera sumptione uera; efficitur enim ratiocinatio, qualem docuimus superiùs fieri per reciprocationem. Atque hac ratione statim habemus figuram, in qua unaquæq; quæstio cõcludatur quauis ratione ex his duabus. 29 Denique perspicuum est ex hac disputatione omnem quæstionem probari utroq; modo, directò scilicet, & per incõmodum, nec posse alterum modũ probandi ab altero separari.

A. animal.
B. album.
C. nix.

Dera-

De ratiocinatione ex oppositis. Cap. 15.

ARGVMENTVM.

Docetur primò quot sint genera oppositorum pronũtiatorum, deinde in prima figura nullam fieri ratiocinationem ex oppositis pronuntiatis.

1 IN qua verò figura liceat ex oppositis pronũtiatis ratiocinari, & in qua non liceat, hoc pacto fiet manifestum. 2 Dico autem opposita pronũtiata in voce quidẽ quatuor esse, scilicet omne, & nullum; omne, & non omne; aliquod, & nullum; aliquod, & nõ aliquod: at reuera tria esse; nam aliquod, & non aliquod voce tantùm opponuntur. 3 Atque ex his contraria quidem esse vniuersa, omne, & nullum esse; vt omnem scientiã esse bonam, & nullam scientiam esse bonam, cætera verò contradicen-

* *SExta & postrema facultas est, qua fit ratiocinatio ex oppositis; ea uerò est, quæ constat ex oppositis sumptionibus, ex quibus colligitur eõclusio, in qua idem de se ipso negatur. 1 Sed quò faciliùs intelligamus, qua ratione efficiatur huiusmodi ratiocinatio, & in quibus figuris, explicandum priùs est quot sint genera oppositorum pronuntiatorum. 2 Quatuor sunt igitur genera oppositorum pronuntiatorum, si uocem spectemus, cõtraria, ut omnis homo est albus, & nullus homo est albus; duplicia contradicentia, ut omnis homo est albus, & non omnis homo est albus; tum nullus homo est albus, & aliquis homo est albus; & subcontraria, aliquis homo est albus, & aliquis homo non est albus. Tamen reuera tria sunt tantùm, contraria, & duplicia cõtradicentia; nam subcõtraria uoce tantùm opponuntur, non re ipsa, cùm simul uera reperiantur. 3 Ex his uerò cõtraria sunt ambo uniuersa, ut omnis homo est albus, nullus homo est albus; omnis scientia est bona, nulla scientia est bona: alia dicuntur contradicentia, quorum unum est uniuersum, alterum particulare. Præterea duplicia sunt opposita pronuntiata, altera actu & reuera, quæ constat eisdem terminis uoce, & significatione; qualia sunt, quæ exposuimus: altera potestate solùm, quæ non constant eisdem terminis uoce, sed tantùm significatione: idq; accidit duobus modis, uno cùm termini uoce sunt diuersi, sed rem omnino eãdem declarant; ut omnis uoluptas est bona, nulla lætitia est bona; altero modo, cùm in uno pronũtiato sumitur genus in altero eius species; ut omnis scientia est bona, nulla medicina est bona. Hæc enim contradicẽtia sunt potestate, nam qui dicit nullam medicinam esse bonam, dicit aliquam scientiam non esse bonam.*

tia. 4 In prima igitur figura non est ex oppositis pronũtiatis ratiocinatio, nec affirmans, neque negans. Affirmans quidem, quoniã ambo pronũtiata affirmantia esse oportet: opposita verò sunt affirmatio, & negatio. 5 Negans verò, quoniam opposita pronuntiata idem de eodem affirmãt, & negant: atqui in prima figura mediũ non dicitur de vtrisque, sed de ipso aliud negatur, ipsum autem de alio affirmatur, cuiusmodi pronuntiata non opponuntur.

4 His ita præmonitis doceamus iam quo modo, & in quibus figuris efficiatur ratiocinatio ex oppositis. Primùm igitur in prima figura nulla fit huiusmodi ratiocinatio, nec affirmans, neque negans: non affirmans, quia constat ambabus sumptionibus affirmantibus: ex oppositis uerò pronuntiatis unum est affirmãs, alterum negans. 5 Neque negans, quia in prima figura medium in propositione est subiectum, de quo negatur attributum maius extremum, & in assumptione est attributum, quod affirmatur de minori extremo: in oppositis uerò pronũtiatis idem est in utrisque subiectum, & attributum.

Scholium in cap. 15.

3 *AEtera verò contradicentia, &c.) Græca habẽt τὰς δὲ ἄλλας ἀντικειμένας, id est, cætera pronũtiata sunt opposita; sed ambiguum est hoc nomen apud Aristotelem, interdum enim opposita nomen est generis, dicunturque opposita quæcunque aliquo genere oppositionis repugnant; vt in vltima sectione categoriarum, in lib. de Interpretatione, in principio huius capitis: interdũ verò opposita dicuntur sola contradicẽtia, vt in hoc loco, & suprà hoc lib. vbi disputatur de reciprocatione ratiocinationis. Existimo opposita significare contradicentia κατ' ἐξοχήν, quòd hæc maximè sint opposita.*

De ratiocinatione ex oppositis in secũda figura. Cap. 16.

ARGVMENTVM.

IN secunda figura fit ratiocinatio ex oppositis pronuntiatis tam contrarijs, quàm contradicentibus: tum actu, tum potestate.

1 In me-

1 IN media verò figura, tùm ex contradicentibus, tum ex contrarijs fieri potest ratiocinatio; fit enim bonum loco ipsius a, scientia verò loco b, & c; si quidem sumpsit omnem scientiam, & nullam scientiam esse bonam, omne b est a, & nullum c est a; vnde nullũ c est b: nulla igitur scientia est scientia. 2 Eadem est ratio si vbi sumpsit omnem scientiam esse bonam, sumat medicinam nõ esse bonam, nam omne b est a, & nullum c est a; vnde quædam scientia non erit scientia. 3 Atq; si omne c est a, & nullum b est a. Est autem b scientia, c medicina, a opinio. Vbi enim sumpsit nullam scientiã esse opinionẽ, sumpsit deinde aliquam scientiam esse opinionem. 4 Differt autem à præcedente eò, quòd in terminis reciprocetur: priùs enim ad b, nunc autem ad c adhibetur affirmatio. 5 Eadem ast ratio si nõ sit vniuersum alterum pronũtiatum: semper enim medium est quod de altero negatur, & de altero affirmatur, vnde accidit opposita concludi; 6 non tamẽ semper nec omnino, sed cùm talia sunt, quæ sub medio continentur, vt aut eadem sint, aut vt totum ad partem: aliter verò id fieri non potest, neque enim pronuntiata erunt vllo pacto contraria, nec contradicentia.

A. medium.
B. maius extremum.
C. minus.

1 Sed in secunda figura fit huiusmodi ratiocinatio ex oppositis pronuntiatis, unde sequitur conclusio, in qua idem de seipso negatur. Primùm ex contrarijs; ut omnis scientia est bona, nulla scientia est bona, ergo nulla scientia est scientia. 2 Tum ex cõtradicentibus potestate; ut omnis scientia est bona, nulla medicina est bona, ergo aliqua scientia non est scientia. Sequitur hæc conclusio ex his sumptionibus, quia qui dicit nullam medicinam esse bonam, sumit aliquam scientiam non esse bonam. 3 Tum etiam si propositio sumatur negans, ut nulla scientia est opinio, omnis medicina est opinio, ergo aliqua scientia non est scientia. Nam qui dicit omnem medicinã esse opinionem, sumit aliquam scientiam esse opinionem. 4 Differt hæc ratiocinatio à præcedente eò quòd in illa propositio est affirmans, & assumptio negans: in hac contrà propositio est negans, & assumptio affirmans. 5 Eadem erit ratio si alterum pronuntiatum sit particulare; ut omnis scientia est bona, aliqua scientia non est bona, ergo aliqua scientia non est scientia. In his omnibus medium est, quod de altero extremo negatur, & de altero affirmatur: unde colligũtur opposita hoc ipso, quod idem de ipso negatur. 6 Non tamen semper, nec quauis ratione colliguntur huiusmodi opposita, sed cùm ea, quæ sumuntur sub medio aut eadem sunt omnino uo-

ce, & significatione, aut saltem significatione, ut uoluptas, & letitia: aut alterum est genus, alterum species, ut scientia, & medicina. Aliter enim ipsæ sumptiones nec erunt contrariæ, nec contradicentes, unde non colligentur opposita.

De ratiocinatione ex oppositis in tertia figura. Cap. 17.

ARGVMENTVM.

DOcetur primùm in tertia figura, in modis affirmantibus non fieri ratiocinationem ex oppositis pronuntiatis, sed in negantibus solùm: deinde explicantur quatuor theoremata.

1 IN tertia autem figura nunquam ex oppositis pronũtiatis efficietur affirmãs ratiocinatio propter causam explicatam in prima figura: negans verò efficietur, siue vniuersè, siue non vniuersè termini sumantur.

B. maius extremum. C. minus. A. medium. 2 Sit enim scientia loco ipsius b, & c, medicina loco ipsius a. Si igitur sumpserit omnem medicinam esse scientiam, & nullam medicinam esse scientiam, is quidem sumpsit omne a esse b; & nullum a esse c, vnde aliqua scientia non erit scientia. 3 Similis est etiã ratio si non sumatur vniuersum pronuntiatũ a b: si enim aliqua medicina est scientia, & rursus nulla medicina est scientia, consequitur aliquam scientiam non esse scientiam. Cùm termini sumuntur vniuersè, sunt pronuntiata contraria: cùm autem alter ex parte,

1

IN tertia verò figura in modis affirmantibus non fit ratiocinatio ex oppositis pronuntiatis, propter causam explicatam in prima figura, quia ex oppositis, ut diximus, unum affirmat, alterum negat: in modis negantibus efficitur, siue ambæ sumptiones sint uniuersæ: siue una uniuersa, altera ex parte. 2 Primum ex cõtrarijs, ut omnis medicina est scientia, nulla medicina est scientia, ergo aliqua scientia non est scientia. 3 Tum ex contradicentibus; ut aliqua medicina est scientia, nulla medicina est scientia, igitur aliqua scientia non est scientia. Cùm enim ambo pronuntiata sumuntur uniuersa, sunt contraria: cùm verò alterum est particulare, sunt contradicentia. Ratiocinatio ex oppositis est quidem argumentatio necessaria; quia nititur ui oppositionis, non tamen est perfecta ratiocinatio; tum quia nõ constat tribus terminis re uera distinctis, sed duobus, præsertim si sit ex oppositis actu; tum quia non potest reuocari ad primam figuram, ut per eam probetur. Est utilis hæc ratiocinatio præcipuè Dialectico, & ei, qui de aliquo periculum fumit, ut possit eum cõuincere; nam si respondens admittat opposita pronuntiata, hac ratiocinatione ducetur in illud absurdum,

Digressio.

ut concedat idem de seipso negari. 4 Verumtamẽ duobus modis sumi possunt opposita pronuntiata, ut anteà diximus, uno modo apertè, & actu opposita, ut omnem scientiam esse bonam, nullam scientiam esse bonam; altero non apertè, nec opposita actu, sed potestate, ut cùm sumũtur diuersa nomina idem omnino significãtia, ut omnis uoluptas est bona, nulla Letitia est bona, uel cùm sumũtur genus, & species, quemadmodum superiùs explicatum est, ex quibus colligitur conclusio, in qua idem de seipso negatur; aut alia quauis ratione sumuntur occultè opposita pronuntiata, qua occultetur colligenda conclusio: de qua ratione occultandi conclusionem disputatur octauo Topico. Hæc secunda ratio colligendi ex oppositis multò est accommodatior ad disputandum, quàm prima; nemo enim est tam stupidus, & à sensu cõmuni tam alienus, qui cõcedat quæ sunt actu, & apertè opposita. 5 Ex tota hac disputatione colliguntur quatuor cõsectaria, & theoremata. Primum est; quia triplicia sunt opposita pronuntiata, ut anteà docuimus, ex his fiunt sex coniugationes transmutatis sumptionibus. Nam ex contrarijs oriuntur duæ: aut enim propositio est uniuersa affirmans, & assumptio uniuersa negans: aut contrà propositio negans, & assumptio affirmans. Ex duplicibus contradicentibus fiunt quatuor coniugationes: nã aut propositio est uniuersa affirmans, aut negans, & assumptio particularis affirmans, aut negans: aut cõtrà propositio particularis, & assumptio uniuersa: idq; tam in secunda figura, quàm tertia. Vnde in his ratiocinationibus in secunda figura propositio potest esse particularis, & in tertia assumptio negans. 6 Secundum consectarium, differt ratiocinatio ex oppositis ab ea, quæ constat ex falsis, quòd

tradicentia. 4 Est autem aduertendum posse opposita pronũtiata ita sumi, vt diximus, omnem scientiam esse bonam; & rursus nullam scientiam, aut aliquam non esse bonam, quod latere non solet. Licet verò ex alijs interrogationibus alterum cõcludere, aut etiã sumere pronuntiata, quemadmodũ in Topicis dictũ est. 5 Quoniam autem tres sunt affirmationum oppositiones, accidit sex modis sumere opposita, aut omne, & nullum; aut omne, & non omne; aut aliquod, & nullũ; & id in terminis reciprocare. Vt omne b esse a, & nullum c esse a; aut contrà omne c esse a, & nullum b esse a; aut omne quidem b esse a, & non omne c esse a, & rursus hoc reciprocare in terminis. Similis est ratio in tertia figura. Vnde perspicuum est quot modis, & in quibus figuris fieri possit ex oppositis pronuntiatis ratiocinatio. 6 Manifestum etiam est ex falsis verum concludi posse, quemadmodum in superioribus explicatũ

A. bonum. B, C. scientia.

Cap. 1.

Primum cõsectarium.

Secundum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

est: ex oppositis autem non posse. Semper enim ratiocinatio & cõclusio est ipsi rei contraria; vt si est bonum, non esse bonum, aut si est animal, non esse animal; propterea quòd ex contradictione est ratiocinatio, & termini subiecti aut ijdem sunt, aut alter est totũ, alter pars. 7 Constat etiã in vitiosis ratiocinationibus nihil prohibere quominus concludatur propositæ quæstionis oppositum, vt si quid sit impar, non esse impar: ex oppositis enim pronuntiatis contraria erat ratiocinatio: si igitur talia sumpseris, efficietur oppositum propositæ quęstionis. 8 Opportet autem intelligere nõ posse contraria ex vna ratiocinatione ita concludi, vt sit cõclusio, quæ dicat, quod non est bonum esse bonum, aut aliud huiusmodi, nisi statim tale pronũtiatum sumatur: vt omne animal esse album, & non esse album; hominem verò esse animal.

ex falsis potest sequi uerum, ut in superioribus dictum est; ex contrarijs non potest, causa est, quia cùm constet ex oppositis pronũtiatis aut actu, aut potestate, quia termini, qui sumuntur sub medio aut reuera ijdem sunt, aut alter est genus, alter species, sequitur conclusio, in qua idem de seipso negatur, ut bonum nõ esse bonum; cuiusmodi conclusio nullo modo potest esse uera. 7 *Tertium, per ratiocinationem uitiosam, ac sophisticam, qualis est, quæ sumit aliquod principium malè intellectum, possumus concludere contrarium, aut contradicens alicuius ueræ conclusionis. Quæ ratiocinatio sumit pronuntiata opposita pronuntiatis eius ratiocinationis, quæ concluserat ueram conclusionem. Vt si priùs demonstratum sit ternarium esse numerum imparem hac recta, & necessaria ratiocinatione; omnis numerus, qui nõ diuiditur in partes æquales est impar, ternarius non diuiditur in partes æquales, ergo ternarius est impar. Deinde colligatur huius oppositum per contraria pronuntiata ratiocinatione uitiosa. Omnis numerus, qui diuiditur in partes æquales non est impar, sed par; ternarius diuiditur in partes æquales, nempe in tres unitates, ergo ternarius non est impar. Sumitur hic principium malè intellectum: est enim sic intelligendum, omnis numerus, qui diuiditur in duas partes æquales non est impar, sed par.* 8 *Quartũ consectarium, & theorema; quia ratiocinatio ex oppositis sumit opposita pronuntiata, docendum est quemadmodum ea sumi possint cum aliqua probatione, quò faciliùs admittantur à respondente; quod tribus modis esse potest. Primo si ea concludatur una ratiocinatione, quo fieri non potest, nisi ipsa opposita sumantur in propositione, hoc modo; omne animal est album, & non est album; omnis homo est animal, ergo omnis homo est albus, & non est albus, concedetur autem*

Tertium.

Ternarius diuiditur in vnũ, & duo.

Quartum.

9 Sed aut assumi debet contradictio, vt omnem scientiã esse opinionem, & non opinionem; deinde sumere medicinam scientiam esse, nullam autem esse opinionem, quẽadmodum fiunt redargutiones; 10 aut ex duabus ratiocinationibus. Vt autem opposita sint reuera pronuntiata, quæ sumuntur, alia ratione, quàm hac fieri non potest, quemadmodum antèà dictum est.

autẽ eiusmodi propositio à respõdente, si una pars admittatur uno sensu, & altera altero sensu. 9 *Secũdus modus est, aut sumenda sunt opposita sine ulla probatione, ut fit in ratiocinatione ex oppositis; aut alterum est sumendum admissum ut hypothesis, nempe id quod uerum putatur, & alterum est probandum ratiocinatione. Vt si sumatur tanquam hypothesis, omnem scientiã esse opinionem, deinde probemus aliquam non esse opinionẽ hac ratiocinatione; nulla medicina est opinio, omnis medicina est scientia, ergo aliqua scientia non est opinio. Quemadmodum fieri solet in ratiocinatione redargutionis, ubi colligitur conclusio contradicens eius, quæ antèà admissa fuit à respondente.* 10 *Tertio modo sumi possunt per duas ratiocinationes, ut unum concludatur una ratiocinatione, alterum altera, quemadmodum in tertio theoremate explicatum est. Alijs modis non licet accipere pronuntiata uerè opposita. Hinc constat quid cõferat ratiocinatio ex oppositis: nam ubi respondens aut sua sponte concesserit aliquod pronuntiatum, aut quòd sit conclusum aliqua ratiocinatione; deinde interrogans alterum pronuntiatum oppositum concludat alia ratiocinatione, atque ui ratiocinationis admittatur à respondente; tum poterit interrogans ex duobus pronuntiatis oppositis, & admissis efficere ratiocinationem colligentẽ conclusionem, in qua idem de seipso negetur.*

De vitijs & impotentijs ratiocinationum sectio secunda.

De petitione eius, quod in principio. Cap. 18.

ARGVMENTVM.

TRaditur duplex definitio eius quod est petere quod in principio, vna communis, altera propria: & explicatur quẽadmodũ id fiat in singulis figuris, & modis.

* ABsolutis iam facultatibus ratiocinationũ, sequitur quædam uitia & impotentias, quæ in his contingunt explicemus, quorum uitiorum primum est petere quod est in principio, hoc est quæstionem initiò propositam ad demõstrandum.

1 PEtere verò & sumere quod est in principio, vt in genere dicam, in eo quidem positum est, quòd non demonstratur quod est propositum. 2 Hoc autẽ accidit multis modis. Nam & si omnino nõ cõcludatur; & si per ea, quæ ignotiora sunt, aut æquè ignota, & si per posteriora probetur quod prius est: Demonstratio enim ex credibilioribus, & prioribus constat. 3 Verùm nihil horum est petere quod à principio est propositũ. Sed quoniam alia per seipsa nata sunt cognosci, alia ex alijs: principia quidem per seipsa, quę sub principijs cõtinentur, ex alijs; 4 cùm id, quod non per seipsum cognobile est, per seipsum quispiam probare conatur, tum petit quod à principio est propositum. 5 Hoc autem ita fieri potest, vt statim quod est propositũ postuletur. 6 Potest etiã fieri vt ad res alias transgredientes, quę natæ sint per illa probari, per has demonstremus quod à principio

1 *Huius uitij & impotentiæ duæ tradi possunt definitiones, una generalis, nẽpe nõ demonstrare propositam quæstionem.* 2 *Quod tribus modis fieri potest, primo si nulla fiat ratiocinatio, sed sumatur quæstio probanda sine ulla probatione. aut certè inutilis efficiatur ratiocinatio: secũdo cùm probatur ignota quæstio per ea, quæ ignotiora sunt, aut æquè ignota; tertio cùm monstratur quod prius est per ea, quæ sunt posteriora: debet enim omnis demõstratio ex notioribus, & prioribus cõstare. Vnde qui ita probaret quæstionẽ perinde faceret, ac si postularet, ut quæstio, quã ipse esset demonstraturus, sibi cõcederetur, tanquam probata; & propterea dicitur petere quod in principio est propositũ.* 3 *Verũ hæc definitio nimis est communis: non enim quoties non probatur quæstio proposita, petitur, ut inferiùs dicetur: immo uerò nullius modus ex his explicatis est propriè petitio eius, quod in principio: unde alia est tradenda magis propria, & accommodata definitio. Sed priùs intelligendum est duplicia esse pronuntiata, alia quæ per seipsa nota sunt, nec per alia notiora demonstrãtur, qualia sunt prima principia; alia, quæ ex alijs cognoscuntur, & probantur, qualia quæ sub principijs continentur.* 4 *Est ergo propria definitio hæc, petere quod in principio est propositum, est cùm quispiam id, quod per seipsum cognosci non potest, per seipsum demonstrare conatur, tanquam si esset per se notũ.* 5 *Sed hoc duobus modis fieri potest; uno cùm proposita quæstio statim initiò tanquam firma & rata proponitur, ac per seipsam sine ullo medio monstratur: ut si quis probaturus animum esse immortalem, sumat animum esse immortalem.* 6 *Altero modo efficitur cùm propositam quæstionem probamus per ea pronuntiata, quæ*

nata

est propositum. Vt si a probetur per b, b verò per c, ipsum autẽ c natũ sit probari per a; accidit enim, vt qui ita ratiocinantur, ipsum a per seipsum demonstrent. 7 Quod faciunt qui lineas æquè distantes se describere arbitrantur; ignorant enim se ea sumere, quæ non possunt demonstrari, nisi sint lineæ æquè distantes. 8 Itaq; accidit ijs, qui ad hunc modũ ratiocinantur, vt dicant vnãquamq; rem esse, si ipsamet est, quo modo omnis res per seipsam cognobilis erit, quod fieri non potest. 9 Si quis igitur cùm incertũ sit c esse b, similiter etiã b esse a, petat c esse a, nondum constat an petat quod in principio, illud tamẽ constat nõ demonstrare, quod enim est æquè incertum non est principium demonstrationis.

10 Si tamen b, & c ita sint affecta inter se, vt aut idem sint, aut cõ

nata sunt per ipsam quæstionẽ demõstrari. Hinc enim euenit, ut ipsam quæstionẽ per seipsam probemus, ut si demonstremus a per b, & b per c, & ipsum c natum sit probari per a, perinde est ac si probemus a per ipsum a. Exempli cau sa, si probemus hominem habere pulmonem, quia respirat, petimus quod in principio; nam homo respirare demonstratur ex eo, quòd habet pulmonem; unde effi citur ut probemus hominem habere pulmonem, quoniam habet pulmonem.

7 *Hoc uitio peccãt hi mathematici, qui probant lineas aliquas æquè distantes esse, ex eo, quòd in triangulo angulus externus est æqualis duobus internis oppo sitis, & tres interni sunt pares duobus rectis. Nam si deinde hoc sit probandum de triangulo, non potest nisi per lineas æquè distantes demonstrari.* 8 *Euenit autem ex hac probandi ratione ut unaquæq; res per seipsam probetur, ac propterea talis sit, quia talis est, quod nullo pacto fieri potest, cùm habeãt res principia & causas cur tales sint.* 9 *Sed iam doceamus quemadmodum petatur quod in principio est propositum in singulis figuris, & modis; ac primùm in modo uniuerso affirmãte primæ figuræ, in quo duobus modis committi potest hoc uitium, scilicet in propositione, & assumptione. Vbi illud in primis est obseruãdum, si quis ad probandam ignotam conclusionem sumat propositionem æquè ignotam, ac similiter assumptionem, eum non demonstrare conclusionem; quia quod est æquè ignotum, non potest esse principium demonstrandi; nondum tamẽ constare an petat quod in principio est propositum ad demonstrandum: ad id enim non satis est sumere æquè ignota pronuntiata, sed præterea est necessariũ, ut possint per quæstionem propositam demonstrari, ut anteà est explicatum.*

Primo elementorũ, prop. 32.

10 *Primùm igitur petitur quod in principio in propositione, si cùm sit propositio æquè ignota, atque conclusio, possit demonstrari per conclusionẽ, & assumptionem reciprocatã ratiocinatione in orbem, quod fiet si termini assũptionis,*

Universidad de Deusto
Biblioteca

stet reciprocari, aut alterum in altero ineſt, quod in principio eſt petit; nam quod b ſit a per illa demõſtrare poteſt, ſi reciprocãtur. 11 Nunc autem hoc impedit, nõ modus; ſi verò id faciat, quod dictũ eſt efficiet, & in tribus reciprocabit. 12 Eadẽ eſt ratio ſi ſumat c eſſe b, quod ſit æquè incertum, & ſi c eſſe a, nondum petit quod à principio eſt propoſitum, non tamẽ demõſtrat. 13 Quòd ſi a, & b idem ſint, aut quòd reciproc ẽtur, aut quod a ſequatur ex b, quod à principio eſt petit propter eandem cauſam.

medium ſcilicet, & minus extremum, ita ſe habeant, ut aut idem ſint omnino, tantùm differãt uoce; aut reciprocẽtur inter ſe, quemadmodũ definitio, & definitũ; aut alter alteri cõueniat, ita ut etiã reciprocentur, quemadmodũ ſubiectũ, & propria affectio. Exempli cauſa, ſi quis probet uoluptatem eſſe bonã hoc modo, omnis lætitia eſt bona, omnis uoluptas eſt lætitia, ergo omnis uoluptas eſt bona. Propoſitio æquè ignota eſt atque concluſio, & poteſt monſtrari per concluſionem, & aſſumptionem reciprocatam; quia uoluptas, & lætitia idem omnino ſunt, ut omnis uoluptas eſt bona, omnis lætitia eſt uoluptas, ergo omnis lætitia eſt bona. 11 Quòd ſi partes aſſumptionis, medium, & minus extremum nõ reciprocentur, aut nõ conſtet reciprocari, hoc erit impedimento, quominus propoſitio demonſtretur per concluſionem, & fiat petitio eius, quod in principio; non autem id uetat modus demonſtrandi propoſitionem ex concluſione, iam enim in ſuperioribus docuimus cùm termini reciprocantur, fieri ratiocinationẽ in orbem. Tamen ſi ſumantur partes aſſumptionis, quæ reciprocentur inuicem, demonſtrabitur propoſitio in orbem, petetur quod in principio, ac ita conuertitur ratiocinatio in eiſdem tribus terminis, quibus prior conſtabat. Atque inde efficitur, ut tam propoſitio, quàm cõcluſio per ſeipſas demonſtrentur. 12 Sequitur id expendamus in aſſumptione, quæ ſi æquè ignota ſit atque concluſio, nõ demonſtratur per eam ipſa concluſio, ſed nondum petitur quæſtio ipſa & concluſio initio propoſita, quia id non eſt ſatis, ut dictum eſt. 13 Tamen ſi aſſumptio cùm ſit æque ignota demonſtrari poteſt per concluſionem, & propoſitionem reciprocatam, tum petitur quæſtio initio propoſita in aſſumptione. Hoc autem fit cùm partes propoſitionis medium, & maius extremum, aut unum & idem ſunt omnino, ita ut reciprocentur, aut altera pars alteri pariter cõuenit, ut etiã reciprocentur. Vt ſi quis probet uirtutem eſſe utilem hac ratione. Omne expediens eſt utile, omnis uirtus eſt expediens, ergo omnis uirtus eſt utilis; petitur quod in principio in aſſumptione, quia eſt æquè ignota atque concluſio, & poteſt ex concluſione in orbem demonſtrari, hoc modo; omne utile eſt expediẽs, omnis uirtus eſt utilis, ergo omnis uirtus eſt expediens.

A.bonum. B.lætitia. C.voluptas.

A.vtile. B.expediẽs. C.virtus.

14 Itaque

14 Expoſuimus enim anteà quam vim habeat illud petere quod à principio, ſcilicet per ſeipſum probare, quod per ſeipſum non eſt notum. 15 Si igitur petere quod in principio eſt per ſeipſum demonſtrare quod per ſeipſum notum non eſt: hoc autem eſt nõ demonſtrare, cùm æquè ignota ſunt quod demonſtratur, & per quod demõſtratur, 16 aut eò quòd eadẽ eidẽ inſunt, 17 aut eò quod idem eiſdem ineſt. 18 In media quidem figura, & tertia vtroque modo æquè fieri poteſt, vt petatur quod in principio. Sed in affirmante ratiocinatione in tertia, & prima figura. 19 In negãte verò cùm eadem ab eodem remouentur, nec ſimiliter ambo pronuntiata. Eadem eſt ratio in media figura, quia termini non reciprocãtur in negantibus ratiocinationibus.

14 *Itaq; petitur quod in principio ob cauſam anteà explicatam; diximus enim nihil aliud eſſe petere quod in principio, quàm per ſeipſum probare, quod per ſeipſum non eſt notum; cùm igitur hic per aſſumptionem æquè ignotam probetur concluſio, & per cõcluſionem aſſumptio, hinc efficitur ut tum aſſumptio per ſeipſam probetur, tum etiam concluſio.* 15 *In aliis etiam figuris, & modis committitur hoc uitium. Nam ſi petere quod in principio, ut diximus, eſt quod per ſe notum non eſt, per ſeipſum probare, quod per inde eſt ac ſi non probaretur, quando id, quod demonſtratur, & per quod demonſtratur æquè ſunt ignota,* 16 *acciditq; hoc uitium, aut eò quòd maius extremum, & medium, quæ eadem omnino ſunt, & reciprocantur, inſunt eidem minori extremo, qua ratione diximus committi hoc uitium in aſſumptione;* 17 *aut quia idem maius extremũ ineſt medio, & minori extremo, quæ eadem ſunt inter ſe, & reciprocantur, qua ratione fit hoc uitium in propoſitione.* 18 *Cùm igitur hæc ita ſe habeant, petitur quod in principio eſt propoſitum in ſecunda etiam, & tertia figura utroq; modo, quemadmodũ in prima, hoc eſt aut in propoſitione, aut in aſſumptione; quamuis non in quouis modo poſsit in utrauis ſumptione ſine diſcrimine committi hoc uitiũ, ut explicabitur. Atq; in ratiocinatione affirmante petitur quod in principio in prima tantùm, & tertia figura; nam in ſecunda omnis ratiocinatio eſt negans. Sed ut diximus, nõ in omni modo in utrauis ſumptione. Nam in particularibus ratiocinationibus committi poteſt hoc uitiũ in ſumptione particulari, quæ poteſt per concluſionẽ particularẽ, & ſumptionẽ uniuerſam reciprocatã probari: in ſumptione uerò uniuerſa nõ poteſt hoc uitiũ committi, cùm ea non poſsit ex concluſione particulari demonſtrari.* 19 *In negantibus etiam ratiocinationibus tam primæ figuræ, & tertiæ, quàm etiã ſecundæ petitur quod in principio: non tamen æquè in utroque pronuntiato, cùm non poſsit utrumq;*

20 Petimus autem quod in principio in demonstrationibus quidem, quæ iuxta veritatem ita se habent; in dialecticis autem ratiocinationibus, quæ iuxta opinionem.

pronuntiatũ per conclusionem demonstrari. Itaque in his petitur quod in principio, in sola sumptione negante, cùm ea est æquè ignota, atque conclusio; & potest per eam demonstrari, & alteram sumptionem affirmantem reciprocatam: quod fit cùm termini sumptionis affirmantis aut ijdem sunt omnino, aut reciprocantur, & remouentur ambo ab eodem tertio termino in sumptione negãte, & conclusione. Vt si quis probet uitium nõ esse utile hac ratione; omne utile est expediens, nullum uitium est expediens, ergo nullum uitium est utile: petitur quod in principio in assumptione negante, quoniã est æquè ignota atq; conclusio, & potest per eam in orbem demonstrari hoc modo; omne expediens est utile, nullum uitium est utile, ergo nullum uitium est expediens. In sumptione uerò affirmante non potest committi hoc uitium, quia non potest demonstrari per cõclusionem negantem, & alteram sumptionem negãtem: tum quia termini sumptionis negantis non sunt ijdem, nec reciprocantur affirmatè, cùm potiùs repugnent inter se: nisi monstretur per assumptionem, & illud aliud genus reciprocationis, ut explicatum est superiùs, cùm ageretur de ratiocinatione in orbem.

20 Veruntamen in demonstrationibus, ubi omnia uera, & necessaria sumuntur, petitur quod in principio iuxta ueritatẽ, cùm reuera quod sumitur ad probandam conclusionem est æquè ignotum, atque conclusio, & potest per ipsam demonstrari: in dialecticis autem ratiocinationibus petitur quod in principio ad opinionem tantùm, de quo uitio disputatur. 8. Topico, cap. 5. Intelligendum tamen est ex hac disputatione, cùm ad probandam quæstionem aliquam sumitur eadem quæstio eisdem uerbis, ejjc hoc uitium contra naturam & formã ratiocinationis, in qua sumptiones debent ejjc diuersæ à conclusione; cùm autem sumuntur aliæ sumptiones æquè ignotæ, non esse hoc uitium contra formam ratiocinationis, sed contra rationem probandi quæstionem.

Scholia in cap. 18.

1 PEtere verò, & sumere quod est in principio, &c.) Non minus uitium est, quod uulgò committitur nũc ab omnibus ferè dialecticis in appellando hoc uitio, quàm ipsum uitiũ, quod hîc explicatur: nam ferè omnes ipsum uocant petitionem principij, & petere principium, quæ oratio nullũ habet sensum. Ab Aristotele appellatur hoc capite, & in Topicis ἀιτεῖσθαι τὸ ἐν ἀρχῆ

ἐν ἀρχῆ, tum ἀιτεῖσθαι τὸ ἐξ ἀρχῆς, id est, petere quod in principio, & quod à principio, hoc est quæstionẽ propositã in principio disputationis ad demonstrandũ sumere tanquã iam probatã & certam, ac postulare concedatur, unde non malè appellaretur petitio quæstionis, aut petere quod est demonstrandũ. Suesanus ut faueret corruptæ consuetudini, dixit cùm appellatur hoc uitium petere principium, intelligere Aristotelem per principiũ conclusionem probandã, quæ dicitur principium, quia est finis intentus: nam finis intentus dicitur principium, quia est primus in intentione, quamuis ultimus in executione. Probabile esset figmentũ hoc, si Aristoteles appellaret hoc uitium petere principium.

7 Quod faciunt qui lineas æquè distantes, &c.) Hoc exemplum mathematicum explicaui in Paraphrasi quemadmodum Arabs interpres, quod etiam magis placet Francisco Buranæ. Potest etiam hoc referri ad 28. & 29. propos. primi elementorum. Nam in 28. probatur lineas aliquas Parallelas, seu æquè distãtes esse, quia si in eas incidat linea recta, angulus internus est æqualis externo sibi opposito, & duo interni in eadem parte sunt æquales duobus rectis. Propositione verò 29. probatur si lineæ aliquæ sint æquè distantes, & incidat in eas linea recta, angulũ internum esse æqualem externo sibi opposito, & duos angulos in eadem parte esse æquales duobus rectis: quare in propos. 28. videtur peti quod in principio. Alij verò aliter explicãt hoc exemplum, nẽpe si quis probaret lineas aliquas æquè distantes esse, quia si in infinitum producãtur nunquam concurrent, peteret quod in principio; quoniam nunquam concurrere ex eo probatur, quia sunt parallelæ seu æquè distantes. Sed priores interpretationes aptiores videntur.

9 Si quis igitur cùm incertum sit c esse b, &c.) Varia est lectio huius loci, ego eam expressi in uersione, quæ habetur in codice Basilien si, & Florentino, & in Cõmẽtarijs Philoponi, & ab ipso Philopono explicatur, quam etiã secuti sunt Perionius, & Firminus. Boëthus tamẽ, & Argyropylus aliam adferunt, nempe, si quis igitur cùm æquè incertum sit c esse a, & b esse a, petat b esse a, nondum constat an petat quod in principio, illud tamen constat non demonstrare. Cuius loci sensus est, si cùm conclusio, & propositio sint æquè incertæ, sumat aliquis propositione

Universidad de Deusto
Biblioteca

tionem ad probandam conclusionem, nondum certum est an petat quod in principio, sed non demonstrat. Ab hoc autem loco vsque ad finem capitis est tota disputatio difficilima.

De illo non ex hoc falsum consequi. Cap. 19.

ARGVMENTVM.

EXplicatur vitiũ illud non propter positam hypothesim sequi falsum. Docetur primùm non accidere in ratiocinationibus directis, sed in iis, quæ ducũt ad incommodum: deinde quot modis fiat, tandem quemadmodum sit corrigendum.

1 ILlud autem quod in disputationibus sæpe dicere solemus nõ propter hoc consequi falsum, primùm quidem inest in ratiocinationibus ducentibus ad incommodum; 2 cùm ad contradictionem eius rei pertinet, quæ per incommodum demonstrabatur. Neque enim dicet quispiam illud non propter hoc, nisi contradixerit; sed falsum aliquid esse positum ex ijs, quæ priùs sumpta sunt. 3 Nec in ea, quę directò monstrat, non enim ponitur contradicens.

* *SEcundum uitium est quod appellatur non ex hoc consequi falsum, id autem est cùm ad probandam quæstionem per incommodum statuimus eius contradicentem ut falsam hypothesim, deinde ratiocinatione colligimus falsam aliquam conclusionem, quam putamus sequi ex ea falsa hypothesi, cùm reuera ex ea non sequatur; quoniam ipsa detracta adhuc sequitur eadem falsa conclusio ex reliquis sumptionibus. 1 In primis tamen est intelligendum non reperiri hoc uitium nisi in ratiocinationibus, quæ ducunt ad incommodum; est enim contra eam ratiocinationis facultatem. 2 Quod hac ratione probatur, tunc dicimus non propter hoc sequi falsum, cùm sumitur cõtradicens propositæ quæstionis: nisi enim respondens priùs cõtradixerit quæstioni propositæ, dicens eam esse falsam, & contradicentem ueram, nunquam dicet falsum illud non consequi propter hypothesim à se concessam, sed potiùs sequi falsam conclusionem, quia interrogans sumpsit falsam aliquam sumptionem: atqui non sumitur contradicens quæstionis probãdæ, nisi in ratione per incommodum, igitur in ea cõmittitur hoc uitium. 3 Nec enim reperitur in ratiocinatione directa, quod duabus rationibus constat. Prima est, tum fit hoc uitium, ut diximus, quando sumitur contradicens quæstionis demonstrandæ: at in ratiocinatione directa non sumitur contradicens quæstionis.*

4 Secunda

4 Prętera cùm quippiã directa probatione euersum fuerit, vt per a b c, tum dici non potest non esse factam ratiocinationem propter id, quod positum est: tum enim nõ propter hoc fieri dicimus, cùm eo sublato nihilominus concluditur ratiocinatio, quod in directis non accidit; sublata enim positione neque ad hãc erit ratiocinatio. 5 Perspicuum igitur est in ijs, quæ ducunt ad incommodum dici illud non propter hoc, & cùm ita se habet ad incommodũ & impossibile hypothesis initiò posita, vt siue ea sit, siue nõ sit, nihilominus illud impossibile consequatur. 6 Ac modus maximè perspicuus est, quo falsum propter hypothesim non efficitur, cùm ratiocinatio, quæ ex medijs impossibile cõcludit, ab hypothesi est separata, vt in Topicis dictum est, illud enim nõ causam vt causam facere, hoc ipsum est. 7 Vt si quis volens probare dimetientem esse incommẽsurabilẽ, conetur per Zenonis rationẽ probare nihil posse moueri, atque ducat in id incommodum; nulla enim ratione coniuncta est falsa conclusio cum eo, quod initiò positum est.

Positionem vocat hypothesim, vt inferius hoc eodẽ. cap.

Quot modis committatur hoc vitium.

4 Secunda ratio, cùm ratiocinatione directa aliquid euertimus, colligentes falsum & impossibile, non possumus dicere non propter sumptum pronuntiatum sequi illud falsum. Tunc enim hoc dicimus, quãdo detracta falsa hypothesi adhuc relinquitur ratiocinatio concludens eandem falsam conclusionẽ: at in ratiocinatione directa, si detrahatur aliquod pronũtiatum nulla supereſt ratiocinatio. 5 Accidit ergo tantùm hoc uitium in ratiocinationibus, quæ ducunt ad incommodum, cùm hypothesis falsa ita se habet ad impossibile, quod sequitur, ut siue adhibeatur, siue non adhibeatur, nihilominus sequatur idem incõmodum, ut constet nihil ipsam ad illud incommodum pertinere. 6 Accidit autem hoc uitium, quo non sequitur falsum ob falsam hypothesim, duobus potissimum modis. Primus, & maximè conspicuus est, cùm ratiocinatio cõcludens incommodum nullam habet affinitatem cum hypothesi falsa, quia nullum habet cum ea terminum communem, de quo uitio disputatur etiam in libris de locis sophisticis, ubi appellatur non causam ut causam ponere. 7 Vt si quis uolens probare dimetientem quadrati non esse cõmensurabilem cum latere sumpto cõtradicente, rationem Zenonis adferret, qua tollebat omnino motum ad locũ. Diameter est commensurabilis: sed infinita non possunt pertransiri, in quouis spatio sunt dimidia infinita, ergo nullũ spacium potest pertransiri, unde nullus est motus. Si quis putaret hoc falsum sequi ex prima illa hypothesi, incurreret sane in hoc uitium, nam ea detracta sequitur eadem falsa cõclusio, nec habet ipsa

1. lib. Elenchorũ. cap. 4. & 2. lib. cap. 5. Vide. 6. lib. Phys. cap. 9.

Universidad de Deusto
Biblioteca

8 Alius modus est, si continuũ & coniunctũ sit impossibile cum hypothesi, nec tamen propter ipsam consequitur; hoc enim fieri potest siue sursum, siue deorsum versus sumatur continuum. 9 Exempli causa, si ponatur omne b esse a, atq; c esse b, & d esse c: hoc autem sit falsum, nempe d esse b. Si enim sublato a nihilominus c est b, & d est c, non efficietur falsum propter hypothesim initiò propositam. 10 Aut rursus si quis sursum versus sumat continuum; vt si omne b est a, & a est e, & e est f; falsum autem sit a esse f. Nam hoc etiam modo nihilominus efficitur impossibile sublata hypothesi initiò proposita. 11 Sed opportet coniungere incommodum & impossibile cum terminis hypothesis initiò constitutæ; sic enim sequetur propter hypothesim. Quemadmodum vbi deorsum versus sumitur continuum, cum termino attri-

Corrigitur hoc vitium.

ratiocinatio, neq; falsa conclusio ullam affinitatem, nec terminũ cõmunem cum hypothesi. 8 Secundus modus est cum ratiocinatio colligens falsam conclusionem est coniuncta cum hypothesi habẽs cum ea terminum aliquem communem; qui modus rursus distribuitur in duos. Vnus est cum termini ratiocinationis sumuntur supra attributum hypothesis, alter cum sumantur infrà subiectum hypothesis. 9 Est ergo hic secundus modus cùm termini ratiocinationis sumuntur infrà subiectum hypothesis, ut subiectum hypothesis sit attributum sequentis sumptionis. Vt si quis probaturus non omne animatum esse animal, sumat contradicens ut hypothesim, & ita ratiocinetur; omne animatum est animal, omne album est animatum, omnis nix est alba, ergo omnis nix est animata. Si putaret hanc falsam conclusionem sequi propter primã hypothesim & sumptionem, incurreret in hoc uitium; nam dempto attributo, atque omnino tota hypothesi ex reliquis sumptionibus sequitur eadem conclusio. 10 Alter modus est, ut diximus, cùm termini ratiocinationis sumũtur supra attributum hypothesis, ut attributum hypothesis fiat subiectum. Vt si quis sumpta eadem hypothesi ita ratiocinaretur; omne animatum est animal, omne animal est corpus, omne corpus est album, ergo omne animal est album: si existimaret hanc falsam conclusionem sequi ex prima sumptione & hypothesi, idem uitium admitteret; ea enim detracta sequetur eadem conclusio. 11 Atque si hypothesis nullum habeat terminũ communem cum ratiocinatione, nunquam ex ea poterit sequi falsa conclusio; si autem habeat terminum communem, poterit ex ea sequi, si iungatur ipsa conclusio cum terminis hypothesis. Quod hac ratione fieri debet; si termini ratiocinationis sumãtur infrà terminos hypothesis, cõiungenda est conclusio falsa cum attribu-

A. animal. B. animatũ. C. album. D. nix.

A. animal. B. animatũ. E. corpus. F. album.

buto. 12 Si enim impossibile est d esse a, dempto a non sequetur falsum. 13 Vbi autem sursum versus, cum termino subiecto: si enim b non potest esse f, sublato b non amplius erit impossibile. Eadem est ratio in negantibus ratiocinationibus. 14 Perspicuum igitur est cùm impossibile non cõiungitur cum terminis hypothesis initiò propositæ, non consequi falsum propter positionẽ. 15 Aut ne sic quidẽ perpetuò colligitur falsum propter hypothesim. Nam si nõ ponatur b esse a, sed g esse a, c verò esse g, & d esse c, hoc etiã modo manet incommodũ & impossibile. 16 Eadẽ est ratio si sursum versus sumantur termini. Quoniam igitur siue hoc sit, siue non sit, consequitur impossibile, non semper efficietur propter positionem. 17 Vel certè illud quod dicitur, hoc sublato nihilominus effici falsum, non est ita accipiendum, vt alio poũ-

Obiectio.

Solutio.

attributo hypothesis, ut idem sit utriusq; attributũ. 12 Vt si posita illa priori hypothesi ita dicamus; omne animatum est animal, omne album est animatũ, omnis nix est alba, ergo omnis nix est animal. Sequitur iam hæc falsa conclusio ex illa prima sumptione & hypothesi, nam detracto attributo animali, atque omnino tota hypothesi, non potest colligi hæc cõclusio. 13 Si uerò termini ratiocinationis sumantur supra attributum hypothesis, coniungenda est conclusio falsa cum subiecto hypothesis, ut idem sit utriusq; subiectum. Vt si sumpta eadem hypothesi ita ratiocinemur, omne animatum est animal, omne animal est corpus, omne corpus est album, ergo omne animatum est album; hæc falsa cõclusio iam sequitur ex prima illa sumptione & hypothesi; quia detracto eius subiecto, atque omnino ipsa hypothesi, nõ potest colligi hæc conclusio. Eadem ratione id efficitur in negantibus ratiocinationibus. 14 Itaque nisi conclusio falsa & impossibilis iungatur cum terminis hypothesis, non sequetur propter hypothesim. 15 Sed obiiceret aliquis, etiam si conclusio iungatur cum terminis hypothesis, non semper sequi conclusionem propter hypothesim. Nam si auferatur ea hypothesis falsa, & alia substituatur, quæ habeat idem attributum, & aliud subiectum, sequetur eadem conclusio. Vt si in prima ratiocinatione proposita auferatur primum pronuntiatum, & hoc alterum sufficiatur; omne corpus est animal, omne album est corpus, omnis nix est alba, ergo omnis nix est animal, quæ est eadem falsa conclusio. 16 Eadem erit ratio si sumantur termini ratiocinationis suprà attributum hypothesis. Si igitur tam posita hypothesi, quàm sublata sequitur eadem falsa conclusio, non uidetur sequi propter hypothesim. 17 Sed hoc facilè dissoluitur. Nam hoc uitium non

A. animal. G. corpus. C. album. D. nix.

Universidad de Deusto
Biblioteca

to consequatur impossibile; sed cùm hoc sublato ex reliquis pronuntiatis idem concluditur impossibile: quandoquidem eandem falsam conclusionem cõsequi ex multis hypothesibus nihil est absurdum; vt lineas æquè distantes cõcurrere, si interior angulus maior sit exteriore, & si triãgulũ habeat angulos rectos plures duob⁹.

propter hypothesim sequi falsum, non est sic intelligendum, ut posita alia hypothesi falsa sequatur eadem falsa conclusio: sed quòd sublata hypothesi sequatur ex reliquis sumptionibus, quæ supersunt. Si autem alia substituatur hypothesis falsa, non est absurdũ sequi eandẽ conclusionem, quia potest eadem falsa cõclusio sequi ex diuersis hypothesibus falsis. Vt lineas æquè distantes concurrere, tum ex hac falsa hypothesi, si linea recta in eas inciderit, angulum internum nõ esse æqualẽ externo sibi opposito, sed eo maiorem: tum ex illa tres angulos trianguli non esse æquales duobus rectis, sed maiores. Hoc uitium nunc explicatum nõ propter hoc sequi falsum, non tantùm tollit facultatem illam ratiocinationis, quæ appellatur ductus ad incommodum; uerùm etiam est cõtra naturam ratiocinationis, & ultimam partem eius definitionis, in qua habetur, ut cõclusio sequatur ex sumptionibus propter ipsas sumptiones.

Primo Elementorum. propos. 28. &. 29.

Primo Elementorum. propos. 32.

Digressio.

De falsa ratione, tum de interrogatione, respõsione, & redargutione. Cap. 20.

ARGVMENTVM.

DOcetur primùm quæ sit falsa ratio, tum quæ sint obseruanda interroganti, & respondenti, tandem quid sit redargutio, quo pacto fiat, & euitetur.

* *QVia diximus capite superiore interdum non sequi falsam conclusionem propter hypothesim falsam, ne quis sibi persuaderet sequi posse falsam conclusionem ex ueris sumptionibus, explicandum est nunc aliud uitium & impotentia, quæ appellatur falsa ratio, hoc est argumentatio falsam concludens conclusionem, quod uitium est etiam contra rationem probandi quæstionem; nõ enim rectè probatur quæstio ubi falsa sumuntur, & falsum cõcluditur. Sed prius intelligendum est quatuor modis dici falsam rationem, seu argumẽtationem, ut explicatur 8. Topico, cap. 5. nam una est, quæ uidetur concludere, nec concludit tamen, quæ appellatur ratiocinatio contentiosa: altera, quæ concludit, sed non propositam quæstionem; tertia quæ propositam quæstionem concludit, non tamen ex proprijs principijs eius artis, cuius est quæstio: postrema, quæ ex falsis concludit, præsertim si concludat falsum, de qua sola nunc disputatur.*

Philoponus per falsã rationẽ intelligit falsam cõclusionẽ, sed præstat cũ Arist. 8. Top. intelligam⁹ argumẽtationẽ, quæ falsum concludit.

1 Falsa

1 FAlsa verò ratio propter primum falsum efficitur; omnis enim ratiocinatio ex duobus, aut pluribus constat pronũtiatis. Quòd si ex duobus, necesse est alterum eorum, aut ambo esse falsa; ex veris enim non efficiebatur falsa conclusio. 2 Si verò ex pluribus constat, vt si c probetur per pronuntiata a b, hæc autem per d e f g, aliquod ex his superioribus erit falsum, & propter hoc erit ratio; nam a, & b ex illis concluduntur: quare propter aliquod eorũ consequitur conclusio & falsum. 3 Vt autem ratiocinatione non conuincamur ab interrogante, cauendum est cùm ipse absque conclusionibus rationem interrogat, ne idem bis concedatur in pronuntiatis, quandoquidem intelligimus sine medio non effici ratiocinationem; mediũ autem est quod sæpe dicitur. 4 Quemadmodum autem oporteat ad vnamquamq; cõclusionam obseruare mediũ perspicuum erit, si nouerimus cuius-

1 *Falsa igitur ratio propterea falsam colligit conclusionem, quia sumptum est priùs aliquod pronuntiatum falsum. Cùm enim omnis ratiocinatio constet aut duobus pronuntiatis, si est simplex; aut pluribus, si est composita ex antecedentibus ratiocinationibus: si ex duobus tantùm constiterit, aut alterũ, aut utrumque debet esse falsum, ut sequatur falsa conclusio: ex ueris enim non sequitur falsum, ut in superioribus dictum est. 2 Si uerò ex pluribus constiterit, ut cùm conclusio colligitur proximè ex duabus sumptionibus, & illæ duæ sumptiones probantur per quatuor priores, si non est falsa aliqua ex duabus sumptionibus, quibus proximè colligitur falsa conclusio, aliqua ex illis superioribus sit falsa est necesse. Itaque si quando non sequatur falsa conclusio propter sumptã hypothesim, non propterea sequitur ex ueris, sed ex aliqua falsa sumptione.*

* *Inter explicandum uitia & impotentias ratiocinationum non erit ab re docere breuiter & generatim quæ sint obseruanda respondenti, & interroganti, quandoquidem ratiocinatio tota, & eius facultates, & uitia cauenda ad disputationem referuntur. 3 Ne igitur respondens conuincatur ab interrogante hoc unum maximè cauere debet, ne interrogãs ratiocinationem conficiat: quod obseruabit duobus præceptis. Primum est, ne admittat pronuntiata, in quibus bis sumatur idem terminus, ille enim terminus qui bis sumitur, mediũ est: cùm igitur sine medio non constet ratiocinatio, si ipse non concedat medium, nunquam interrogans ratiocinationem efficiet. 4 Secundum præceptum, obseruabit medium accommodatum ad conclusionem, ne ipsum concedat, si intelligat qualis quæstio colligatur in quaque figura: id autem facilè præstabit, si consideret priùs*

Vide. 8. Topic.

Primũ præceptum obseruandũ respondenti.

Secundum.

modi quęstio in quaq; figura probetur, hoc autẽ minimè nos latebit, si intelligamus quale propositum in disputatione defendamus. 5 Quod autem respondentibus obseruandum præcipimus, id vt occultent danda est opera ijs, qui argumentãtur: quod primũ præstabunt, si conclusiones antea non cõcludant, sed sumptis necessarijs, ignotæ adhuc sint. 6 Præterea si quis non roget quæ sunt propinqua, sed media maximè remota, vt esto concludendum esse a de f, media verò sint b c d e, oportet igitur rogare an b sit a, rursus autem non an c sit b, sed an e sit d, deinde an c sit b, & hoc modo reliqua. 7 Quòd si per vnum mediũ efficiatur ratiocinatio, à medio incipiẽdum est: nam eo modo maximè latebit re-

Primũ præceptum ob seruandum interrogãti.

quæstionem quam defendit; ex ea enim intelliget quibus pronũtiatis euerti possit, ut ab ijs sibi caueat. Nam si tuetur quæstionem particularem negantem, intelliget non posse refelli nisi per pronuntiatum uniuersum affirmans, quod tantum concluditur in prima figura ex duobus uniuersis affirmãtibus. Si igitur nõ admiserit duo pronũtiata uniuersa affirmãtia, ubi idem terminus sit unius subiectum, & alterius attributum, nihil efficiet interrogans. 5 Contrà uerò ipse interrogans ut posit respondentem conuincere, debet ea occultare, quæ obseruanda sunt ipsi respondenti, quod tribus præceptis efficiet. Primum est, non statim initiò colliget conclusionem ex sumptionibus, nec eam manifestabit, sed tacita conclusione rogabit solas sumptiones: sic enim facilius eas admittet respondens, ignorans ad quam conclusionem referantur. 6 Secundum præceptum, si conclusio demonstranda sit pluribus mediis, non rogabit prius media coniuncta cum conclusione, sed magis remota; quoniam ea facilius concedentur, nec ea rogabit recto ordine, sed perturbato; ut post primum roget quartum, deinde secũdum, & ita de inceps. Vt in hoc exemplo familiari, si probandum sit Socratem esse substantiã per media corpus, uiuens, animal, hominem; rogabit prius an corpus sit substantia, deinde non quæret an uiuens sit corpus, sed an homo sit animal, post an uiuens sit corpus, & ita deinceps. 7 Tertium, si unico medio colligenda sit conclusio, rogabit prius propositionem, quæ magis distat à conclusione, nam ad hunc modum magis latebit respondentem quorsum feratur disputatio. 8 Sed quia interrogans nihil aliud conatur, quàm conuincere respõdentem, & respondens tueri propositum, facilius hæc, quæ dicta sunt intelligemus, si doceamus quid sit redargutio, quo modo fieri, & euitari possit. Redargutio uerò nihil aliud est, quàm ratiocinatio contradictionis, id est concludens contradicens eius propositi, quod tuetur respõdens, aut eius pronũtiati, quod cõcesserit, unde cõuincitur, & cogitur aut cõcedere quod negauerat, aut negare quod cõcesserat.

A. substãtia.
F. Socrates.
B. corpus.
C. viuens.
D. animal.
E. homo.

8 Si igi-

spondentem. 8 Quoniam igitur intelligimus quãdo, & quo modo terminis affectis ratiocinatio efficiatur, perspicuum etiam est quando sit futura redargutio, & quãdo non sit. 9 Si enim omnia responsa concedantur, aut commutatim ponantur, vt alterũ sit negans, alterum affirmans, poterit fieri redargutio: erat enim ratiocinatio tum cùm hoc modo, tum cùm illo termini erant affecti. 10 Itaque si quod positum est contrarium sit conclusioni, necesse est fieri redargutionem: est enim redargutio ratiocinatio cõtradictionis. 11 Si verò nihil concesserit, nõ potest effici redargutio, neque enim erat ratiocinatio, vbi omnes termini negabantur, quare nec redargutio, si enim redargutio, necesse quoque esset ratiocinationem esse, cùm autem sit ratiocinatio, non est necesse sit redargutio. 12 Eadem est ratio si in respondẽdo nil ponatur in toto: eadem enim erit definitio redargutionis, & ratiocinationis.

8 Si igitur redargutio ratiocinatio quædam est, quia iam intelligimus ex superioribus quo modo terminis, & pronuntiatis se habentibus fiat ratiocinatio, facilè quoque intelligemus quando fiat redargutio, & quando non fiat. 9 Nam si respondens omnia concedat & affirmet, ut omnia pronuntiata concessa sint affirmantia; aut commutatim unum concedat, & alterum neget, ut sit unum pronuntiatum affirmans, & alterum negãs, ex his poterit fieri redargutio, & conuinci, nam ex huiusmodi pronuntiatis docuimus in superioribus constare omnem ratiocinationem. 10 Si ergo ex huiusmodi conceßis pronuntiatis colligatur cõclusio cõtraria, aut cõtradicens proposito, & ei quod à respõdente cõcessum est, necesse est fiat redargutio; est enim redargutio, ut diximus, ratiocinatio colligens contradicens eius, quod admissum est 11 Declinabit autem respondẽs redargutionem ne conuincatur duobus potißimùm præceptis: unum est, si nihil omnino concedat, nec ullum admittat affirmans pronuntiatũ, sed omnia negãtia, ex solis enim negãtibus nulla fit ratiocinatio, quare nec redargutio; nam omnis redargutio est ratiocinatio; non tamen omnis ratiocinatio est redargutio. 12. Alterũ præcepum est, si non concedat ullum pronuntiatum uniuersum; ex solis enim particularibus non fit redargutio, quemadmodum nec ratiocinatio, cùm definitio & ratio ipsius ratiocinationis debeat redargutioni cõuenire.

De errore qui oritur ex opinione. Cap. 21.

ARGVMENTVM.

Docetur

DOcetur primùm quemadmodum ex falsa opinione fallamur, vt in eadem re aut cõtraria, aut cõtradicentia admittamus, quod accidit tum per media eiusdem ordinis, tum diuersi. Deinde interdum habere nos falsam opinionem, quin incidamus in huiusmodi errorem. Tandem soluitur dubitatio Menonis, & explicatur aliud genus erroris.

1 ACcidit autẽ interdũ vt quemadmodũ in terminorũ dispositione decipimur, sic etiã ex opinione fiat deceptio. 2 Vt si quid multis primò inesse possit, atque aliquis alterum horum ignoret, & putet nulli inesse, alterum nouerit. Esto enim vt a & ipsi b, & c per se insit, atq; hæc omni d eodem modo. 3 Sanè si putet omne b esse a, & omne d esse b; nullum verò c esse a, & omne d esse c, eiusdem rei eadem ratione habebit scientiam, & ignorantiam.

1 *VVpereſt tandem poſtremum uitium in diſputãdo explicemus, quod eſt error ex falſa opinione. Nam quemadmodum decipimur in collocatione terminorũ, & ſumendis pronũtiatis, idq; multis modis, ſi enim ſumamus formas & habitus pro paronymis, aut omnia pronuntiata particularia, decipimur, ut docuimus primo lib. tum ſi ſumamus idem quod eſt probãdum, ut in petitione eius, quod in principio: tum ſi non coniũgamus concluſionem cum hypotheſi falſa, ut in eo uitio, quod dicitur non propter hoc ſequi falſum; decipimur etiam reſpondendo ſi mediũ aptum aut apta pronũtiatã ad colligendã concluſionem concedamus, ut in refutatione & redargutione: ſic etiã decipimur interdum propter falſam opinionem.* 2 *Hoc autem poteſt contingere duobus modis, primo per media diuerſi ordinis, hoc eſt quorum alterum ſub altero non contineatur. Vt ſi ſumãtur duo extrema, unum ſuperius, & alterum inferius, quemadmodum corpus, & cygnus: deinde inter hæc extrema ſumantur duo media diuerſi ordinis, ut animal, & album, ſic affecta, ut primum extremum corpus ipſis duobus conueniat, nam omne animal eſt corpus, & omne album eſt corpus. Atque hæc ipſa duo conueniant inferiori extremo cygno; omnis enim cygnus eſt animal, & albus.* 3 *Si quis igitur opinetur primum illud extremum conuenire alteri toti medio, & alteri nulli conuenire; ut omne animal eſſe corpus, & nullum album eſſe corpus, & ſimul putet hæc duo media conuenire cygno, incidet in hunc errorem ut idem ſciat, & ignoret; cõcedat, & neget: quod ita conſtat per duas ratiocinationes. Si opinatur omne animal eſſe corpus, & omnem cygnum eſſe animal, opinatur etiam omnem cygnum eſſe corpus. Quòd ſi rurſus opinetur nullum album eſſe corpus, & omnem cygnum eſſe albũ, opinatur nullam cygnum eſſe corpus, unde ignorat omnem cygnũ eſſe corpus, quod antea ſciebat, unde etiam ſequitur, ut exiſtimet contraria ſimul eſſe uera.*

1. lib. cap. 36 & 24.

A. corpus. B. animal. C. album. D. cygnũ.

4 *Secundo*

4 Rurſus ſi quis fallatur in ijs, quæ ſunt eiuſdem ordinis, vt ſi omne b eſt a, & omne c eſt b, & omne d eſt c: exiſtimet autem omne b eſſe a, & rurſum nullum c eſſe a, ſimul enim ſciet, & non exiſtimabit eſſe. 5 Nihil igitur aliud cenſet ex his, quàm quod ſcit, hoc ipſum ſe non exiſtimare; ſcit enim quodammodo c eſſe a per b, tanquam particulare in vniuerſo: itaq; quod ſcit, hoc omnino cenſet ſe neſcire, quod fieri non poteſt. 6 In eo verò, quod priùs dictum eſt, ſi medium non ſit eiuſdem ordinis, nemo poteſt exiſtimare ambo pronũtiata ſecundùm vtrumque mediũ, vt omne b eſſe a, & nullum c eſſe a, rurſus autem omne b eſſe d, & eſſe c. 7 Euenit enim aut ſimpliciter, aut ex parte, vt cõtrarium ſumatur primum pronuntiatum. Si enim exiſtimat omne quod eſt b, eſſe a, nouit autẽ omne d eſſe b, nouit etiam omne d eſſe a. Vnde ſi rurſus opinetur nihil quod eſt c eſſe a, opinatur etiam aliquid, quod eſt b non eſſe a; opinari verò omne b eſſe a, ac rurſus aliquod b non eſſe a, aut ſimpliciter, aut ex parte contrarium eſt: hoc igitur

4 *Secundo modo hoc contingit, cùm ſumũtur tam extrema, quàm media eiuſdẽ ordinis, ut alia ſub aliis contineãtur, ut ſubſtãtia, corpus, animal, hõ. Nam ſubſtãtia conuenit omni corpori, & corpus omni animali, & animal omni homini. Si quis igitur putet omne corpus eſſe ſubſtantiam, & nullum animal eſſe ſubſtantiam, ſimul ſciet animal eſſe ſubſtantiam, & non exiſtimabit animal eſſe ſubſtantiam.* 5 *Nam hoc ipſo quòd opinatur omne corpus eſſe ſubſtãtiam, in hoc uniuerſo nouit quodammodo illud minus uniuerſum, omne animal eſſe ſubſtantiã, quoniam animal ſub corpore cõtinetur, ſi igitur opinetur etiam nullum animal eſſe ſubſtantiam, idem quod ſcit, putat ſe neſcire, quod nullo modo fieri poteſt.* 6 *Præterea in primo illo modo, ubi ſumuntur duo media diuerſi ordinis, nemo poteſt admittere ambas ſumptiones utriuſq; medij, hoc eſt omnes quatuor ſumptiones duorum mediorum, & ratiocinationũ, ac putare eſſe uera ſine magno incommodo; ut omne animal eſſe corpus, & nullum album eſſe corpus, rurſus omnem cygnum eſſe animal, & eſſe albũ. Si quis enim omnes admittat, ac opinetur uera, non tantùm ſequitur illud abſurdum iam explicatum, ut ex ipſis colligat contraria concluſiones, atque idem ſciat & ignoret in concluſione, ſed in ipſis etiam ſumptionibus ſequitur idem abſurdum, ut in eadem ſumptione habeat contraria, aut contradicentes ſententias.* 7 *Sequitur enim ut in prima ſumptione ex his quatuor opinetur & admittat contraria, aut contradicentia. Nam ſi opinatur omne animal eſſe corpus, & omnem cygnum eſſe animal, opi-*

A. ſubſtãtia. B. corpus. C. animal. D. homo.

A. corpus. B. animal. C. album. D. cygnus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

modo non potest opinari. 8 At verò per vtrum que medium opinari vnum pronuntiatum, aut per alterum ambo nihil prohibet; vt omne b esse a, & omne d esse b, & rursus nullũ c esse a. 9 Similis enim est hic error ei, quo fallimur in particularibus: vt si omne b est a, & omne c est b, omne c erit a. Si quis igitur nouit, omne b esse a, nouit etiam omne c esse a, at nihil vetat quominus ignoret ipsum c esse. 10 Exempli causa, si a sit duo anguli recti, b verò triangulum, c autem sensile triangulum. Existimabit enim aliquis c no esse, cum sciat omne triangulum habere duos rectos; vnde idem simul sciet, & ignorabit.

Vide 1. libri de Demõst. cap. 1.

natur etiam omnem cygnum esse corpus. Rursus si opinatur nullum album esse corpus, & omnem cygnum esse album, sequitur vt opinetur etiam nullum cygnũ esse corpus. At ex hac conclusione, & assumptione primæ ratiocinationis ita licet colligere in tertia figura, nullus cygnus est corpus, omnis cygnus est animal, ergo aliquod animal non est corpus, quod pronuntiatum contradicit illi primo, omne animal est corpus, simul ergo opinatur contradicentia, non igitur potest admittere & opinari quatuor illas sumptiones sine hoc absurdo. 8 Tamen fieri potest, vt uersetur aliquis in falsa opinione, & ignorantia, nec incidat in hoc absurdum, vt habeat de eadem re contrarias, aut contradicentes sententias. Vt si in exemplo proposito, ubi sumuntur media diuersi ordinis, opinetur aliquis unũ solum pronuntiatum ex uno medio, & alterum ex altero; aut ex uno medio opinetur ambo pronuntiata, nempe propositionẽ, & assumptionem, vt omne animal esse corpus, & omnem cygnum esse animal; ex altero unum tantùm, vt nullum album esse corpus. Versatur quidem huiusmodi in falsa opinione & ignorantia, tamen ex his solis pronuntiatis non incidet in contrarias, aut contradicentes sententias. 9 Est enim hic error similis ei, quo nouimus aliquid in genere, & idem ignoramus in particulari. Vt si omne animal sentit, & omnis spõgia est animal, omnis spongia sentit. Si quis igitur nouerit omne animal sentire, simul etiam nouit spongiam sentire in hoc uniuerso pronuntiato; nihil autẽ prohibet, quo minus ignoret spongiam esse animal, aut non putet esse animal; unde ignorabit in particulari spongiam sentire. 10 Quod etiam exemplo mathematico fiet manifestum, si omne triãgulum habet tres angulos pares duobus rectis, & hoc singulare descriptum in tabula est triangulum. hoc etiam habet tres angulos pares duobus rectis. Si quis igitur nouerit uniuersum illud pronuntiatum omne triangulum habere tres angulos pares duobus rectis, in ipso nouit etiam hoc singulare triangulum habere tres angulos pares duobus rectis; tamen si existimat hoc singulare non esse triangulum, aut nesciat esse triangulum, nempe si abscon-

A. sentire. B. animal. C. spongia.

11 Nam scire omne triangulũ habere duos rectos, nõ simplex est, sed alterum est vniuersam habere scientiam; alterum habere singularem: nouit igitur scientia vniuersa ipsum c habere duos rectos, singulari verò non nouit; quare non habebit contrarias scientias. 12 Idem est iudicium de ratione, quæ in Menone habetur, discipli nam, inquam, esse reminiscentiam. 13 Nullo enim modo efficitur vt singulare prænoscatur, sed simul ac inductione vtimur, rerum particularium scientiam accipimus, tanquam recognoscẽtes. 14 Quædã enim statim vbi vidimus cognoscimus, vt duobus rectis, si nouerimus triangulum esse.

Inductionẽ vocat cognitionem rei particularis sub vniuersa, vt 1. lib. de Demõst. cap. 1.

absconditũ sit, nesciet habere tres angulos pares duobus rectis; quare idem sciet, & ignorabit: 11 non tamen eodem modo. Nam scire omne triangulum habere tres angulos pares duobus rectis duobus dicitur modis, aut in uniuerso tantùm & generatim id scire, aut in particulari in singulis triangulis: scit igitur hoc singulare triangulum habere tres angulos pares duobus rectis in genere, ignorat autem in particulari; unde non habet ex eo contrarias opiniones, quia scientia in genere, & ignorantia in particulari, aut diuersa opinio in particulari, nõ aduersantur. 12 Hinc soluitur ratio illa, & dubitatio, quæ habetur in Menone apud Platonẽ, similis enim est ijs, quæ modò tractamus. Dubitat ibi Menõ quẽad modum quod ignotum est inuestigari possit, aut quo signo deprehendatur: quam dubitationem magis auget Socrates hac ratione: si quod quæritur notum sit, nõ est opus quæratur; si autem ignotum, etiam si quæratur, nunquam inuenietur, qui enim quærit non nouit id, quod quærit. Soluit tamen Socrates hanc rationem dicens, quod quæritur iam anteà notum esse, sed traditum fuisse obliuioni, dum animus in corpus immergeretur, cùm autem inuestigatur, sensim in memoriam reuocari, ac proinde nos aliquid discere nihil aliud esse, quàm reminisci eius rei, quam fueramus obliti. 13 Nobis tamen, quibus hæc sententia non probatur, aliter respondendum est ad dubitationem. Particulare quà tale est, antequã inuestigetur, non præcognoscitur, sed tantùm in uniuerso aliquo pronuntiato: cùm primum autem cognoscimus esse rem talem, ac ipsum iungimus cum uniuerso pronuntiato, habemus de ipso scientiam, ac nouimus attributum illud uniuersum ei conuenire, quasi agnoscentes in particulari, quod anteà solùm noueramus in uniuerso. 14 Sed exemplo id facilè explicabitur; si nouimus omne triangulum habere tres angulos pares duobus rectis, cùm primùm uidemus hoc quod est descriptum esse triangulum, scimus habere tres angulos pares duobus rectis. Cùm ergo aliquid inuestigamus, quærimus scire in particulari, quod tãtum noueramus in genere.

Contrariæ, & cõtradicẽtes sententiæ ex Aristo. in libr. Elẽch. debẽt sumi ad idẽ, secũdum idem, eodem modo, & eodẽ tempore.

15 Similis est in alijs ratio, vniuersa igitur scientia contemplamur particularia, propria verò & peculiari ea nescimus, vnde fieri potest vt in his fallamur, non tamen opinione cõtraria, sed habeamus quidẽ scientiã vniuersam, & decipiamur in particulari. 16 Eadẽ est ratio in jis, quæ anteà diximus; error enim ex medio nõ est cõtrarius scientiæ, quæ habetur ex ratiocinatione, nec opinio secũdum vtrũq; mediũ. 17 Nihil aũt ,phibet eũ, qui nouit omne b esse a, & omne c esse b, opinari c non esse a. Vt omnem mulã esse sterilem, & hanc esse mulam, opinari verò hanc vterum gestare. Nescit enim c esse a, qui simul vtrumque non contemplatur. 18 Itaq; manifestum est si hoc quidem nouit, illud autem non nouit, falsum iri, quo modo se habẽt vniuersæ scientiæ ad particulares. 19 Nihil enim quod sensile est separatum à sensu cognoscimus, nec etiã si illud sentiamus, nisi quemadmodũ vniuersum, & quatenus pro-

15 *Eadem est ratio in alijs omnibus. Itaque possumus aliquid nouisse in genere, & ignorare in particulari: quare fieri potest ut in particularibus decipiamur; nõ tamen inde eueniet habere contrarias opiniones, aut contradicentes de eadem re.* 16 *Eadem est ratio in ijs, quæ anteà tractabamus. Qui enim opinatur omne animal esse corpus, & omnẽ cygnũ esse animal, simul etiam nouit per hãc ratiocinationem, omnẽ cygnũ esse corpus, habetq; de hac re ueram scientiam in particulari. Quòd si rursus idem existimet nullũ albũ esse corpus, nescit autem omnẽ cygnum esse albũ, existimat etiã per hoc alterum medium, nullum cygnum esse corpus; habet tamen hunc errorẽ tãtum in genere, sub illo pronũtiato uniuerso. Vnde hæc falsa opinio, quæ habetur per hoc secundũ medium, non est cõtraria illi scientiæ, quæ habebatur per primam ratiocinationem, cùm opinio falsa habeatur in genere, scientia autem uera in particulari.* 17 *Atque adeo uerum est quod docuimus, posse aliquem rem eandem scire in genere, & ignorare in parte: ut etiam posit scire propositionem, & assumptionem, & ignorare conclusionem, nisi coniungat assumptionem cum propositione. Verbi causa potest aliquis nouisse omnem mulã esse sterilem, & hanc esse mulam; ignorare uero hãc mulam esse sterilem; immo uerò putabit uterum gestare, si uiderit eius uentrem tumentem esse: nisi consideret simul propositionem, & assumptionem.* 18 *Multò igitur faciliùs qui nouit propositionem, & ignorat assumptionem decipietur in re particulari, etiam si rem sciat in genere, sic enim est affecta scientia uniuersa & in genere ad particularem & propriam, ut posit aliquis habere scientiam generalem, non habita particulari.* 19 *Quod enim sub sensum cadit nõ potest nisi per sensum cognosci, ut hoc triangulũ descriptũ,*

& hanc

priã scientiã habemus, sed non hoc ipso quòd in actione versemur. 20 Nam scire tribus dicitur modis, nempe aut vniuersa cognitione, aut propria, aut in actu & operatione; quare & decipi totidem dicitur modis. 21 Nihil igitur vetat in eadem re scire aliquem, & decipi, non tamen contraria opinione, quod vsuenit ei, qui singula nouit pronuntiata, nec priùs ea circunspexit. 22 Existimãs enim mulam vterum gestare, non habet scientiam in actione, nec propter opinionem habet errorem contrariũ scientiæ. 23 Error enim vniuersali scientiæ contrarius ratiocinatio est. 24 Qui verò existimat ipsum esse boni mali esse, idem existimabit esse bonũ,

& hanc mulam; unde si non habeamus eius sensum, nec habebimus scientiam quòd attributum uniuersum ipsi conueniat. Immo uerò si solo sensu id nouerimus, nondũ habemus eius scientiã, nisi in genere tantùm, aut etiã habemus eius scientiam propriam & particularem per sensum & experientiam, non tamen in actione, ita ut coniugamus assumptionem particularem cum propositione uniuersa. 20 *Tribus enim modis dicimur aliquid scire. Primo in genere tãtum, cùm scimus solam propositionem: secundo in parte tantùm, cùm ignorata propositione cognoscimus assumptionem, & conclusionem, qualis scientia habetur per experientiam, ignorata causa. Tertio in actione, quando cum propositione uniuersa connectimus assumptionem, quæ dicitur in actione, quia simul contemplamur propositionem, & assumptionem, & ratiocinamur, quæ sola est perfecta, & absoluta scientia. Totidem etiam modis ignoramus, & decipimur, primo in genere, cùm ignoramus propositionem; secundo in parte, cùm cognita propositione, ignoramus assumptionẽ, ac proinde conclusionem: tertio in actione, cùm non coniungimus assumptionem cum propositione, etiam si eas nouerimus.* 21 *Itaque nihil prohibet in eadem re habere scientiam, & decipi, nec propterea habere cõtrarias sententias, quod accidit ei, qui nouit ambas sumptiones, nec eas coniungit, ac simul considerat, ut explicatum est.* 22 *Nam qui putat hanc mulam esse prægnantem, non habet scientiam in actione coniungens assumptionem cum propositione; nec propter hanc falsam opinionem uersatur in errore contrario illi scientiæ generali, quam habet per pronuntiatum uniuersum.* 23 *Error enim, qui est contrarius scientiæ uniuersæ debet effici per ratiocinationem, ex aliquo pronuntiato uniuerso, ut superiùs fecimus; hic autem non habet hũc errorem per ratiocinationem, sed per sensum tantùm in particulari; uidens enim uentrẽ huius mulæ tumẽtem, putat eam prægnantẽ esse, atqui scientiæ generali contrarius est error quidã generalis, non autem particularis, quemadmodum scientiæ particulari error porticularis.* 24 *Demum est aliud genus erroris ex falsa opinione. Si quis enim existimet eandem esse definitionem &*

A. maius extremum. B. medium. C. minus extremum.

& malum. 25 Esto enim vt boni esse sit a, & mali esse b, rursus ipsum bonum c. Quoniã igitur idem esse existimat b, & c, existimabit etiam c esse b; & rursus b esse a eodem modo; vnde & c esse a. 26 Quemadmodum enim si verum est de quo c dicatur, b dici; & de quo b, de eo a dici; verum est etiam de quo c dicitur, de eo a dici; sic etiam in existimatione. Eadem est ratio in eo quod res est. Cùm enim c, & b eadẽ sint, & rursus b & a, c quoq; & a idem erunt. Quare & in opinione erit eadem ratio. Sed num hoc quidem necessarium est, si quis primum dederit? 27 Sed illud forsan falsum est existimare quemquam ipsum esse boni, esse mali esse, nisi ex accidenti, varijs enim modis potest hoc aliquis existimare, verum hoc meliùs est considerandum.

Heraclitus putabat eãdem esse definitionẽ & naturam boni, & mali.

essentiam contrariorum, ut boni, & mali, quemadmodum quidam existimarũt, incidet etiam in contrarias sententias, & redargutionem; existimabit enim bonum esse malum, & esse bonum, quæ maximè pugnant. Nam primũ si eadem est definitio boni, & mali, bonum erit malum; quæ enim habent eandem definitionem, eadem sunt. Deinde putabit etiam bonum esse bonũ, quod constat hac ratiocinatione. 25 Sit esse & definitio boni maius extremum, esse mali medium, ipsum bonum minus extremũ. Omne mali esse est boni esse, omni bono inest mali esse, ergo omni bono inest boni esse, ac proinde bonum est bonũ. 26 Quemadmodũ igitur si uera est propositio, tum etiam assumptio, est necesse sit uera cõclusio, sic etiam in opinione est eadem ratio. si quis opinetur ueram esse propositionem, & assumptionem, est necesse opinetur ueram esse conclusionem. Vnde simul opinabitur bonum esse malum, & esse bonum, quæ repugnantia sunt. Hoc autem absurdum consequitur, quia primum illud cõcessit definitionem boni esse definitionem mali. 27 Tamen fortasse nemo unquam existimauit definitionem & essentiam boni esse definitionem mali, nec bonum esse malum, nisi ex accidente; ut si quis putet fortitudinem esse malum, quia uulnerum, & mortis est causa. Verum id alio in loco diligentiùs est considerandum.

SECTIO TERTIA.

De reciprocatione terminorum in prima figura. Cap. 22.

Argu-

ARGVMENTVM.

DOcetur quemadmodum affecti sint termini, & disponantur tum in mutua reciprocatione, tum in quæstionibus comparationis, de eo quod est magis expetendum, aut magis fugiendum.

1 CVm autem reciprocantur extrema, necesse est medium cum vtroq; reciprocari. 2 Si enim a dicitur de c per b, si reciprocantur, & omne a est c, reciprocatur etiam b cum a, atque omne a est b per medium c; 3 atque c reciprocatur cum b per medium a. 4 Eadem est ratio in negante: vt si nullum b est a, & omne c est b, nullum c erit a. Sanè si b cum a reciprocatur, c quoque cum a reciprocabitur. 5 Esto enim vt nullum a sit b, nec vllum a erit c; nam omne c erat b.

Reciprocari significat hoc loco de se inuicem vniuersè dici.

** SVpereſt tertia ſectio, in qua explicemus affectiones quaſdã ratiocinationibus annexas. Ac primũ explicãda eſt mutua terminorum reciprocatio, quod per theoremata quædam præſtabitur. 1 Primum theorema ſpectat ad ratiocinationes uniuerſas affirmantes, & negantes; in affirmantibus eſt huiuſmodi, ſi maius, & minus extremum reciprocantur inter ſe, ita ut de ſe inuicem uniuerſe dicantur, & concluſio uniuerſa conuertatur in uniuerſam; eſt neceſſe medium cum utroq; extremo uniuersè reciprocetur. 2 Vt ſi fiat hæc ratiocinatio, quidquid eſt particeps rationis, eſt capax diſciplinæ; omnis homo eſt particeps rationis, ergo omnis homo ex capax diſciplinæ. Quia maius, & minus extremum reciprocantur uniuersè, medium quoque reciprocatur cum maiori extremo uniuersè, ita ut ex aſſumptione loco propoſitionis, & concluſione reciprocata colligatur reciprocata propoſitio, ſumpto minori extremo pro medio. Vt omnis homo eſt particeps rationis, quidquid eſt capax diſciplinæ eſt homo, ergo quidquid eſt capax diſciplinæ eſt particeps rationis. 3 Reciprocatur etiam cum minori extremo. Nam ex concluſione reciprocata loco propoſitionis, & ipſa propoſitione colligitur aſſumptio reciprocata ſumpto maiori extremo pro medio. Vt quidquid eſt capax diſciplinæ, eſt hõ; quidquid eſt particeps rationis eſt capax diſciplinæ, igitur quidquid eſt particeps rationis eſt homo. 4 In negantibus autem habet hoc theorema tres partes. Prima eſt, ſi medium, & maius extremum reciprocentur negando in propoſitione, maius extremum, & minus reciprocantur etiam negando in concluſione. Vt ſi fiat hæc ratiocinatio, nullum animal eſt lapis, omne ſentiens eſt animal, ergo nullum ſentiens eſt lapis. Quoniam animal, & lapis reciprocantur negando, ſentiens quoq;, & lapis negando reciprocantur. 5 Nam ex aſſumptione, & propoſitione reciprocata ſequitur reciprocata concluſio in ſecunda figura. Vt omne ſentiens eſt*

A. capax diſciplinæ. B. particeps rationis. C. homo.

A. lapis. B. animal. C. ſentiens

animal,

6 Atque si c cum b reciprocatur,cum a quoque reciprocabitur idem c,nam de quocunque dicitur b,dicitur etiam c. 7 Tum si c cum a reciprocatur,b quoque cum a reciprocabitur: nã quod est b,est c,quod autem est a non est c. 8 Atq; id solùm à conclusione ducit initium,cætera non item, quemadmodum in affirmante ratiocinatione. 9 Rursus si a,& b reciprocãtur;tum c,& d,eodem modo,atque necesse est omne aut a,aut c esse; b, & d eãdem habebunt rationem, vt alterum eorum sit necesse omni rei conuenire. 10 Nam quia quidquid est a,est b;& quidquid est c, est d,omne verò aut a,aut c,nec simul conueniunt,perspicuum est.

animal,nullus lapis est animal,ergo nullus lapis est sentiens. 6 Secũda pars,si medium,& minus extremum,ut animal,& sentiens reciprocentur affirmando, maius etiam extremum,& minus reciprocantur negando in conclusione. Quod ita demonstratur.Si de quocunque dicitur animal,dicitur sentiens;& contrà de quo sentiens dicitur,& animal dicitur;de quo negabitur animal, negabitur sentiens;& quod negatur de animali,negabitur de sentiente: sed lapis negatur de animali,& animal de lapide,ergo lapis negabitur etiam de sentiente, & sentiẽs de lapide. 7 Tertia pars est,si maius,& minus extremum reciprocantur negãdo in conclusione,medium,& maius extremum reciprocabuntur negãdo;in propositione.Nam ex assumptione reciprocata, & conclusione item reciprocata, colligitur reciprocata propositio: ut omne animal est sentiens, nullus lapis est sentiens,ergo nullus lapis est animal. 8 Atque in hac sola ratiocinatione fit propria reciprocatio,& demonstratio in orbem,ubi ex conclusione, & altera sumptione conuersa altera colligitur conuersa,quemadmodum in affirmãtibus: nam in alijs negantibus non colliguntur per reciprocationem ipsæ sumptiones, Secundum theorema. *sed eadem conclusio conuersa. 9 Secundum theorema est à commutata proportione,si sumantur quatuor termini sic affecti, ut primus,& secundus reciprocẽtur inter se uniuersè,tum tertius,& quartus; si primus,& tertius habeãt hanc rationem,ut sit necesse alter eorum omni rei conuenire,& nulli rei simul possint cõuenire;secundus,& quartus habebunt eadẽ rationẽ,ut si sumãtur hi termini.*

A.genitum. B.mortale.

C.ingenitum. D.immortale.

Quia genitum, & mortale reciprocantur uniuersè;tum etiam ingenitũ,& immortale;atque necesse est omne aut genitum,aut ingenitum esse; necesse quoque erit omne aut mortale esse, aut immortale. 10 Quod probatur duabus ratiocinationibus.Prima est,quidquid est genitum est mortale, & contrà; tum quid-

etiam,omne aut b,aut d esse,nec simul conuenire,duæ enim componuntur ratiocinationes. 11 Rursus si omne quod est,aut a est, aut b;tum etiam c,aut d,nec simul conueniunt;si reciprocãtur a, & c;b quoque,& d reciprocantur. 12 Si enim aliquod d nõ est b,certum est esse a,quòd si est a,erit c,reciprocantur enim;quare simul erit c,& d,quod fieri non potest. Vt si ingenitum est immortale,& immortale est ingenitum;necesse est quod genitũ est, mortale esse,& quod mortale,genitũ esse. 13 Cùm autẽ a omni b,& omni c conuenit,& de nulla re alia dicitur, conuenit autem b omni c,necesse est a,& b reciprocari.

quidquid est ingenitũ est immortale,& cõtrà; sed omne quod est,aut est genitũ, aut ingenitum;igitur omne quod est,aut mortale,aut immortale. Secũda, quidquid est genitũ,est mortale, & contrà;tum quidquid est ingenitum, est immortale,sed nihil potest simul esse genitum,& ingenitum,ergo nihil poterit simul esse mortale,& immortale:cùm enim propositio reciprocetur uniuersè,fit ratiocinatio in secunda figura. 11 Tertium theorema est etiam à commutata proportione,& ex altera parte secundo respondens: si sumantur quatuor termini sic affecti,ut primus,& secundus sint quasi cõtradicẽtes, ut sit necesse alterũ eorum omni rei conuenire,nec tamen possint simul conuenire;& tertius,& quartus se habeant eodem modo;si primus,& tertius reciprocantur uniuersè;secundus etiam,& quartus reciprocabuntur uniuersè;ut si sumantur hi termini. Tertium theorema.

A.ingenitum. B.genitum.

C.immortale. D.mortale.

Quia quidquid est,aut est ingenitum,aut genitum;tum immortale,aut mortale: quidquid autem est ingenitũ est immortale,& cõtrà,igitur quidquid est genitũ, est mortale,& contrà quidquid mortale,genitum. 12 Quod ita per incommodum demonstratur.si quippiam est mortale,quod non sit genitũ, haut dubiè erit ingenitum per hypothesim,quod si ingenitum,erit etiã immortale, cùm hæc duo reciprocentur:igitur simul erit immortale,& mortale, quod nullo modo fieri potest.Quare si quidquid est ingenitum est immortale,& contrà, quidquid etiã est genitum erit mortale,& contrà. 13 Quartum theorema.si aliquod attribu tum dicatur tantùm de duobus subiectis,& primum subiectũ dicitur de toto secũ do,illud attributum reciprocatur cum primo subiecto.Exempli causa, si sentiẽs dicitur tantùm de omni animali,& de participe rationis, & experte; & animal dicitur de toto participe rationis,& experte:sentiens, & animal reciprocentur est necesse. Quartum theorema.

A. sentiens.
B animal.
E.participes rationis & expers.

14 Nam quia de solis b & c dicitur a, dicitur autem b tum de seipso, tum de c, perspicuum est de quibus a dicitur, de ijs omnibus, b dictū iri, quin etiam de ipso a. 15 Rursus cùm a & b toti c conueniunt, reciprocatur autem c cum b, necesse est a omni b conuenire. 16 Nam quia omne c est a, & omne b est c, quia reciprocantur, omne b erit a. 17 Cùm autem è duobus vt a & b, a est magis expetendum, quàm b, cùm sint inter se opposita; atque eadem ratione d magis expetendum quàm c, si a & c sunt magis expetenda, quàm b & d, ipsum a erit magis expetendum quàm d. 18 Nam æquè persequendum est a, atque fugiendū b, sunt enim opposita: c quoque, & d; nam hęc etiam opponuntur. 19 Si igitur a ęquè expetendum est, atque d; ipsum b erit æquè fugiendū, atque c; vtrumque enim æquè fugiendum vtriq; æquè persequē-

14 *Quod ita demonstratur, sentiens dicitur tantùm de animali, & de participe rationis, & experte, sed animal dicitur de seipso, atque de toto participe rationis, & experte; animal igitur enuntiatur de quibus omnibus dicitur sentiens, ac proinde cū eo reciprocatur, immo uerò dicetur de omni sentiente.* 15 *Quintum theorema si duo attributa dicantur de toto aliquo subiecto, & secundū attributum reciprocetur cum illo subiecto, necesse est primum attributum dicatur de toto secundo. Exempli causa, si animal, & particeps rationis dicuntur de toto homine, & particeps rationis reciprocatur cum homine, animal dicetur de toto participe rationis.* 16 *Quod ita probatur, si omnis homo est animal, & omne quod est particeps rationis est homo, quia reciprocātur, igitur omne quod est particeps rationis est animal.* 17 *Sextum theorema est sumptum à compa ratione, si sumantur quatuor termini sic affecti, ut primus, & secundus sint contrarij, primus res expetenda, secundus res fugienda, ut ualetudo, & morbus: tertius, & quartus sint affecti eodem modo, ut diuitiæ, & paupertas, si ualetudo, & paupertas simul sumptæ sint magis expetēdæ, quàm diuitiæ, & morbus; sola ualetudo erit magis expetenda, quàm diuitiæ.* * *Quod ita demonstratur, si ualetudo non est magis expetenda, quàm diuitiæ, aut erit æquè expetenda, aut minus; at neutrum potest esse. Primum non æquè expetenda,* 18 *quod ita probatur per incommodum, quàm expetēda est ualetudo, tam fugiendus est morbus; & quàm expetendæ diuitiæ, tam fugienda paupertas, sunt enim res contrariæ, quæ debent habere hac in parte parem rationem.* 19 *Si igitur ualetudo est æquè expetenda, atq; diuitiæ; morbus erit æquè fugiendus, atq; paupertas: quoniam æquè persequendo contrarium est æquè fugiendum, quemadmodum magis persequendo magis fugiendum, & minus persequendo minus fugiendum.*

20 Quòd

Quintum theorema.

A. animal.
B. particeps rationis.
C. homo.

Sextū theorema.

A. valetudo
B. morbus.
D. diuitiæ.
C. pauptas.

do contrarium est. 20 Quare & ambo simul a c æquè expetenda, atque b d; quoniam autem magis expetenda erant, non possunt æquè expetenda esse, alioquin b d æquè expetenda erunt.

21 Si verò d magis est expetendum, quàm a; & b quàm c minus erit fugiendum, minus enim minori opponitur. 22 Atqui maius bonum, & minus malum magis expetenda sunt, quàm minus bonū, & maius malum; totum igitur b d magis expetendum erit, quàm a c, nunc autem non ita est, qua propter a magis erit expetendum qua d, & c quàm b minus fugiendū. 23 Si ergo omnis qui amat velit ex amore ipsum a, hoc est sic affectus esse, vt gratificetur; atq; non gratificari sit c, aut certè gratificari sit d, & non esse talem, vt gratificetur sit b; manifestum est ipsum a, scilicet talem esse, magis expetendum esse, quàm gratificari. 24 Vnde in amore magis expetendum est diligi, quàm cōgredi; amor igitur magis in dilectione & affectu positus est, quàm in congressione. Quòd si in eo po-

20 *Quòd si hæc ita se habeant, ualetudo & paupertas simul erunt æquè expetendæ, atque diuitiæ, & morbus; atqui ex hypothesi est constitutum magis expetendas esse ualetudinem, & paupertatem; non igitur potest ualetudo æquè expetenda esse, atque diuitiæ.* 21 *Si autem diuitiæ sint magis expetēdæ, quàm ualetudo, aut quod idem est, ipsa ualetudo minus expectenda, morbus erit minus fugiendus, quàm paupertas, minus enim expetendo, ut diximus, opponitur minus fugiendum.* 22 *Sed maius bonum, & minus malum magis sunt expetenda, quā minus bonum, & maius malum; si igitur diuitiæ sint maius bonum, quàm ualetudo, & morbus minus malum, quàm paupertas, diuitiæ, & morbus simul magis erunt expetendi, quàm ualetudo, & paupertas; atqui hoc est contra hypothesim constitutam, igitur ea hypothesi constāte, ualetudo erit magis expetenda, quàm diuitiæ, & paupertas minus fugienda, quàm morbus.* 23 *Ex hoc theoremate aliud simile colligitur, nempe amicitiā & omnem amorem positum esse magis in uoluntate, & animi affectu, quàm in externa actione, ut beneficium conferre, aut alia simili, quod ita probatur; sumantur quatuor termini eodem modo dispositi, atq; in superiore theoremate: ut uelle ex amore gratificari, & nolle gratificari, reuera gratificari, & non gratificari. Si uelle ex amore gratificari, & non gratificari, quia non possit, magis expetenda sint, quàm reuera gratificari, & nolle gratificari, certe uelle ex amore gratificari solùm, magis erit expetendum, quàm gratificari solùm sine amore & uoluntate.* 24 *Vnde constat etiam in amore præstantiorem esse animi dilectionem, quàm congressum, atque in ipsa*

A. velle ex amore gratificari.
B nolle gratificari.
D. reuera gratific.
C. non gratificari.

Vide conuiuium Platonis.

tiùs collocatur, atque ipse finis est, profectò ipse congressus aut nõ est amoris omnino, aut dilectionis est gratia. 25 Et enim aliæ cupiditates, & artes ita fiunt. 26 Constat igitur quemadmodũ affecti sint termini tum in reciprocationibus, tum in cõparatione eius, quod est magis expetendum, aut magis fugiendum.

dilectione positum esse potius amorem, quàm in congressione; congressionem autem, aut nihil ad amorem pertinere, aut referri ad dilectionem tanquam ad finẽ, omnis enim extrema actio probatio est potius dilectionis, quàm dilectio. 25 Quemadmodũ etiam in alijs cupiditatibus, & artibus finis est cuius gratia cætera fiunt. Nam in cupiditate cibi, & potus, non est finis cibum, & potum sumere, sed hoc alimento nutriri. In arte ædificandi nõ est finis lapides parare, & disponere; sed domo extructa ab iniurijs cæli defendi; sic in amore nulla actio externa finis est. sed ad ipsam dilectionem tanquam ad finem spectat. 26 Perspicuum igitur est ex hac disputatione qua ratione affecti sint termini & disponantur, tum in mutua reciprocatione, tum in quæstionibus, quæ habẽtur de eo, quod est magis expetendum, aut magis fugiendum.

Scholia in cap. 22.

12 *VT si ingenitum est immortale, &c.) In omnibus exẽplaribus, quæ ego viderim, tã Græcis, quàm Latinis hoc exẽplũ habetur in superiori theoremate, nu. 10. præterquã in codice Basilienſi, vbi de industria translatũ est in hũc locum, & rectè quidem; non enim potest illi theoremati satis aptè accommodari. Videtur in hoc theoremate Arist. tacitè refutare sententiam Platonis, qui docuit in Timæo mundum genitum fuisse, sed manere immortalem, quod theorema eadem ratione disputat ipse Aristote. 1. lib. de Cœlo, cap. 12.*

14 *Quin etiam de ipso a, &c.) In omnibus Græcis exemplaribus, quæ viderim, sic habetur hic locus πλὴν αὐτοῦ τοῦ α, id est, præterquam de ipso a. Hoc est, dicetur b de omnibus, quæ sub a continentur, non tamen de ipso a: quod quidem falsum videtur, si enim b reciprocatur cũ a, cur non dicetur de a? Burana respondet dici quidem de a, non tamen supponi in exemplo. Idem tamen refert Alexandrum existimasse hunc locum corruptum esse, atque legi debere, & de ipso a, quam lectionem tanquam verissimam accepi in mea versione, cùm viderim Boëthum eandem secutum fuisse.*

De in-

De inductione. Cap. 23.

ARGVMENTVM.

Primùm docetur omnem probationem effici in aliqua trium figurarũ: deinde quid sit inductio: tertiò quid differat à ratiocinatione.

1 NVnc autem dicendum est non solùm dialecticas, & demõstratiuas ratiocinationes effici per figuras antea explicatas, sed etiam rhetoricas, atque omnino omnẽ probationem in quauis arte. 2 Omnia enim credimus aut per ratiocinationem, aut per inductionem. 3 Est igitur inductio, atq; ratiocinatio ex inductione, cùm alterum extremum per alterum de medio concluditur. 4 Vt si terminorum a c medium sit b, atq;

* *IN superioribus de ijs ratiocinationibus disputatũ est, quæ omnibus suis partibus sunt absolutæ; superest nunc ut ultimam manum huic operi imponamus, de quibusdam imperfectis argumentationibus disseramus, utpote de inductione, exemplo, & enthymemate, quæ naturam ratiocinationis imitantur, possuntq; in formam & habitum ratiocinationis transferri, unde inter affectiones ratiocinationibus annexas adnumerari possunt.* 1 *De ijs autem nũc disputamus hoc consilio, ut ostendamus non solùm ratiocinationes dialecticas, quæ constãt ex probabilibus, & demonstratiuas, quæ ex proprijs, & necessarijs, uerùm etiã omnes argumentationes rhetoricas, cuiusmodi sunt enthymema, & exemplum, omnem denique probationem, quæ uim sumit ex aliquo medio & argumẽto, idq; in omni arte, quæ uia & ratione continetur, effici in aliqua figura ex ijs tribus, quas in superioribus exposuimus.* 2 *Quod ita possumus confirmare, omnis probatio, qua aliquid credimus, uel probamus, aut ratiocinatione constat, aut inductione; nam enthymema rhetorica est ratiocinatio, exemplum inductio rhetoricã; omnis autem ratiocinatio, & inductio efficitur in aliqua trium figurarũ, igitur omnis probatio constat in aliqua ex tribus figuris.* 3 *Primũ autẽ de inductione, quàm exẽplo, & enthymemate explicandũ est, quia inductio argumentatio est dialectica, cæteræ rhetoricæ. Inductio quidẽ est à rebus singularibus ad uniuersas progressio, cùm scilicet ex multis singularibus unã cõmunem & uniuersam colligimus notionẽ. Verũ quia hoc loco tractatur inductio ut ratiocinatio quædã est, aut ad eam reducitur, idcirco definitur inductio, & ratiocinatio ex inductione facta, qua probamus maius extremum medio conuenire per minus extremum.* 4 *Vt cùm sit hæc ratiocinatio, omne b est a, omne c est b, ergo omne c est a; si demonstremus omne b esse a, per c, erit inductio. Sed exemplo*

Primo rhetoricæ cap. 2. & 1. lib. de Demõstra. cap. 1 1. lib. Topic. cap. 10.

 propoſi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

per c monstremus a ipsi b cõuenire, sic enim efficimus inductiones. Exempli causa, esto vt a sit longæuum, b autem carens bile, c verò singulare longæuũ, vt homo, & equus, & mulus. Omne quidem b est a, quidquid enim caret bile longæuum est; sed etiam omne c est b, nempe id quod caret bile. 5 Si igitur c reciprocetur cum b, neque mediũ excedat, necesse est a omni b cõuenire. 6 Demonstratũ enim est antea si aliqua duo eidẽ conueniant, atq; extremum cum altero eorum reciprocetur, alterum etiam attributorum ei toti quod reciprocatur conuenire. 7 Oportet autem c intelligamus quod ex omnibus singularibus compositum est, inductio enim ex omnibus efficitur. 8 Est autem huiusmodi ratiocinatio primi & medio vacantis pronuntiati; quorum enim mediũ

propositio res fiet magis manifesta. Esto primùm hæc ratiocinatio, omne animal carens bile est longæuũ, homo, equus, & mulus carẽt bile, igitur homo, & equus, & mulus sunt lõgæui. 5 Si ergo singularia lõgæua, ut homo, equus, & mulus, qui faciunt minus extremum reciprocentur cum medio, quod est carere bile, per hæc singularia colligetur propositio uniuersa per inductionem hoc modo, homo est longæuus, equus longæuus, & mulus longæuus, sed omnis homo caret bile, tum equus, & mulus, ergo omne animal carens bile est longæuum: Quæ inductio iam est redacta in formam ratiocinationis. Quamuis autem sit in tertia figura, nihilominus concludit uniuersam conclusionem, quia minus extremum, & medium reciprocãtur, unde reciprocata assumptione in uniuersam, fiet in prima figura, ubi mediũ est congregatio ex singularibus. 6 Colligi uerò hoc modo uniuersam propositionem ex quinto theoremate capitis præcedentis demonstratur. Erat enim quintum theorema, si duo attributa dicantur de toto aliquo subiecto, & secundum attributum reciprocetur cum eo subiecto, necesse esse primum attributum dici de toto secundo: sed longæuum esse, & carere bile dicuntur de homine, equo, mulo, & ceruo, & quibusdam alijs animalibus; & carere bile cũ his animalibus simul sumptis reciprocatur, quare longæuum esse dicetur de omni animali carente bile. 7 Cùm autem dicimus in inductione per minus extremum concludi maius de medio, nomine minoris extremi, non debemus intelligere rem aliquã unã, sed congregationẽ ex omnibus singularibus, talis enim est inductio. Nec est necesse ad inductionẽ fiat priùs ratiocinatio; nã quoties ex singularibus colligitur pronũtiatũ aliquod uniuersũ, inductio est, sed dicitur colligi maius extremũ de medio, quia cõcluditur uniuersum pronũtiatũ, quod potest esse propositio in aliqua ratiocinatione. 8 Verũtamen tres sunt differẽtiæ inter ratiocinationẽ, & inductionẽ, uel ratiocinationẽ ex inductione. Prima est, quòd ratiocinatione

est, per ipsum mediũ efficitur ratiocinatio; quorũ autẽ non est, per inductionem. 9 Atque inductio quodãmodo ratiocinationi est opposita; hæc enim per medium demonstrat extremum de tertio, illa verò per tertium probat extremum de medio. 10 Naturà igitur prior ac notior est, quæ per medium efficitur ratiocinatio: nobis autem euidentior, quæ per inductionem.

natione demonstramus pronuntiatum, quod medium habet, inductione illud cõcludimus, quod primũ est principium, & medio uacat. Nam ea, quæ habent medium & causam per id medium ratiocinatione demõstrantur; prima uerò principia, quæ non habent medium nec causam, ex singularibus, & quæ sensu nota sunt ostenduntur; hic enim est potißimus inductionis usus in scientia demonstratiua. 9 Secunda differentia est quòd inductio quodãmodo ex altera parte est opposita ratiocinationi: nam ratiocinatio per medium concludit maius extremum de minore, inductio uerò contrà per minus extremũ colligit maius extremum de medio. 10 Hinc oritur tertia differentia; ratiocinatio, in qua per medium & causam demonstramus conclusionem, est natura prior & notior: inductio uerò, ubi per singularia & sensilia ostenduntur uniuersa principia, est nobis magis conspicua, & nostro captui magis accommodata.

1. de Demõstra. cap. 14. 6. Etic. cap. 3.

Vide 1. Topic. cap. 10.

Scholium in cap. 23.

3 EST igitur inductio, & ratiocinatio ex inductione, &c.) *Primo Topico, cap. 10. definitur inductio ab Aristotele à rebus singularibus ad vniuersas progressio, hæc enim est vis inductionis. Sed quia hîc tractatur vt ratiocinatio quædam est, aut redigitur in formam ratiocinationis, id circo aliter definitur. Cicero tamen in Topicis vbi tractat locum similitudinis. Inductionem dicit esse, quæ ex pluribus similibus peruenit quò vult, hoc est aliud simile demõstrat, qua plurimum est vsus in sermonibus Socrates; est enim frequens huiusmodi inductio in Dialogis Platonis, verum hæc non est inductio dialectica, de qua hîc, & in Topicis agit Aristoteles, sed rhetorica, quæ ab Arist. Exemplũ vocatur, id enim est quod ex vno simili, aut pluribus aliud simile demonstrat. Vnde primo lib. Rhetoricæ exemplum vocat rhetoricã inductionem, & enthymema Syllogismum rhetoricum. Laërtius in vita Platonis duplicem dicit esse inductionem ex con-*

Tractatur etiam hîc inductio vt affectio ratiocinationi annexa, hoc est vt per eã probatur propositio alicuius ratiocinationis, ac proinde ita dfinitur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ex consecutione, vnam, quæ ex vno particulari alterum demonstrat particulare; alterã, quæ ex particularibus monstrat vniuersum. Primã autem esse rhetoricam, secundam dialecticam. Alexander Aphrodiseus in Commentarijs in primum Topicorum, cap. 10. eos errare dicit, qui volũt inductionẽ esse qua ex simili simile probatur. Errãt quidẽ si putent eam esse inductionem dialecticam. Intelligitur nũc inductio dialectica, non probabilis tantùm, sed omnis in qua ex multis singularibus inducitur vniuersum. Sed in hoc genus probationis duæ potissimùm dubitationes oriũtur: prima est, si singularia infinita sunt, vt nonnullis in locis docet Arist. nõ poterũt percurri, vt ex ipsis inducatur vniuersum. Respõdẽdum est, cùm inductio definitur à singularibus ad vniuersa progressio, per singularia non semper esse intelligenda indiuidua, sed interdum minus communia, quæ solent ab Arist. singularia vocari. Nam ex huiusmodi sæpe fit inductio in disciplinis, qualis ea est, qua vtitur Arist. 1. lib. de Demonst. cap. 1. cùm ex singulis generibus artium probat omnẽ doctrinam fieri ex præcedente cognitione. Talis etiam est, quam adfert hoc loco exempli causa, homo enim, equus, & mulus species sunt, cùm igitur huiusmodi singularia, quæ sunt species, aut aliæ res minus cõmunes certo numero contineantur, facilè possunt in inductione recenseri. Sed dubia res adhuc relinquitur cùm inductio fit ex ijs, quæ verè sunt singularia, & indiuidua. Dicimus ad hæc indiuidua esse quidem infinita successione iudicio Aristo. qui putabat mundum æternum esse, (nam reuera infinita non sunt:) si verò sumantur tãtùm quæ præsentia sunt. nec Aristotelis iudicio infinita esse, qui nullum admittit actu infinitum: sed dici infinita vel quia sunt tam multa vt ferè sint infinita, vel quia non continentur aliquo certo numero, quemadmodum species, & genera. Nam sub eadem specie nunc esse possunt plura indiuidua, nũc pauciora; numerus autem formarum, & generum ita certus est, vt nec augeatur, nec minuatur. Igitur cùm ex huiusmodi singularibus ac indiuiduis inducimus, satis est aliquot enumerare, quæ nobis sint magis perspicua, in reliquis autem omnibus vno verbo significare eandem esse rationem. Quòd si id quod inducitur necessarium fuerit, ac per se conueniens, necessaria est etiam inductio, qualis ea est, qua vtuntur demonstratores

stratores, cùm ex singularibus colligunt principia, si verò quod inducitur fuerit probabile nisi enumerẽtur omnia singularia, non est inductio necessaria, sed probabilis tantùm. Secũda dubitatio est, si enumeratis aliquot singularibus dicamus in alijs esse eandem rationem, petetur quod in principio est propositum, nam æquè ignotum est in alijs esse eandem rationem, ac vniuersum quod inducitur. Respondendum est, si inductio fiat in rebus necessarijs & quæ per se conueniunt, non esse æquè ignotum quod sumitur, quod enim necessarium est quam rationem habet in quibusdã, eandem habet in omnibus, vnde si in quibusdã singularibus tale esse deprehendatur, rectè inde colligitur vniuersum. In rebus autem probabilibus quamuis quod dicitur in reliquis esse eandem rationem sit æquè ignotum, non petitur quod in principio, quia non totum antecedens est æquè ignotũ, satis enim est sumãtur aliquot singularia nobis notiora. Secunda dubitatio.

De exemplo. Cap. 24.

ARGVMENTVM.

DOcetur quid sit exemplum, & quid diferat à ratiocinatione, & inductione.

1 EXemplum autem est cùm extremum medio conuenire monstratur per id, quod est simile tertio. 2 Debet autem notius esse quòd medium tertio conueniat, & pri-

* EXplicata igitur inductione, quæ dialectica est probatio, sequitur de rhetoricis probationibus exemplo, & enthymemate disputemus; ac primùm quidem de exemplo, quia simile est inductioni. Exemplum argumẽtatio quædam est, qua rem aliquam priuatam & particularem per aliam probamus, propter utriusq; similitudinem, ut perniciosum fuit Thebanis gerere bellũ contra Phocenses, quoniam erãt finitimi, pernicioſum igitur erit Athenienſibus genere bellum cõtra Thebanos, cùm sint etiam finitimi. Tamen quia nunc agitur de exẽplo ut reuocatur in formam ratiocinationis, aliter est definiendum: 2 Nempe hac ratione, exemplum est, quo maius extremum demonstratur conuenire medio per id, quod est simile minori extremo. Constat enim exemplum quatuor terminis, ex quibus fiunt duæ ratiocinationes, una perfecta, in qua ex propositione uniuersa colligitur particulare aliquod; altera imperfecta, in qua ex particulari simili minori extremo colligitur uniuersa propositio, quæ continet similitudinem utriusque rei particularis. 2 Atque ut fiat probatio ex notioribus debet perspicuum Exemplum simile inductioni Arist. 2. lib. rhetoric. cap. 20.

Definit etiã hîc Exẽplũ vt affectio ratiocinationi annexa, qua propositionẽ ratiocinationis cõfirmam?

Universidad de Deusto
Biblioteca

A. maius extremum.
B. medium.
C. minus extremum.
D. simile minori extremo.

mum illi simili. 3 Exempli causa, sit a pernicioſum, b finitimis bellum inferre, c Athenienſes inferre bellum Thebanis, d verò Thebanos inferre bellum Phocenſibus. 4 Si igitur velimus probare pernicioſum eſſe Thebanis inferre bellum, ſumẽdum eſt pernicioſum eſſe finitimis bellum inferre: huius aũt probatio ex ſimili, ſcilicet pernicioſum fuiſſe Thebanis gerere bellum contra Phocenſes. Quoniãigitur finitimis bellum inferre pernicioſum eſt; Thebanis autem inferre bellum eſt finitimis bellum inferre; perſpicuum igitur eſt Thebanis bellum inferre pernicioſum eſſe. 5 Quòd igitur b ipſi c, & d conueniat perſpicuum eſt, vtrumq; enim eſt finitimis bellum inferre: tum etiam quod a conueniat d; Thebanis enim nihil profuit bellum, quod Phocenſibus intulerunt. Quòd autem a ipſi b conueniat, demonſtrabitur per d.

ſpicuum, & exploratum eſſe medium perfectæ ratiocinationis cõuenire minori extremo, & maius extremum ei, quod eſt ſimile minori extremo. 3 Vt ſi maius extremum ſit pernicioſum eſſe, Medium finitimis bellum inferre, minus extremũ Athenienſes inferre bellum Thebanis, ſimile minori extremo Thebanos inferre bellum Phocenſibus. 4 Ex his igitur fit exemplum, aut ratiocinatio exemplaris ad hunc modum. Primum demonſtratur pernicioſum eſſe Athenienſibus inferre bellũ Thebanis ex uniuerſa propoſitione, idq; perfecta ratiocinatione: ut finitimis bellum inferre pernicioſum eſt, ſed Athenienſes inferre bellum Thebanis, eſt finitimis bellũ inferre; igitur Athenienſes inferre bellum Thebanis pernicioſum eſt. Deinde fit alia ratiocinatio, qua probatur propoſitio per id, quod eſt ſimile minori extremo, hoc pacto; pernicioſum fuit Thebanis inferre bellum Phocenſibus, ſed illud erat inferre bellum finitimis, igitur finitimis bellum inferre omnino pernicioſum eſt. hæc ratiocinatio eſt imperfecta, quia ex particularibus colligit uniuerſum, habet tamen uim ex ſimilitudine, quæ eſt cauſa. Nam ſi propterea fuit pernicioſum Thebanis inferre bellum Phocenſibus, quia erant finitimi, probabile eſt finitimis bellum inferre omnino eſſe pernicioſum, atque hæc ſimilitudo eſt medium in prima ratiocinatione, quæ eſt perfecta. 5 Igitur in toto hoc exemplo aſſumptio primæ ratiocinationis, & ſecundæ perſpicua eſt; conſtat enim Athenienſes inferre bellum Thebanis, & Thebanos Phocenſibus, eſſe finitimis bellum inferre: tum etiam propoſitio ſecundæ ratiocinationis, pernicioſum fuiſſe Thebanis bellũ inferre Phocenſibus finitimis. Propoſitio uerò primæ ratiocinationis, finitimis bellum inferre omnino eſſe pernicioſum demõſtratur & eo, quod fuerit pernicioſum Thebanis inferre bellum Phocenſibus finitimis,

6 Eodem modo fiet, ſi ex pluribus ſimilibus probetur maius extremum medio conuenire. 7 Perſpicuum igitur eſt exemplum non eſſe vt totum ad partem, nec vt partem ad totum, ſed vt partem ad partem; 8 Cùm ambæ quidem ſub eodem continentur, ſed altera eſt nota. 9 Differt etiam ab inductione, quòd hæc quidem ex omnibus indiuiduis demonſtrat extremum cõuenire medio, neq; connectit cum extremo ratiocinationem: hoc autem & connectit, neque ex omnibus demonſtrat.

mis, quod eſt ſimile minori extremo, nempe Athenienſes inferre bellum Thebanis. 6 Eadem ratione fiet exemplum, ſi non tantùm ex uno ſimili, ſed ex multis demonſtretur uniuerſa propoſitio. 7 Ex his conſtat differre exemplum à ratiocinatione, & inductione, quòd in ratiocinatione progredimur à toto ad partẽ, nam ex uniuerſo colligimus particulare; in inductione à parte ad totum, nam ex ſingularibus inducimus uniuerſum; exemplum nihil horum eſt, ſed progredimur à parte ad partem, cùm ex alia re ſingulari aliam probamus. 8 Quæ ambæ res ſingulares ſub eodem continentur uniuerſo; ſed altera eſt notior, quæ ſumitur ad alterius probationem, ut pernicioſum fuiſſe Thebanis inferre bellum Phocenſibus, & pernicioſum eſſe Athenienſibus inferre bellum Thebanis, ſub illo uniuerſo pronuntiato, finitimis bellum inferre pernicioſum eſſe; ſed prius illud eſt notius. 9 Differt præterea ab inductione duobus modis. Primo quia in inductione ex omnibus ſingularibus colligitur uniuerſum, in quo maius extremum cõiungitur cum medio affirmatè, aut negatè; in exemplo uerò non fit probatio ex omnibus, ſed ex una re ſingulari, aut aliquot. Secundo, quia in inductione tantùm copulatur maius extremum cum medio, non autẽ cum minori extremo, & concluſione, ſolùm enim fertur inductio ad probandam uniuerſam propoſitionẽ; exemplum uerò coniungit maius extremum cum minori & concluſione, quia non tantùm probat uniuerſam propoſitionem, ſed etiam concluſionem particularem, immo hanc præcipuè nititur confirmare: nam uniuerſam propoſitionẽ demonſtrat, ut inde colligat particularem concluſionem: ut ex eo, quòd fuit pernicioſum Thebanis inferre bellum Phocenſibus finitimis, colligit finitimis bellum inferre eſſe pernicioſum, ut inde oſtendat pernicioſum fore Athenienſibus inferre bellum Thebanis, qui ſunt finitimi.

Scholia in cap. 24.

* Exemplũ aũt eſt, &c.) Exemplũ definitur à Quinctiliano lib. 5. cap. 11. rei geſtæ, aut vt ingeſtæ vtilis ad perſuadendũ id, quod intẽderis, cõmemoratio. Quamuis enim exẽplum definiatur, quo rem aliquam ſingularem

gularem ex alia simili probamus, id tamẽ propriè exemplũ est, vbi illud simile, quod ad probationẽ adducitur, res aliqua gesta est, aut vt gesta. Vnde Aristoteles. 2. lib. Rhetoricæ cap. 20. duo tradit exemplorum genera, vnum, quo res præteritas cõmemoramus; alterum cùm ipsi fingimus aliquid vt gestum: rursus hoc secundum diuidit in duo genera, scilicet in parabolam, & fabulã. Parabola, quam Cicero tum similitudinem, tum collationem appellat, est cùm ex collatione rei similis res proposita illustratur, qualis illa apud Virg. 2. lib. Aeneid.

Improuisum aspris veluti qui sentibus anguem
Præsit humi nitens, trepidusq; repente refũgit
Attollentem iras, & cærula colla tumentem.
Haud secus Androgeos visu tremefactus abibat.

Eisdem propè verbis vsus fuit priùs Homerus hac parabola 3. Illia. vt obseruauit Macrobius. Est autẽ hoc genus exempli frequens apud Homerum, Virgilium, poëtas omnes, ac reliquos etiam autores. Fabula definitur ab Aphthonio, & Theone in Progymnasmatis λόγος ψευδὴς εἰκονίζων ἀλήθειαν, *id est, oratio falsa imagine quadam referens veritatem. Est enim cùm in mutis animantibus, aut etiam in rebus inanimis aliquid fingitur simile rei probandæ; quales sunt fabulæ Aesopi, vt illa, quam expreßit Horatius lib. 1. Epist.*

Quòd si me Populus Romanus fortè roget, cur
Non, vt porticibus, sic iudicijs fruar isdem:
Nec sequar, ac fugiam, quæ diligit ipse, vel odit.
Olim quod vulpes ægroto cauta leoni
Respondit, referam; quia me vestigia terrent,
Omnia te aduersum spectantia, nulla retrorsum.

Talis est nota illa fabula de membris humanis aduersus ventrẽ discordantibus, qua Menenius Agrippa plebem Romanam cum patribus ingratiam restituisse dicitur. Hoc genus fabulæ à Græcis propriè Apologus appellatur. Cicero tamen in Partitionibus exemplũ facit diuersum à similitudine, & fabula: sed Quinctilianus loco superiùs citato exempli nomine parabolam, & fabulam vult comprehendi: vbi multa disputat de

tat de exemplo. Aristo. etiam eo loco, quem antea citauimus ex. 2. lib. Rhetoricæ, & 1. lib. cap. 2. tum in Rhetorica ad Alexandrum.

7 *Perspicuum igitur est, &c.*) Dubitaret aliquis quo pacto verum sit quod dicitur hoc loco, exemplum esse vt partem ad partem, cùm in principio capitis sit definitum, in quo per id, quod est simile tertio monstratur vniuersa propositio. Ex ijs, quæ diximus in Paraphrasi dissoluitur hæc dubitatio, scilicet non monstrari in exẽplo vniuersam propositionem propter se, sed vt ex ea alterum simile singulare probetur.

De Abductione. Dap. 25.

ARGVMENTVM.

DOCETVR quid sit abductio, & quæ sint necessaria, vt fiat abductio.

1 ABductio autem est, cùm certum est primum extremum medio conuenire, an verò medium vltimo cõueniat incertum quidem; 2 æquè tamen est credibile, aut certè magis, quàm c cõclusio. Præterea si pauca sint media vltimi, & medij; omnino enim accidit, vt propiùs ad scientiam accedat.

3 Vt sit a posse doceri, b scientia, c verò iustitia: scientiam igitur posse doceri manifestũ est, an verò iustitia sit scientia incertũ: si ergo sit æquè, aut magis credibile b c, quàm a c, abductio est.

* *Loco sequebatur, vt post exemplum, statim de enthymemate altera probatione rhetorica disputaremus, sed quia supersunt adhuc duæ affectiones ratiocinationibus annexæ, abductio, & instãtia cõmunes Rhetori cũ Dialectico, has priùs cõuenit explicare.* 1 *Abductio igitur est cum in aliqua ratiocinatione propositio est nota & cõcessa; assũptio verò obscura, vnde à cõclusione diuertimur ad probandam assumptionem.* 2 *Hæc autem fit tum, cùm assumptio est quidem obscura, non tamen obscurior conclusione, sed aut æquè ignota, aut certè paulò notior; tum etiã cùm habet pauca media, quibus probetur, hæc enim duo sunt necessaria ad abductionem, vnde fit vt magis eò accedat, vt cognoscatur ipsa, inquam assumptio, & propinquior sit primis principijs.* 3 *Debet ergo assumptio esse æquè ignota, aut paulò notior cõclusione. Vt si fiat hæc ratiocinatio. Omnis scientia potest doceri, iustitia est scientia, ergo iustitia potest doceri: propositio perspicua est, assumptio ignota; tamen si æquè ignota, atq; cõclusio, aut certe paulò notior, erit abductio, cum diuertemur ad eã cõfirmandã.*

4 Propiùs enim ad scientiam accedimus, propterea quod assumpsimus pronuntiatum a c, cùm priùs scientiam non haberemus. 5 Rursus si pauca sint media inter b, & c; nam sic etiã efficitur vt propiùs ad cognitionem accedat. Vt si d sit quadrari, e figura rectilinea, f autem circulus, 6 si pronuntiati e f vnum tantũ existat medium, scilicet per lunulas fieri circulũ æqualem figuræ rectilineæ, propiùs equidem eò accedit, vt cognoscatur. 6 Quòd si pronuntiatum b c nec credibilius sit, quàm a c, nec pauca habeat media, nõ appello hanc abductionem. 8 Nec item cùm b c medio vacat, id enim scientia est.

4 *Nam inde eueniet, ut propiùs ad scientiã accedamus, quàm anteà, cùm enim priùs non haberemus certam, & exploratam scientiam assumptionis, quòd esset ignota, nec conclusionis, colligimus ipsam conclusionem: at uerò confirmata assumptione per abductionem, habemus tunc perfectam scientiam conclusionis.* 5 *Oportet etiã, ut diximus, assumptionẽ habere pauca media, quibus probetur, nã sic etiã efficitur ut magis accedat ad prima principia, atque eò, ut certius cognoscatur.* Exempli causa, *si sit hæc ratiocinatio; omnis figura rectilinea potest quadrari, id est fieri æqualis quadrato; circulus potest fieri figura rectilinea, id est æqualis figuræ rectilineæ, ergo circulus potest quadrari.* 6 *Propositio huius ratiocinationis nota est, assumptio æquè ignota atque conclusio; tamen si tãtum posßit probari per unũ medium, utpote per lunulas, ut putabat Hippocrates, propius accedet ad principia, atque ut cognoscatur, unde si diuertamur ad eam probandam per huiusmodi mediũ, erit abductio.* 7 *Quòd si assumptio non est paulò notior conclusione, aut æquè ignota, sed aut ignotior, aut multò notior, non est abductio. si eam probemus. Neque si nõ habeat pauca media, sed multa; tum enim si probetur, supergreßio dicitur, non abductio.* 8 *Demũ neq; abductio est. si assumptio omni medio careat, non enim potest abductione demõstrari. sed est principium, cuius est certa, & perfecta scientia per seipsum.*

Euclid. 2. elementorum. propo. vlt.

Supergreßio ὑπερβασις à Philopono.

Scholia in cap. 25.

1 *Abductio autem est, &c.) Abductio definitur à Proclo 3. lib. Cõmentariorum in primum Elementorũ, transgreßio ab alio theoremate in aliud, quo cognito, aut comparato, quod propositum est perspicuum relinquitur, vt cùm quæreretur inter Mathematicos duplicatio cubi, transtulerunt quæstionem in aliud*

in aliud theorema, ex quo propositum sequitur, nempe in inuentionem duarum mediarum; deinde quærebãt quo pacto datis duabus rectis, duæ mediæ ad proportionem inuenirentur. Sed hæc abductio non multum distare videtur ab abductione Arist.

6 *Si pronuntiati e f vnũ tantùm existat medium, scilicet per lunulas, &c.) Quadraturæ circuli per lunulas autor fuit Hippocrates Chius, vt scribit Arist. 1. lib. Elenchorum cap. 10. Eandem. 1. lib. Physi. cap. 2. apppellat per sectiones, (vt ibi obseruauit Simplicius,) cùm ait pertinere ad Geometrã soluere quadrationem circuli per sectiones, nõ autẽ illã Antiphontis. Appellatur hæc quadratio his duobus nominibus, quia in ea demonstratione sumuntur tum lunulæ, tum sectiones circuli. Quemadmodum autem eam demonstrationẽ per lunulas tractaret Hippocrates satis copiosè docet Simplicius in cõmentarijs eius loci. 1. Phy. cap. 2.*

De Instantia. Cap. 26.

ARGVMENTVM.

EXplicatur quid sit instantia, quotuplex sit, in quibus figuris concludatur, & qua ratione.

1 INstantia verò est pronuntiatum pronuntiato contrariũ. Differt autem à pronuntiato, quòd instantia potest esse in parte, pronuntiatum verò aut omnino tale esse nõ potest, aut certè non in ratiocinationibus vniuersis. 2 Fertur autem instantia bifariam, atque in duabus figuris: bifariam quidem, quoniã aut vniuersa est, aut in parte omnis instantia: in duabus verò fi-

1 ALtera affectio est instantia, qua non solùm utuntur oratores, & Dialectici; sed etiam Philosophi, Mathematici, artifices omnes. Est autem instantia pronuntiatum, quod adfert aduersarius contrarium alteri pronuntiato, quod sumptum est in ratiocinatione, ad ipsum euertendum. Differt tamen ab eo pronuntiato quod sumptum est, quia instantia potest esse tum uniuersa, tum particularis; pronũtiatum uerò, in quod fertur instantia, aut nunquam est particulare, sed perpetuò uniuersum; aut certè in ratiocinatione uniuersa semper est uniuersum, non enim potest uniuersa ratiocinatio ex particulari constare pronuntiato. 2 Itaque instantia duplex est, una uniuersa, altera particularis. Cõcluditur autem tantùm in duabus figuris, prima scilicet, & tertia, ad euertendũ pronun-

Universidad de Deusto
Biblioteca

guris, quia oppositæ feruntur ipsi pronuntiato: opposita autem in prima, & tertia figura tantùm cõcluduntur. 3 Cùm enim aliquis pronuntiauerit omni inesse, insistimus nulli, aut non omni inesse, ex quibus illud nulli inesse per primam figurã, alicui verò nõ inesse per tertiam figuram cõcluditur. 4 Vt esto a vnam esse scientiam, b verò contraria; sanè si quis pronuntiet contrariorum eandem esse scientiam; aut instat alter omnino oppositorum non esse eandem scientiam, contraria verò esse opposita, vnde efficitur prima figura: 5 aut noti, & ignoti non esse eandem, hęc autẽ est tertia figura: nam de c noto, & ignoto verum quidẽ est contraria esse; vnam autem esse eorum scientiam falsum. 6 Rursus in negante pronuntiato eadem ratione; nam si pronuntiet contrariorũ nõ esse eandem scientiam, aut omnium oppositorum, aut quorundam contrariorum eandem esse dicimus; vt sani, & ægri; atq; omnium esse per primam figuram probamus, aliquorum autem per tertiam.

C medium in tertia figura notũ, & ignotũ.

pronuntiatum, cui obijcitur. Quòd hac ratione constat: instantia, ut diximus, est opposita pronuntiato, cui obijcitur, at in prima, & tertia figura tantùm potest concludi instantia oppositæ cuiuis pronuntiato, nempe affirmanti, & neganti. Nam cùm in secunda figura concluſto semper sit negans, non potest in ea concludi instantia affirmans contra negans pronũtiatum. 3 Cùm enim aliquis proposuerit in ratiocinatione pronuntiatum uniuersum affirmãs, obijcimus instãtiam aut contrariam uniuersam negantem, aut contradicentem particularem negantem, ex quibus uniuersa negans concluditur in prima figura, particularis uerò negans in tertia. 4 Exempli causa, si quis proponat omnium contrariorum esse eandem scientiam, si alter obijciat instantiam uniuersam, nullorum cõtrariorum esse eadem scientiam, eam concludet in prima figura; nullorum oppositorum est eadem scientia, omnia contraria sunt opposita, igitur nullorum cõtrariorum est eãdem scientia. 5 Si autem obijciat instantiam particularem, aliquorum contrariorum non esse eandem scientiam, eam cõcludet in tertia figura, hoc modo; noti, & ignoti non est eadem scientia; notum, & ignotum sunt contraria, igitur non omnium contrariorum est eadem scientia. 6 Eadem est ratio si proponatur negans pronuntiatum, cui obijciatur instantia. Vt si proponat aliquis nullorum cõtrariorum esse eandem scientiam, aut obijcimus instantiam uniuersam, omnium contrariorum eandem esse scientiam, quam concludimus in prima figura per hoc pronuntiatum, omnium oppositorũ eandem esse scientiam: aut obijcimus particularem aliquorum contrariorum eandem esse,

quam

7 Omnino enim in omnibus is quidem, qui vniuersam obijcit instantiam, necesse est adferat contradictionem contra id, quod vniuersum est ei, quod proponitur. 8 Vt si non eandem pronuntiet contrariorum omnium, dicat ipse oppositorum vnam esse: sic autẽ necesse est prima efficiatur figura: Medium enim est vniuersum ad id, quod à principio est propositum. 9 Si verò obijciat in parte, sumet id, ad quod vniuersum est illud, de quo dicitur pronuntiatum: vt noti, & ignoti non eandẽ esse, contraria enim vniuersa sunt ad hæc, & efficitur tertia figura, est enim medium quod in parte sumitur, vt notum, & ignotum.

Contradictionem vocat hoc loco Aristote. omnem oppositionẽ.

*quam colligimus in tertia figura, hoc pronuntiato sani, & ægri eandem esse scientiam. * Omnino igitur omnem instantiam concludi tantùm in prima, aut tertia figura, uniuersam quidem in prima, particularem in tertia duabus rationibus confirmare possumus. 7 Prima est, si uelimus obijcere instantiam uniuersam, ad eam concludendã aliqua ratiocinatione necesse est sumamus uniuersum aliquod pronuntiatum contrarium, aut contradicens ei pronuntiato, quod est magis uniuersum illo, quod est propositum ab aduersario; quia debemus sumere medium, quod sequatur subiectum propositi pronuntiati, & sit eo magis uniuersum, antecedat uerò attributum, aut repugnet. 8 Exempli causa, si pronuntiet aduersarius non omnium contrariorum, aut nullorum contrariorum esse eãdem scientiam, uelimusq; obijcere uniuersam instantiam, omnium cõtrariorum eandem esse, ad eam concludendam sumendum est necessariò hoc pronuntiatum, omnium oppositorum eandem esse scientiam esse, quod illi est contrarium, nullorum oppositorum eandem esse, id autem magis est uniuersum, quàm illud propositum ab aduersario, nullorum contrariorum eandem esse: itaq; medium est opposita, quæ magis sunt uniuersa, quàm contraria, quæ sunt subiectum in pronuntiato proposito ab aduersario: atqui medium, quod sequitur subiectum, & est eo magis uniuersum, antecedit autem attributum, aut repugnat, efficit necessariò primam figuram, ut explicatum est in primo libro, igitur instantia uniuersa nõ potest concludi nisi in prima figura. 9 Si autem obijciat instantiam particularẽ, ad eam concludendam sumet pro medio id, quod continetur sub eo, de quo dicitur attributum pronuntiati propositi, id est quod sub ipso subiecto pronuntiati continetur. Vt si pronuntiet aduersarius omnium contrariorum eandem esse scientiam, uelitq; obijcere non omnium contrariorum eandem esse, sumet ad id probandum noti, & ignoti non eandem esse, notum autem, & ignotum sub contrarijs continentur; atqui ubi medium sumitur sub ipso subiecto, est necesse fiat tertia figura, ut noti, & ignoti non est eadem scientia; notum, & ignotum sunt*

Cap. 29.

Universidad de Deusto
Biblioteca

10 Ex quibus enim licet concludere contrarium, ex his etiam instantias conamur dicere; quare ex his solis figuris instantiam ferimus, quia in his solis fiunt oppositæ ratiocinationes: per mediam enim figuram non licet affirmatè concludere. 11 Præterea verò & si liceat, longiore indiget oratione quæ concluditur per secundã figurã. 12 Vt si nõ det b esse a, eo quòd c nõ cõsequatur ipsum a; id enim per alia pronuntiata fiet manifestum. 13 Non oportet autem in alia diuertere instantiam, sed statim perspicuum habere alterum pronuntiatum. 14 Quapropter ex hac sola figura non est signum. 15 Sunt etiam aliæ instantiæ inspiciendæ, quales quæ à

contraria; quare instantia particularis concluditur tantùm in tertia figura.
10 Secunda ratio est, quam iam superiùs exposuimus; in ijs solis figuris licet colligere instantiam, in quibus licet concludere contrariũ, aut contradicens cuiuis proposito pronuntiato, nam instantia est, ut diximus, pronuntiatum pronuntiato contrarium: ad id tantùm licet in prima, & tertia figura, in his enim solis fiunt ratiocinationes oppositæ, quæ colligunt oppositũ cuiuis proposito pronũtiato: nam in secnnda figura non licet affirmantem colligere conclusionem.
11 Quòd si obijciat aliquis posse per secundam figuram concludi instantiã negantem, respondendum est posse quidem concludi, nõ tamen accommodatè, quia sumendum est pronuntiatum, quod non habet manifestam uim ad eam concludendã, eò quòd sit obscurum, nisi reciprocetur, ac fiat ratiocinatio in prima figura, ac proinde longa oratione opus esset ad probandam eam instantiam.
A. vna scientia. B. cõtraria. C. oppositæ
12 Vt si quis ferat instantiam nullorum contrariorum eãdem esse scientiam, uelitq; eam concludere in secunda figura per medium oppositã, quod medium repugnat uni scientiæ, sic ratiocinabitur; nulla quorum est una scientia sunt opposita, omnia contraria sunt oppositã, ergo nullorum contrariorum est una scientia: ubi propositio non habet manifestam uim, est enim obscura, nisi reciprocetur, nullorum oppositorum est eadem scientia, ex qua aperte colligetur instantia in prima figura 13 Atqui instantia ut probetur non est deflectenda ad alia pronuntiata magis manifesta per reciprocationem: sed statim à principio sumendum est pronuntiatum perspicuum ad eam cõcludendam, ita ut idem sit attributum eius pronuntiati, & instantiæ, & illius, quod euertitur per instantiam. 14 Inepta igitur est secunda figura ad concludendam instantiam tum propter hãc causam, tum propter eam, quam antea explicauimus, quòd in hac figura non colligatur affirmans conclusio. Propterea in hac figura non licet per signum aliquid probare, quia omnis argumentatio à signo est affirmans. 15 Hoc genus instantiæ, quod nunc explicauimus à seipso dicitur, quoniam

cõtrario dicũtur, à simili, ab opinione. 16 Tum etiam posit ne sumi particularis per primam figuram, & negans per mediam.

quoniam ad eam probandam instantiam sumitur argumentũ ex ipsa re, cui resistitur; sumitur enim medium, quod aut sequitur subiectum pronuntiati, cui obijcitur instantia, aut antecedit, & ei subijcitur. Sunt tamen præterea alia tria genera, quæ sunt ei, qui disputat considerandæ: unũ à contrario; ut si quis dicat uirum bonum omnes amicos beneficijs afficere, ac feramus instantiam sumpto hoc argumento, quod neque improbus omnes inimicos incommodis afficit. Alterum à simili, ut si quis dicat lineam esse partem superficiei, & feramus instantiam falsum id esse, quia punctum non est pars lineæ, quod simile est. Tertium ab opinione, & rebus iudicatis; ut si quis pronuntiet animum esse mortalem, atque resistamus, quòd ueteres Philosophi ipsum putarunt immortalẽ. Sed de his copiosè in 2. lib. Rhetoricæ disputatur. Cap. 25. Tũ. 8. Topi. *16 Est etiam considerandum an particularis instantia posit concludi per primam figuram, & negans per secundam. Potest quidem particularis per primam concludi, sed commodiùs, & facilius per tertiam, negans incommodè per secundam, ut diximus.*

Scholium in cap. 26.

17 *Necesse est adferat contradictionem cõtra id, quod vniuersum est ei, quod proponitur, &c.) Omnia Græca exemplaria, quæ videre contigit, habent hoc loco ἀνάγκη πρὸς τὸ καθόλου τῷ προτεινομένῳ τὴν ἀντίφασιν ἀπεῖν, id est, necesse est contra id, quod vniuersum est eorum, quæ proponuntur, contradictionem dicere: quod quidam intepretantur debere fieri instantiã aduersus pronuntiatum vniuersum. Quæ sententia falsa est; nõ enim est necesse pronuntiatum, in quod fertur instãtia vniuersa, sit vniuersum, nam potest esse particulare, quamuis docuerit Aristo. in principio cap. vt plurimum esse vniuersum: immo verò pronũtiatum, quod adfert hoc loco exempli causa, est particulare, dicit enim, vt si pronuntiet non eandem esse omnium contrariorum scientiam, quod pronuntiatum haud dubiè est particulare negans. Existimo igitur hunc locum corruptum esse, ac nõ legi debere τῷ προτεινομένῳ, sed τῶ προτεινομένῳ, nam sic procul dubio legit hunc locũ Boëthus, qui vertit, necesse est ad id, quod vniuersale est proposito. Vt dicatur vniuersale ei, quod proponitur, id quod*

Universidad de Deusto
Biblioteca

est eo magis vniuersum, ac sub se ipsum continet, vt omnium oppositorum esse eandem scientiam, est vniuersum illi pronuntiato, omnium cõtrariorum esse eandem scientiam; quia contraria sub oppositis continentur. Simili ratione dicit paulò inferiùs explicans hanc eandem sententiam, medium esse quod est vniuersum ad id quod initiò est propositum. Est ergo sensus huius loci, vt explicauimus in Paraphrasi, ad cõcludẽdam instantiam vniuersam, sumendum esse aliud pronuntiatum magis vniuersum, quod sit contrarium ei pronuntiato, quod est etiam magis vniuersum pronuntiato proposito, cui obijcitur instantia: sic enim efficitur vt concludatur in prima figura.

De verisimili, signo, & Enthymemate. Cap. 27.

ARGVMENTVM.

DOcetur primò quid sit verisimile, quid signum: deinde quid Enthymema, quale fiat in singulis figuris, & quo pacto signa, & Enthymemata ex signis constãtia distinguantur.

De verisimili, signo, & Enthymemate vide Aristo. 1. lib. Rhetoricæ. cap. 2. & 2. lib. cap. 22. & sequẽtib⁹: tũ Quinctilianũ. lib. 5. cap. 9. & 10.

1 VErisimile autem, & signum non idem sunt; sed verisimile quidem est pronuntiatum probabile: quod enim sciunt plerunque ita fieri, aut non fieri; esse, aut non esse, id verisimile est: vt odisse eos, qui inuident; aut diligere, qui amantur.

2 Signum autem videtur esse pronuntiatum demonstratiuum, aut necessarium, aut probabile.

Pronũtiatũ demõstratiuũ dicitur hoc loco omne, quod valet ad aliquid probãdum.

1 *His ita expositis superest tandem de altera probatione rhetorica, ac ultima argumentatione imperfecta, nempe de enthymemate disputemus: sed quia constat ex verisimilibus, & signis, hæc priùs sunt explicanda. Verisimile, & signũ nõ sunt una & eadem res; sed verisimile est pronũtiatũ quoddã probabile, hoc est id, quod norũt homines plerunq; ita fieri, aut nõ fieri; esse, aut nõ esse. Vt qui inuidẽt odio habere eos, quibus inuidẽt; nam inuidiã fere semper comitatur odium. Tum qui amantur eos diligere, à quibus amantur.* 2 *Signum verò est nota quædam, quæ præter se aliud quippiam nobis significat; sed quia ex eo fit pronuntiatum ad aliquid probandum, uidetur esse pronuntiatum ad monstrandum aliquid accommodatum, aut necessarium, aut probabile. Non est quidem ipsum pronuntiatum, sed uidetur esse, quòd sumatur ad aliquid probandũ.* Duplex autem est signũ, unum necessariũ, quod certò, & necessariò rem, cuius est signum

3 Quod enim cùm est, res est; aut cùm prius, vel posterius fuit, res etiã extitit, aut postea est cõsecuta, id signũ est rem fuisse, aut esse. 4 Est igitur enthymema ratiocinatio imperfecta ex verisimilibus, & signis. 5 Sumitur autem signum tribus modis, quot etiam medium in figuris: aut enim vt in prima, aut vt in media, aut vt in tertia figura. 6 Vt monstrare quidem mulierem prægnantem esse, eò quod lac habeat, ex prima figura: mediũ enim est lac habere; atq; a sit prægnantem esse, b lac habere, mulier verò sit c. 7 Illud autem sapientes esse bonos, quia Pittacus est bonus per vltimam figuram. Sit a bonum esse, b sapientes, c Pittacus. Verum quidem est a & b de c prædicare, cæterum illud quidem non dicunt, quia ipsum

A. maius extremum. B. medium. B. minus extremum. A. maius extremum. B. minus. C. medium.

est signum declarat, ut fumus ignem; ex huiusmodi sit pronuntiatum necessariũ, quia ex eo necessariò res probatur. Alterum est signum non necessarium, ut gladius cruentus signum cædis factæ, non tamen necessarium, quia potest esse cruentus ex fera occisa, aut ex realia. Ex huiusmodi signo fit pronunciatum probabile, quod aliquam uim habet ad monstrandum aliquid. 3 *Intelligemus autem id signum esse, si ipsum in sua genera tribuamus. Triplex enim est signum, unũ cõiunctum cum ipsa re, ut fumus, qui significat ignem præsentem: alterum quod rẽ præteritam declarat, ut cineres relicti, ignem fuisse: tertium, quod significat rẽ futuram: ut uulnus acceptum in corde, continuò mortem secuturam; cantus cornicis futuram pluuiam; rubor lunæ uentum; & similia, quæ prognostica dicuntur. Quod igitur ad hunc modum rem indicat signum uocatur.* 4 *Ex his facile est intelligere quid sit Enthymema: est enim ratiocinatio imperfecta constans ex uerisimilibus, & signis. Nam definitur tum ex forma, tum ex materia; ex forma ratiocinatio imperfecta; constat enim tantùm uno pronuntiato, altero prætermisso, quod manifestũ sit; constat aũt tanquã materia uerisimilibus, & signis; his enim plerunq; utũtur oratores in cõfirmationibus.* 5 *Signũ autẽ, atq; enthymema constans ex signo triplex est. Nã aut sumitur ut mediũ in prima figura, & enthymema fit in prima figura, aut in secunda, aut in tertia.* 6 *In prima quidem figura, quale est hoc, hæc mulier lac habet, ergo prægnans est, aut fuit; nam addita propositione, quæ deest, apparebit ratiocinatio in prima figura, omnis quæ habet lac prægnans est, aut fuit; hæc mulier habet lac, ergo prægnans est, aut fuit.* 7 *In tertia figura ut illud, Pittacus fuit bonus, igitur omnes sapientes boni, quod apparebit, si addatur assumptio, quæ deest, Pittacus quidem fuit bonus, & Pittacus fuit sapiẽs; sed in Enthymemate prætermittitur hæc assumptio, tanquam satis nota: constat enim omnibus Pittacum sapientẽ fuisse.*

Vento semper rubet aurea Phœbe. Tũ cornix plena pluuiam vocat improba voce. Vergil. 1. Georg.

Pittac⁹ vnè septem sapientibus.

norunt,hoc autem sumunt. 8 Prægnantem autem esse, quia sit pallida,per mediam figuram videtur esse.Nam quia prægnantes cõ sequitur pallor,& hanc etiam consequitur, demõstratum esse putant hanc prægnantem esse.Pallor sit a,b prægnantẽ esse, mulier c. 9 Si igitur vnum dicatur pronuntiatum,signum est tantùm;si verò alterum etiam assumatur,ratiocinatio.vt Pittacum liberalẽ esse, omnes enim ambitiosi liberales, Pittacus autem ambitiosus. Aut rursus sapientes omnes bonos esse, Pittacus enim est bonus, atque idem sapiens.Sic igitur efficitur ratiocinatio. 10 Verùm quæ fit per primam figurã dissolui non potest,si vera sit,est enim vniuersa. 11 Quæ autem per vltimam,solui potest,& si vera sit cõclusio,propterea quòd non sit vniuersa,nec ad rem accommodata ratiocinatio:non enim si Pittacus bonus,id circo alios sapientes bonos esse est necesse. 12 Quæ verò fit per mediã figuram semper & omnino solui potest,nunquam enim efficitur ratiocinatio,cũ termini ita

A.medium. B. maius extremum. C. minus. Signũ appellat Enthymema constans ex signo.

8 *In secunda figura est hoc Enthymema;hæc mulier est pallida,ergo est prægnãs, quod appareat addita propositione,omnis prægnans est pallida, hæc mulier est pallida,igitur hæc mulier est prægnans. Nam quia pallor ineſt omni prægnanti; hinc multi consequi putant hanc prægnantem esse, si pallida sit.* 9 *Itaque si unum tantùm exprimatur pronuntiatum,est Enthymema; si uerò adiungatur alterum,quod deest,fit ratiocinatio ex enthymemate:quales sunt hæ, omnes ambitiosi & honoris cupidi sunt liberales,Pittacus est ambitiosus,ergo Pittacus liberalis. Tum Pittacus est bonus, & Pittacus est sapiens,igitur omnes sapientes boni. Intelligemus autem utrum pronuntiatum desit in enthymemate hac arte, si in antecedente deſit attributum conclusionis, deest propositio; si autem deſit subiectũ,deest assũptio.* 10 *Hoc tamẽ interest inter hæc enthymemata,atq; etiã ratiocinationes confectas ex enthymematis,quod ratiocinatio,quæ fit in prima figura non potest dissolui, adeo ut si ueræ sint sumptiones, necessariò sequatur uera conclusio;causa est quia non peccat in forma;sumitur enim propositio uniuersa,& cætera rectè disponuntur. Tales sunt omnes,quæ constãt signo necessario.* 11 *Quæ autem fit in tertia figura solui potest,etiam si uera sit cõclusio,& ueræ sumptiones,quia nullum sumitur uniuersum pronuntiatum, nec si sumeretur esset accommodata ratiocinatio ad colligendam uniuersam conclusionem;in tertia namque figura non potest colligi uniuersa conclusio. Itaque non si Pittacus bonus,& sapiens, inde sequitur omnes sapientes bonos esse.* 12 *At uerò enthymema,quod fit in secunda figura,& ratiocinatio ex enthymemate,multo magis*

sunt affecti,nec enim si prægnans pallida est,atque hæc est pallida, necesse est hanc prægnantem esse. 13 Verum igitur erit in omnibus figuris, habent tamen differentias, quas explicauimus. 14 Aut igitur sic diuidendum est signum,ex his verò illud est sumendum vt medium,quod est propria rei nota:aiunt enim propriã rei notam esse, quæ rei cognitionẽ efficit, huiusmodi aũt maximè medium est. 15 Aut certè quæ sunt ab extremis nomine signi appellanda sunt, quæ autem ex medio propriæ notæ: est enim maximè probabile,& verum, quod in prima figura continetur.

τεκμήριον Propria nota vocatur à Cicerone in Partitionibus.

magis solui potest, quia nullam habet uim., quoniam ex duabus sumptionibus affirmantibus nulla fit ratiocinatio in secunda figura, nec sequitur ulla conclusio,nec uniuersa,nec particularis. Itaque non si omnis prægnans est pallida,atque hæc mulier est pallida,inde sequitur hanc mulierem prægnantem esse. 13 *In omnibus igitur figuris poterit sequi conclusio uera ex signo,sed ea ratione, quã explicauimus,quæ scilicet in prima figura colligitur,est omnino necessaria, nec solui potest; quæ in tertia solui quidem potest sed est probabilis,quæ uerò in secunda,multò magis solui potest,& minus habet probabilitatis.* 14 *Quare aut sic diuidendum est signum per tres figuras,ut aliud sit solubile, aliud insolubile, ex quibus illud sumatur ut medium(hoc est in prima figura, ubi medium habet ueram rationem medij,)quod necessarium est, quodq; propria & certa rei nota appellatur;id enim signum propria rei nota uocatur,quod certam adfert rei cognitionem.* 15 *Aut aliter diuidendum est signum in duo genera, ut alterum sit propria rei nota,quod sumitur in prima figura,quia maximè probabile & uerum est,cùm sit necessarium;alterum quod cõmuni nomine generis appelletur signum, quod necessarium non est, sumitúrque ut medium in secunda, aut tertia figura,ubi medium collocatione habet rationem extremi.*

Scholium in cap. 27.

4 *EST igitur enthymema &c.) Nomẽ hoc enthymema tria potissimùm significat, vt autor est Quinctilianus lib. 5. c. 10. primò omnia mente concepta, quæ propria est verbi significatio,si eius vim spectemus: dicitur enim enthymema quod in animo situm est, vnde Quinctilianus eodẽ locò tum commẽtum,tum commentationem hoc verbum interpretatur. Secundò significat*

cat sententiam cum ratione. Cicero in Topicis dicit omnem sententiam proprio nomine enthymema vocari, sed propter excellentiam eam, quæ ex contrarijs conficitur, quòd acutissima sit appellari hoc nomine: vt id quod scis, prodest; nihil id quod nescis, obest? cuiusmodi sententiæ argumentationes quædam sunt ex cõtrarijs ductæ. Arist. 2. lib. Rhet. cap. 20. & .21. non dicit sententiam esse enthymema, sed partem enthymematis, hoc est conclusionem, aut principiũ enthymematis. Tertiò significat, vt ait Quinctilianus, certã quandã argumenti conclusionẽ, vel ex cõsequẽtibus, vel ex repugnantibus; quæ significatio nihil differre videtur ab ea, quã attulimus ex Cicer. vult enim Cicer. ea, quæ ex cõsequẽtibus, aut repugnãtibus certa ratione cõcludũtur, enthymemata esse. Hermogenes lib. 3. de inuentione enthymema definit confirmationem efficaciæ, vt epicheremati efficacia adiungatur efficaciæ enthymema, vbi sentire videtur esse argumentationem a comparatione: vt rex Persarum Athon montem perfodit, nos terram non fodiemus? Sed ab Aristotele multò latiùs accipitur hoc loco, cùm definitur ratiocinatio imperfecta ex verisimilibus, & signis. Ex forma quidẽ definitur ratiocinatio imperfecta, cui vnum deest pronunciatum, ex materia verò ex verisimilibus & signis: quasi ratiocinatio imperfecta, quæ ex his non constat, enthymema non sit. Tamen intelligendum est Arist. hoc loco tantùm definire enthymema rhetoricum, quod ex hoc genere argumentorum conflatur: nam primo lib. Rheto. cap. 2. dicit in omnibus artibus esse enthymemata ex proprijs pronuntiatis ipsius artis constituta. Itaque omnis imperfecta ratiocinatio, cui vnum deest pronũciatum, ex quacunque constet materia, enthymema est.

De ratione cognoscendi naturam. Cap. 28.

ARGVMENTVM.

Docetur licere ex signis corporis naturalẽ affectionem cognoscere, atque hãc rationem tractandam esse per primam figuram.

* *Via diximus enthymema constare ex signis, & fieri in quauis figura, nõ erit abre ad absoluendam hanc disputationem docere quemadmodum ex signis corporis natura, ingenium, atque omnino naturales affectiones cognoscantur, & in qua figura sit hæc ratio disponenda.*

1 *Tamen*

1 POtest autem fieri vt natura cognoscatur, si quis det naturales affectiones simul corpus, & animum immutare: nã forsan qui musicam didicit, animo est immutatus, hæc tamen affectio non est ex ijs, quæ nobis à natura sunt insitæ; 2 Sed aliæ, quales sunt iræ, cupiditates naturalium motionum. 3 Si igitur hoc datum sit, atque vnum vnius esse signũ: 4 atq; accipere posumus propriam cuiusq; generis affectionem, & signũ; poterimus naturam cognoscere. 5 Si enim alicui indiuiduo generi sua inest propria affectio, vt leonibus fortitudo, necesse est signum inesse aliquod; positũ enim est se mutuò afficere. 6 Sit hoc habere magnas extremitates, quod alijs etiam generibus non totis conuenire possit. 7 Signum enim ita proprium est, quòd totius

Vide librũ Arist. de Physiognomia in principio

Genus appellat speciem.

In libro de Physiogno. cap. 3.

1 *Tamen fieri posse ut ex huiusmodi notis natura cognoscatur, fiet manifestum, si duæ prius constituantur hypotheses. Prima est naturales affectiones simul immutare animum, & corpus. Dixi naturales, nam quæ arte parãtur, non sunt huiusmodi; si quis enim didicit musicam, ex ea animo immutatur, non autem corpore, quia musica non est affectio naturalis.* 2 *Quæ autem sunt naturales utrũq; immutant. Nam ira, amor, odium, timor, lætitia, quæ propriæ sunt animi affectiones, corpus etiam afficiunt: contrà morbus, ebrietas, & aliæ similes affectiones, quæ propriæ sunt corporis, sæpe animũ perturbant. Hinc efficitur ut in corpore sint notæ quædam affectionum animi.* 3 *Secunda hypothesis est, unum signum esse notam unius tantùm affectionis, ac cũ ea reciprocari, ut ubicũque reperiatur eiusmodi affectio, habeat illud signum, & contrà ubi reperiatur signum illud, eam affectionem declaret.* 4 *Ex his hypothesibus constat posse nos cognoscere naturalem affectionem per proprium eius signũ, si accipiamus affectionem aliquã alicuius speciei propriam, quæ scilicet toti conueniat speciei, & proprium eius signum in ea specie.* 5 *Quod ita possumus explicare, si in tota aliqua specie animalis sit aliqua affectio, ut in leone fortitudo, necesse est insit in eo aliquod propriũ signũ huius affectionis; quoniã, ut dictũ est in prima hypothesi, naturales affectiones simul afficiũt animũ, & corpus.* 6 *Esto igitur signũ fortitudinis habere magnas extremitates corporis, utpote habere magna crura, pedes, humeros, latũ pectus, pilos crassos, & duros, & alia similia. Deinde hoc signũ cõueniat etiã alijs formis animaliũ, nõ tamẽ totis, ut leoni. sed quibusdã singularibus tãtùm, quẽadmodũ quibusdã hominibus, equis, & alijs similiter.* 7 *Nã hoc signũ ita proprium est in leone, ut affectio, cuius est signũ; est enim fortitudo pro*

Universidad de Deusto
Biblioteca

generis propria est affectio, nec solius propria, vt dicere cõsueuimus. 8 Cõueniet igitur alteri quoq; generi eadem affectio, atq; erit homo fortis, & aliud quodpiam animal. Habebit ergo signum, vnum enim vnius erat. 9 Si igitur hæc ita se habeant, atque possimus huiusmodi signa colligere in his animalibus, quæ vnam solam habent affectionem, & propriam, vnaquæque autem habet signum, quando quidem vnum habeat est necesse, poterimus naturã cognoscere. 10 Si verò totum genus duas habeat proprias affectiones, vt leo fortem esse, & munificum, quo pacto ex signis, quæ propriè affectiones consecũtur, intelligemus vtrũ sit vtrius signũ? 11 An si in altero quopiam, non tamen toto ambæ insint, & in quibus non totis vtraque, hanc quidem habet, illam non habet; si enim fortis sit, non autem liberalis, habet autem è duobus hoc signum, manifestum est in leone quoque hoc esse signum fortitudinis.

pria leonis, non quòd leoni soli conueniat, omni, & semper, quod uerè proprium dici solet; sed quòd omni leoni conueniat, quamuis non soli. 8 Itaque hæc affectio conueniet etiam alijs formis animalium, ut homini, equo, ita ut aliquis homo sit fortis, equus aliquis, & aliquod aliud animal; quare habebit in his idem signum, nempe magnas extremitates corporis, nam ex hypothesi unum signum unius affectionis est proprium, ubicunque eiusmodi affectio reperiatur. 9 Ex his igitur constat quod initio capitis proposuimus demonstrare, nempe licere naturalem affectionem cognoscere, si enim naturales affectiones habent in corpore propria signa, ex huiusmodi signis collectis poterimus cuiusque naturam cognoscere, ut si habere magnas corporis extremitates signum est proprium fortitudinis, si quod animal habeat magnas extremitates, intelligemus fortitudinem habere. 10 Sed oritur hic dubitatio, si tota aliqua species animalis habeat duas proprias affectiones, ut leo esse fortem, atque munificum, hoc est, pronum ad largiendum, & communicandum, & unaquæque affectio habeat suum proprium signum, quo pacto intelligemus utrum signum utrius sit affectionis? 11 Hoc tamen sic poterimus deprehendere, & distinguere, considerabimus eas duas affectiones in alia quapiam specie, cui non toti conueniant, sed quibusdam tantùm singularibus, ita quidem ut in uno singulari una tantùm reperiatur, in altero altera. Exempli causa in homine, ita ut in Platone insit tantum fortitudo, in Socrate tãtùm liberalitas. Si in Platone, qui tantùm est fortis, sint magnæ extremitates corporis; in Socrate uerò, qui tantùm est liberalis, non sint magnæ extremitates; sed frons lata, inde cognoscemus in leone habere magnas extremitates esse signũ fortitudi-

12 Cognoscitur autem natura in prima figura, si medium cum maiori quidem extremo reciprocetur, minus autem excedat, nec cum eo reciprocetur, exempli gratia sit fortitudo a, habere magnas extremitates sit b, c autem sit leo: sanè omni c conuenit b, sed etiam alijs; omni verò b conuenit a, nec tamen pluribus, sed reciprocatur; sin minus, non erit vnum vnius signum.

tis, habere autem frontem latam signum esse liberalitatis. 12 Superest tandem ex his doceamus quemadmodum constituatur ratiocinatio, qua ex signo aliquo naturam alicuius animalis coniectamus, quæ physiognomica potest uocari. Fit quidem huiusmodi ratiocinatio in prima figura, ubi mediũ sumitur signũ illud, maius extremum affectio, cuius est signum, quæ cũ medio reciprocatur, nec conuenit alijs à medio, alioquin non esset unum signum proprium unius affectionis; minus extremum est res, quæ habet signum illud cum affectione, quæ non reciprocatur cum ipsis, sed minus patet. Vt quidquid habet magnas corporis extremitates, est forte; omnis leo habet magnas corporis extremitates, igitur omnis leo est fortis.

ARISTOTELIS
Priorum Analyticorum, vel de Ratiocinatione libri secũdi finis.

CVm superioribus annis, optime lector, libros de Anima Arist. publicè interpretarer, ex tam multis, quæ in ea disputatione subtiliter tractari solet, scripsi mihi, ac meis auditoribus egregiam illam, & difficilem quæstionem de nomine Entelechia in definitione animæ, à multis quidem tractatam, sed à nemine ex ijs, quos ego viderim, satis explicatam: idque eo consilio feci, quòd ea non solùm ad animæ definitionem, verùm etiam ad alia multa Arist. loca intelligenda maximè conducat: non tamen sperans typis vnquam mandatum iri. Nūc autem cùm hoc opus in priora Analytica euulgarem, iustam nactus occasionē decreui, vt vnà cum hoc opere hæc etiam quæstio quasi parua appendix prodiret in publicū. Quod cùm resciuissent quidam ex discipulis, rogarunt, vt quæstionem aliam subtilem, simul & difficilem de vniuersis etiā adiungerē, propter paradoxā illā sententiam, quòd scilicet vniuersa constent in rebus sine mentis opera, quam ego contra communem, & peruulgatam multorum opinionem in ea quæstione sustineo. Acquieui rogatis: vnde vtramq; simul typis mandare constitui. Quòd si intellixero rem gratam me feciſſe Philosophiæ studiosis, forsan mihi addetur animus ad alia similia scribenda: vtpote annotationes in aliquot loca difficilia Arist. quæ ab interpretibus aut omnino prætermissa, aut parum explicata fuerunt: & quæstiones tam logicas, quàm philosophicas.

Quid sit ἐντελέχεια apud Aristotelem.

QVæstio fertur satis difficilis, & cōtrouersa inter Aristote. interpretes, & alios etiam, qui de rebus Philosophiæ aliquid tractarunt, quid significet nomen ἐντελέχεια in definitione Animæ, quam explicauit ipse Aristoteles in secundo libro de Anima, cap. 1. Definit enim animam ἐντελέχειαν primam corporis naturalis vitā habentis potestate. Quam quæstionem effecit deficiliorem interpretatio Ciceronis, qui in prima quæstione Tusculana ἐντελέχειαν explicat Latinè continuatam quandam motionem, & perennē: quæ interpretatio multis Peripateticis probari non potuit, quòd nullo modo possit Animæ naturæ accommodari: vt visum est Argyropylo Byzātio doctissimo Philosopho, & Peripatetico, & alijs quamplurimis. Alij verò pro Cicerone conati sunt interpretationem illam defendere, ac demonstrare animæ rationi maximè conuenire, vt Angelus Politianus in Miscellaneis cap. 1. quamuis id admodum molliter præstet, & rationibus nullius, aut exigui ponderis. Post Angelum Politianum susceperunt alij eādem causam defendendam, eamq; acriùs tractarunt, sed nihil tādem

dem effecerunt. Nihilominus tamen quidam mordicus eam tenant interpretationem, nec possunt vllo modo ab ea sentētia depelli. Vnde veritatis studio conabimur nos etiam aliquid, eandē scilicet quæstionem denuò tractare, quamuis exigua sit in nobis ad id præstandum eruditio. Demonstrabimus primùm Ciceronis interpretationem neque veram, nec aptam esse: deinde ex eodem Arist. veram trademus huius nominis significationem: quod citra vllam inuidiam, & arrogantiam fieri velim. Scio enim quanti apud omnes sit habendus Cicero, quantaq; sit eius viri doctrina, & autoritas. Verùm & si nomē Ciceronis plurimum semper valuit apud me, & valere debet, tamen veritatis amore, quo semper flagraui, nō dubitabo hoc subire periculum, præsertim cùm certò sciam dum à Cicerone dissentio in hac re, partes me agere Aristotelis, qui in Philosophia omnium iudicio Ciceroni est anteponendus. Quid quòd hoc idem ante me factitarunt multi doctissimi viri in hac eadem quęstione, vt Guilielmus Budæus de Græcis literis optimè meritus in primo libro de Asse: Iulius Scaliger in libro de subtilitate contra Hieronymum Cardanū, & his multò accuratiùs Vitus Amerbachius primo lib. suorum Commētariorum de Anima, & alij etiam, quorum exemplo tutò possum sine vlla reprehēsione hoc negotium suscipere. Sed dicet mihi forsam aliquis, quid opus est te quæstionem à doctissimis viris agitatam iterum versare, cùm sint illi tāti viri te multò doctiores? Fateor quidem me cum nemine eorum esse conferendum, atque hanc quæstionem diligenter tractasse, tamen ita tractarunt, vt magis reprehendāt Ciceronis interpretationē, quàm ostendant quid propriè significet hoc verbum apud Aristotelem. vnde mihi non satisfaciunt, nescio an alijs. Ego verò in hac disputatione ita me geram, vt magis studeā veram huius vocis interpretationem indicare, quàm illam Ciceronis reprehēdere. Quare ijs acceptis, quæ hi doctissimi viri in hoc argumēto nobis tradiderunt adiungam alia, quæ ad huius vocabuli explicationē videbuntur pertinere. Quam disputationem nō dubito fore vtilissimā, nō tātùm ad definitionem Animi explicandam, sed etiā ad alia permulta Arist. loca intelligēda, vbi hoc verbo vtitur ipse

Universidad de Deusto
Biblioteca

Arist. Atque vt iam disputationem instituamus ascribemus prius verba Ciceronis ex prima Quæstione Tusculana, vbi commemoratis multorũ Philosophorum sententijs de Animæ natura, hæc de Aristotelis refert sententia: Aristoteles, inquit, lõgè omnibus (Platonem semper excipio) præstans & ingenio, & diligentia, cũ quatuor nota illa genera principiorũ esset cõplexus, è quibus omnia orirentur: quintam quandam naturam censet esse, è qua sit mens. Cogitare enim, & prouidere, & discere, & docere, & inuenire aliquid, & tam multa alia, meminisse, amare, odisse, cupere, timere, angi, lætari, hæc, & similia eorũ, in horũ quatuor generũ nullo inesse putat: quintum genus adhibet vacans nomine, & sic ipsum animum ἐντελέχειαν appellat nouo nomine, quasi quandã cõtinuatam motionem, & perennem. Hactenus Cicero, qui apertè declarat his verbis Aristotelem fecisse Animã ex quinta natura, diuersa à natura quatuor elementorũ. Apud Aristotelem hæc quinta natura est substantia corporũ cœlestiũ: demonstrat enim primo libro de Cœlo præter quatuor elementa, esse quintã aliã corporis substãtiam ipsis elemẽtis præstãtiorem, & diuiniorem, è qua sint corpora cœlestia. Itaque iudicio Ciceronis erit sententia Arist. animam constare è substantia corporum cœlestiũ, quod explicatiùs docet in hac eadẽ quæstione multò inferiùs, vbi dicit hanc quintam naturam esse Deorum, & animorum, ac propterea animum esse immortalem. Videtur hanc sententiam desumpsisse ex. 2. libro de generatione animalium, cap. 3. vbi docet Aristoteles animam participare quodam corpore elementis diuiniore, essecq; in semine, è quo oriatur animal, calorem quendam, nõ ignis, sed proportione similem elemento astrorum. Tamẽ præstat eius verba subscribamus, sic enim habet λάνθανει δὲ τὸν νῦν μόνον θύραθεν εἰσιέναι, ὡς θεῖον ὄντα μόνον. οὐδὲν γὰρ αὐτοῦ τῇ ἐνεργείᾳ κοινωνεῖ σωματικὴ ἐνέργεια. πάσης μὲν οὖν ψυχῆς δύναμις ἑτέρου σώματος ἔοικε κεκοινωνηκέναι, τῆς θερμοτέρου τὴν καλουμένην στοιχείων. ὥς δὲ διαφέρουσι τιμιότητι αἱ ψυχαί, τῇ ἀτιμίᾳ ἀλλήλων, ὅτῳ τῇ ἤτοι αὐτῶν διαφέρει φύσις, πάντων μὲν γὰρ ἐν τῷ σπέρματι ἐνυπάρχει, οἷπερ ποιᾶ ὄντα ἐστὶ τὰ σπέρματα, τὸ καλούμενον θερμόν, τοῦτο δὲ πῦρ, οὐδ' ἐστὶν αὐτῶν δύναμις ἐστίν, ἀλλὰ τὸ ἐμπεριλαμβανόμενον ἐν τῷ σπέρματι, Plato in Epinomide docet quinque esse corpora. 4. elementa & æthera.

ματι, τῇ ἐν τῷ ἀφρῷδει πνεῦμα, τῇ ἡ ἐν τῷ πνεύματι φύσις, ἀνάλογον ὅσα τῷ ἄστρων στοιχείῳ, διὸ πῦρ μὲν οὐδὲν γεννᾷ ζῷον οὐδὲ φαίνεται συνισταμένου πυρός, ὅτ' ἐν ὑγροῖς, ὅτ' ἐν ξηροῖς οὐδέν, οὐδὲ τὸ ἡλίου θερμότης, καὶ ἡ τῶν ζώων, ὃ μόνον διὰ τὸ σπέρματος, ἀλλὰ κατά τι περίττωμα τύχης τῆς φύσεως οὐ ἕτερον, ὅμως ἔχει καὶ τὸ ζωτικὴν ἀρχήν. Id est, superest verò solã mentẽ extrinsecus introire, atq; solã diuinã esse. Nec enim cum eius actione cõmunicat actio corporea. Vis igitur & facultas omnis animæ videtur alio corpore participare, eoq; diuiniore ijs, quæ elemẽta vocãtur. Vt aũt differũt inter se animæ nobilitate, & ignobilitate, sic etiam differt talis natura. In omniũ enim semine inest quod facit semina prolifica, id scilicet, quod calidũ appellatur. Hoc autẽ non ignis, nec talis facultas est, sed spiritus quidam, qui in semine, & spumoso corpore continetur, & in spiritu natura proportione similis elemento astrorum. Quapropter ignis nullum gignit animal, nec apparet ex ignitis compositum, nec in his, quæ in humido viuũt, nec in sicco. Solis autem, & animaliũ calor non solũ per semen, verũ etiam si quoppiam sit excremẽtum à natura diuersum, habet tamen & hoc principium vitale. Verùm Arist. nec hoc loco, nec alibi vnquam sensit animam corpus esse, nam facit animã formam, vt apparet ex. 2. lib. de Anima cap. 1. forma verò apud Aristotelem non est corpus, sed vis & essentia substantiæ corporeæ. Censet tamẽ Arist. habere animam sibi coniunctũ corpus quoddam subtilissimum, hoc est spiritum elementis præstantiorem, quo vtatur tanquam primo instrumento ad tribuendum corpori vitam, motum, & sensum: nõ quòd hic spiritus non sit è substãtia quatuor elementorum, (omnis enim substantia corporea, quæ est in hac regione elementorum, aut est elementum, aut constat ex elemenris) sed quia calore solis, & vi aliorum astrorum accipit vim multò præstantiorem ea, quæ est in elementis. Hunc spiritum appellat Arist. in lib. de communi animalium motu, & in libro de Spiritu, & lib. de Respiratione, & alijs multis in locis πνεῦμα ἔμφυτον. Medici spiritum vitalem, eo quòd sit principium vitæ. Quamquam Galenus in lib. de Decretis Hyppocratis, & Platonis, & alijs in locis præter spiritũ vitalem faciat aliũ anima-

animalem in cerebro, qui sit principium motus, & sensus. Tamen Arist. omnium facultatum animæ facit vnum & idem principiũ, atque eundem spiritum, cuius principium & ortus sit in corde. iudicio igitur Ciceronis Arist. facit animam corpoream, atq; hoc est primum peccatum Ciceronis hoc loco, quòd male acceperit sententiam Aristo. Quamuis posset quispiam respondere nõ accepisse Ciceronem hanc sententiã ex hoc loco, quem modò exposuimus, sed aliunde. Tamen in somnio Scipionis scribit datũ esse hominibus animum ex illis sempiternis ignibus, quæ sidera, & stellæ vocantur. Et si Macrobius eo loco non ita hæc verba interpretetur, vt sentiat Cicero animam constare ex corporibus cœlestibus, sed nos animatos esse ex parte mundanæ animæ, è qua animata sunt ipsa sidera & cælestia corpora: quod ex Timæo Platonis sumptum videtur. Dicit etiam Macrobius eo loco Critolaum Peripateticum sensisse animam constare ex quinta essentia, vnde videtur sumpsisse Cicero quæ tradit in hac Tuscu lana quæstione. Sed nec ipse Macrobius docet quænam esset illa quinta essentia Critolai. Verum autem est quod in eodem loco dicit Cicero appellasse Arist. animam ἐντελέχειαν nouo nomine, est enim factum hoc nomen ab Arist. vt etiam obseruauit Porphyrius in breui illa explanatione, quam conscripsit in Categorias Arist. Sed tempus iam est vt de vi & ratione huius verbi disputemus, hactenus enim digressi sumus, vt totum Ciceronis locum quodammodo illustraremus. Interpretatur ergo Cicero ἐντελέχειαν cõtinuatam motionem & perennem, creditq; sic Aristotelem animam appellasse, quasi soli animæ conueniat hoc nomen, cùm id tribuat Arist. multis alijs rebus, immo verò omnibus tam substantijs, quàm accidentibus, quod in progressu demonstrabimus. Alij putant conuenire hoc nomen solis formis substãtiarum, qui non minus peccant, quàm Cicero. Verùm hæc Ciceronis interpretatio multis rationibus refelli potest. Primũ enim Aristoteles. 3. Phy. cap. 1. & 5. Metaphysi. cap. 7. & alijs in locis diuidit id, quod est per potestatem & ἐντελέχειαν. Sic enim habet 3. Physi. ἔστι δή τι τὸ μὲν ἐντελεχείᾳ μόνον, τὸ δὲ δυνάμει, ἢ ἐντελεχείᾳ, τὸ μὲν τόδε τι, τοδὶ, τοσόνδε, τόδε, τοιόνδε, ἢ ἐπὶ τῶν ἄλλων τῶν

Prima ratio qua refellitur interpretatio Ciceronis.

ἄλλων τῶν ὄντων κατηγοριῶν ὁμοίως. Id est, existit sanè quippiã, aliud quidem ἐντελεχείᾳ solùm, aliud verò potestate. Tum quod est ἐντελεχείᾳ, aliud quidem est hoc aliquid, aliud tantum, aliud tale, & in alijs entis categorijs similiter. Rem hãc explicat exẽplis, tum paulò inferiùs, tum alijs in locis. Dicit enim paulò inferiùs idem esse potestate, & ἐντελεχείᾳ, non tamen simul, aut non eadem in re, vt calidum potestate, frigidum ἐντελεχείᾳ. Vnde cõstat ἐντελέχειαν id esse, quod ex altera parte aduersatur potestati: vt quemadmodum id dicitur esse potestate, quod nõ dum est, sed potest esse: ita id dicatur ἐντελεχείᾳ, quod iam re ipsa est: atqui id non est esse motione: quis enim diceret aliud esse potestate calidum, aut frigidum: aliud motione calidum, aut frigidum? nam quænã esset quæso repugnantia inter has diuisionis partes? quo pacto pertinerent ad idem genus, vt fieri debet in omni diuisione? Ad hæc cùm id dicatur Aristoteli calidum non potestate, sed ἐντελεχείᾳ, quod revera habet calorem, & frigidum, quod revera frigiditate est præditum, si ἐντελέχεια motionem significaret, calor esset motio, item & frigiditas, ex quibus aliud dicitur ἐντελεχείᾳ calidum, aliud frigidum. Nec est quod quispiam respondeat dici aliquid calidum, aut frigidũ motione, quia per motionem factum est calidum, aut frigidũ, non enim id sibi vult Arist. cùm dicit quod est calidum potestate, esse frigidum ἐντελεχείᾳ. Adde quod Aristo. diuidit quod est ἐντελεχείᾳ in decem categorias, vbi nullo modo potest entelechia motionem significare. Nõ enim potest aptè neque verè dici quod est motione aliud esse substantiam, aliud quantitatem, aliud qualitatem, aliud relatum &c, quid enim esset substãtia motione, relatum motione, vt duplum, & dimidium? Tum quia motio, iudicio eiusdem Aristotelis, non cadit in omnes categorias, sed tantũ in substantiam, quãtitatem, qualitatem, & vbi: si igitur ἐντελέχεια omnibus categorijs accõmodatur, nõ potest motio esse. Eodem accedit quòd. 5. Metaphy. cap. 1. vbi docet duobus modis aliquid esse, aut potestate, aut entelechia, id explicat his exemplis, vt vidẽs dicitur aut entelechia, aut potestate: quiescẽs, aut cui iã inest quies, aut quod potest quiescere. Si igitur cui iam inest quies dicitur quiescere

Secũda ratio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

entelechia,quid quæso esset quiescere motione,cùm quies,& motio repugnent? Deinde Aristote. docet.2.lib.de Anima cap.1.tũ alijs in locis materiam esse potestatem, formã verò ἐντελέχειαν: sic enim habet λέγομεν δὴ ἓν τι γένος τὴν οὐσίαν, τούτων δὲ τὸ μὲν ὡς ὕλην, ὃ καθ' αὑτὸ μὲν οὐκ ἔστι τόδε τι: ἕτερον δὲ μορφὴν καὶ εἶδος καθ' ἣν ἤδη λέγεται τόδε τι. τὸ τρίτον τὸ ἐκ τούτων. ἔστι δὲ ἡ μὲν ὕλη δύναμις, τόδε δὲ εἶδος ἐντελέχεια. Dicimus equidem vnum genus rerum esse substantiam,atque huius aliud esse,vt materiam,ex qua non dicitur quidquam hoc aliquid:aliud verò formam & speciem,ex qua iam dicitur hoc aliquid:& tertium,quod ex his constat. Est autem ipsa materia potestas. Species verò entelechia. Atqui non potest omnis forma esse motio,nam tametsi cõcederemus formam animantiũ esse motionem, forma tamẽ lapidis,& omnis rei inanimæ quî potest motio esse? Præterea si anima esset motio,esset entelechia secũda:est enim duplex ẽtelechia apud Arist,vna prima quæ est habitus & forma,vt scientia:altera secũda, quæ est actio manãs ab ea forma,vt contẽplari. Atqui Aristoteles apertè docet eodem, quem nunc adduximus loco,nõ esse animam entelechiam secundam, veluti contemplationem, aut vigiliam,sed primam,veluti scientiam, habitũ, & quasi somnum. Non igitur vult Aristo.animam esse motionem, aut actionem,sed formam quietam,atq; principium & fontem motionis. Vnde cap.2.eiusdem lib. Animum definit principium, quo primò viuimus,sentimus,mouemur,& intelligimus. Ad hæc si anima esset motio, procul dubio esset accidẽs: at ab Aristotele substantia esse dicitur, immo omnis forma substantialis appellatur entelechia ab Aristotele. Adde quòd si entelechia esset motio, appellans Aristoteles Animam entelechiam,consentiret in sententiã Platonis,qui dicebat animam esse αὐτοκίνητον,id est,id,quod seipsum mouet, quam sententiã acerrimè oppugnat Aristoteles ac refellit.1.lib.de Anima,vbi docet animam nec à se,nec ab alio per se moueri posse. Nec placet mihi nimia quorundam diligentia,& inepta probitas,qui volunt hac in parte conciliare Aristotelem cum Platone,cùm ipsi pugnent aperto marte. Hoc saltem constat ijs,qui mediocriter versati sunt in Aristotele, nunquam ipsum

Tertia ratio.

Quarta ratio

Quinta ratio.

ipsum voluisse animum moueri,tantũ abest vt voluerit esse motionem. Demum vt absoluamus hanc reprehensionem,quod Cicero docet eo loco de anima soli animo rationis participi potest conuenire. Dicit enim propterea esse immortalem, quòd constet ex illa quinta natura:sola verò hominis anima est immortalis,iudicio eiusdem Arist. in lib. de Anima, & 12.lib.Primæ Philosophiæ,cap.3. Aristo.autem hac definitione,qua decernit animam esse entelechiam,omnem definit animam,tam animalium, quàm stirpium,immo verò, vt superiùs diximus, omnem formã entelechiam appellat,constat igitur non esse aptam Ciceronis illam interpretationem ad sententiã Arist.animam scilicet esse ex quinta natura,ac proinde nouo nomine entelechiam nominatã, hoc est perennem & continuatam motionem,atque ex eadem causa esse immortalem. Nec propterea dicã Ciceronem Græcè linguæ fuisse imperitum, vt Argyropylus, & alij Græci criminantur, quem scio in Græca oratione ipsis etiã Græcis admirationi fuisse:sed ipsum legisse hanc vocem ἐνδελέχειαν per δ,nõ autem per τ,quo modo haud dubiè significat perennem,& continuatã motionem,aut potiùs assiduitatem, vt constat ex illa sententia prouerbiali Græcis literis cõsignata ῥανὶς ἐνδελεχῶς κοιλαίνει πέτρην,id est,stilla assiduè cadens excauat petram. Et ex illa Menãdri πάντα γὰρ ταῖς ἐνδελεχείαις κατισχύεται πράγματα, id est, nam vinci solent assiduitate quælibet negotia. Hac voce vtitur Plato in Timæo, qui vbi docuit inæqualitatem causam esse motus,atq; ex eo quòd magna cum paruis miscentur, fieri vt omnia sursum & deorsum transferantur,hæc subiungit ὅτῳ δὲ διὰ ταῦτα τὴν ἀνομαλότητα διασῳζομένην γένεσις ἀεί, τὴν ἀεὶ κίνησιν τούτων ὅσην, ἐσωμένην τε τὴν ἐνδελεχῶς παρέχεται, id est, sic autem propter hæc inæquabilitatis perpetuò seruata generatio æternũ horum motum præsentem,& futurum continenter exhibet. Eadem etiam vtitur Aristo.2.lib.de Ortu,& in Interitu,cap.9.vbi docet rerum generationem perpetuam esse, quia motus cæli est perpetuus sic enim habet ἐπειδὴ ἡ κατὰ τὴν φορὰν κίνησις διέδειξται ὅτι ἀίδιος, ἀνάγκη τούτων οὕτως, τὴν γένεσιν εἶναι συνεχῶς, ἡ γὰρ φορὰ ποιήσει τὴν γένεσιν ἐνδελεχῶς, διὰ τὸ πρόσαγειν, καὶ ἀπάγειν τὸ γεν-

Sexta ratio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

τὸ γεννητικόν. Id est, quoniam mutatio loci demonstrata est sempiterna esse, necesse est his ita se habẽtibus perpetuò esse generationem, ipsa enim loci mutatio efficiet assiduè generationem accedente, & recedente eo, quod vim habet generandi. Rursus cap. sequenti ἐπεὶ γὰρ ἐν ἅπασιν ἀὰ τὸ βέλτιον ὀρέγεσθαι φαμὲν τὴν φύσιν, βέλτιον δὲ τὸ εἶναι, ἢ μὴ εἶναι (τὸ δὲ εἶναι πολλαχῶς λέγομεν, ἐν ἄλλοις εἴρηται) τοῦτο δὲ ἐν ἅπασιν ἀδύνατον ὑπάρχειν, διὰ τὸ πόρρω τῆς ἀρχῆς ἀφίστασθαι, τῷ λοιπῷ πρόπῳ συνεπλήρωσε τὸ ὅλον ὁ θεὸς ἐνδελεχῆ ποιήσας τὴν γένεσιν, quoniam enim in omnibus dicimus naturam quod melius est appetere, melius est autem esse, quàm non esse (quot verò modis esse aliquid dicamus, aliàs explicatum est) hoc autem in omnibus inesse fieri non potest, eo quòd longè absint ab ipso principio, reliquo modo totum expleuit Deus, perennem faciens generationem. Vbi aduertendum in quibusdam Græcis exemplaribus corruptè legi ἐντελεχῆ per τ, debet enim legi per δ, nam sic legit Philoponus in commẽtarijs, atq; interpretatur ἐνδελεχῆ γένεσιν, ἀδιάκοπον, id est sine intermissione. Quanquam non me lateat quosdam Grammaticos existimare eandem esse dictionem, siue per τ, siue per δ scribatur. Quibus subscribere videtur Lucianus sophista in iudicio vocalium, vbi inducit σ accusans τ furti, quòd sibi multa vocabula abstulerit, in cuius rei testimonium secum adducit δ, cui τ similem fecerat iniuriã in dictione ἐντελέχεια. Sic enim habet ὅτι δὲ ἀδελφή τὴν ἄλλων ἀπέσχετο γραμμάτων, ἀλλὰ καὶ τὸ δέλτα, καὶ τὸ θῆτα, καὶ τὸ ζῆτα, μικρὸν δεῖν πάντα ἠδίκησε τὰ στοιχεῖα, αὐτὰ μοι κάλλιστα ἀδικηθέντα γράμματα. Ἀκούεται φωνήεντα δικασάτω μέν δὲ λέγοντος, ἀφήλετο μὲν τὴν ἐνδελέχειαν, ἐντελέχειαν ἀξιῶν λέγεσθαι παρὰ πάντας τοὺς νόμους, id est, Quoniam autem nec ab aliis literis abstinuit, sed ipsum Delta, & Theta, & Zeta, & ferè omnia elementa affecit iniuria, accersite mihi ipsas literas, quæ iniuriam acceperunt. Audite vocales iudices ipsum δ dicens, abstulit mihi endelechiam, volens entelechia dicatur contra omnes leges. Itaque sentiunt Grammatici communiter dici ἐνδελέχειαν per δ, Atticè verò ἐντελέχειαν per τ. Sed dicemus Lucianũ iocari suo more: nec puto tanti fieri debere apud Philosophos autoritatem

ritatem hominis Philosophomastigis. Grammaticos non multũ curo hoc in loco, cùm mihi certum, & exploratum sit apud Aristotel. dictiones esse longè diuersas, habereq; sensus admodum diuersos, vt iam abunde satis demõstrauimus. Vnde constat quã falsum sit quod scripsit Beroaldus in commẽtarijs, quos edidit in Tusculanas quæstiones, siue endelechia, siue entelechia dicatur, vtramque significationem animæ conuenientem esse, nec vllam afferri posse causam, cur hoc, quàm illud magis sit Aristotelicũ, nec vllo argumento colligi posse entelechiam potiùs, quàm endelechiam ab Arist. scriptum esse, tamq; nouum esse hoc verbum, quàm illud. Demonstrauimus enim non posse animum motionem appellari apud Aristotelem, ac proinde non scripsisse endelechiam per δ in definitione animæ, atque entelechiam per τ esse verbum Aristotelis, endelechiam per δ non esse verbum Arist. neque nouum, cùm ante Arist. eo sit vsus Plato. Adferunt tamen qui Ciceronem ab hac reprehensione conantur vindicare, rationes aliquot, quibus ostendant entelechiam per τ continuatã motionem significare, aut quam quidam eorum vocãt agitationem. Præcipue id demonstrare nituntur tribus rationibus, quarũ prima est quòd Arist. 3. Physico definiat motum per entelechiam, est enim inquit κίνησις ἐντελέχεια τοῦ ὄντος ἐν δυνάμει, ἢ τοιοῦτον ἐστί, id est, motus est actus eius, quod est potestate, quà tale est. Vnde constat ἐντελέχειαν apud Arist. motionem esse. Secunda ratio est, Arist. vt explicet animæ definitionem. 2. lib. de Anima cap. 1. dicit q; si oculus esset animal, ὄψις esset eius anima, sic enim habet, ἡ γὰρ τοῦ ὀφθαλμὸς ζῷον, ψυχὴ ἂν αὐτοῦ ἦν ἡ ὄψις, sed opsis, qui est visus significat actionem, & motionem, ergo anima, atque omnino ἐντελέχεια est motio. Tertia, Aristoteles promiscuè vtitur his duobus vocabulis ad eãdem rem significandã, ἐντελέχεια, & ἐνέργεια, Et Plutarchus in quarto lib. de Placitis Philosophorum admonet in definitione Animæ, quam reddidit Arist sumendam esse ἐντελέχειαν pro ἐνεργείᾳ. Nam ita habet Ἀριστοτέλης ἐντελέχειαν πρώτην σώματος φυσικοῦ ὀργανικοῦ δυνάμει ζωὴν ἔχοντος, τὴν δὲ ἐντελέχειαν ἀπρεπέστερον ἀντὶ τῆς ἐνεργείας, id est, Aristoteles animam dixit esse entelechiam primam corporis naturalis,

Prima ratio qua defenditur interpretatio Ciceronis.

Secũda ratio.

Tertia ratio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

instrumentarij, potestate vitam habentis. Oportet autem entelechiam intelligere pro energia. Atqui energia significat actionē seu operationem. Sed hæ rationes, & aliæ similes facilè diluētur, si prius docuerimus quid propriè significet ἐντελέχεια apud Aristotelem, quod nobis est potissimum institutum. Multi Græcorum peritissimi, quidam etiam ex Latinis docent entelechiā perfectionem significare: tamen in explicāda vi, & ratione huius nominis, non omnes conueniunt. Philoponus in commentarijs, quos edidit in libros de anima, putat dictam esse ἐντελέχειαν παρὰ τὸ ἓν quod est vnum, & τέλεον perfectum, & ἔχειν continere: q; forma, quæ dicitur ἐντελέχεια, sit causa ipsi materiæ vnionis, & perfectionis, atque ipsam contineat. Quam nominis interpretationem eisdem verbis expressam transtulit Suidas in sua Collectanea. Verum hæc interpretatio nec omnino, nec vbiq; huic voci conuenire potest apud Aristotelem. Nam si Aristoteles tantum appellasset hoc nomine formam substātialem, esset quidem accommodata interpretatio, atqui ipse hoc nomen tribuit nō solis substantijs, sed etiam accidentibus, atq; omnino omnibus quæ sunt, vt demonstratum est in superioribus: diuidit enim quod est ἐντελέχειαν in decem categorias. Adde quod ἐντελέχεια nō potest componi ex nomine ἓν, quia dictio ἓν aspiratur, in nomine verò ἐντελέχεια ἓν læuigatur: prima igitur syllaba huius nominis præpositio est, non nomē. Budæus vir quidem doctissimus, & Græcæ linguæ peritissimus, in primo lib. de Asse censet dictam esse ἐντελέχειαν quasi ἐντελῆς συνοχήν, id est, perfecti corporis cōprehensionem, & coaptationē, cui consentit Rhodiginus, 2. lib. Antiquitatū cap. 22. Sed quod pace tantorum virorū dixerim, hæc interpretatio eadem ratione reprehendenda est, qua illa Philoponi. Motus enim, qui dicitur entelechia eius, quod mobile est, non est eius coaptatio, nec candor rei candidæ, nec calor, nec frigus, quæ omnia hoc nomine donantur ab Aristotele. Eādem fere tradit huius nominis explicationem Iulius Scaliger in lib. de Subtilitate contra Hieronymum Cardanum. Ait enim appellatā esse ἐντελέχειαν ab ἓν, quia inest in aliquo, atque est eius elemētum, ex quo est constitutū; atq; esse τέλεον, id est finem & perfectionem, &

Variæ sententiæ de vi & ratione nominis entelechiæ

& ἔχειν, quoniā habet materiam & continet, vt sit vnū, nec tantū continet, sed etiā regit. Quæ interpretatio eadem censura notatur: soli enim formæ substantiali potest hæc ratio cōuenire: nam motus non est insitū elementū eius, quod mouetur, nec calor rei calidæ, nec frigus rei frigidæ, nec relatio eius, quod refertur, neq; hæc regunt materiam, nec continent vt sit vnum: his tamē omnibus tribuit Arist. nomen entelechiæ. Alij volunt entelechiā significare perfectionem, quæ motu comparatur: tamen in entelechia nulla inest significatio motus. Nos iam quadam ex parte explicauimus huius nominis significationē in prima ratione earū, quibus Ciceronis interpretationem refutauimus. Cùm igitur diuidat Arist. omnia, quæ sunt κατὰ δύναμιν, ἢ ἐντελέχειαν id est, vt vulgo dicitur per potestatem, & actum, qua diuisione vtitur multis in locis, nā ea dissoluit dubitationes multas, vt primo Physic. illam veterū Philosophorū, an quod generatur fiat ex ente, an ex non ente, ac eadem suam explicat sententiam, constat id esse entelechiā, quod potestati aduersatur, & ex altera parte respōdet. Si igitur docuerimus quid sit esse potestate, manifestū inde relinquetur quid sit esse ἐντελεχείᾳ, atq; omnino quid sit ipsa ἐντελέχεια. Id quidem dicitur esse potestate aliquid, quod nōdum est illud, potest tamē illud esse: quo nomine dicitur esse imperfectū, habens tamen aptitudinem accipiendi eā perfectionē, ad quā habet potestatem. Vt id dicitur potestate calidū, quod nondum est calidū, tamē potest esse calidū: & album potestate, quod nō est albū, sed potest album esse, ac ita in reliquis omnibus. Esse igitur ἐντελεχείᾳ, quod potestati aduersatur, nihil aliud est quā esse reuera, non vt antea potestate. Vt esse calidum ἐντελεχείᾳ est esse reuera calidum: & album ἐντελεχείᾳ, reuera album. Vnde constat ἐντελέχειαν esse id, quod replet illam potestatem, ex quo dicitur esse quippiā re ipsa aliquid, non potestate. Vt calor est entelechia rei calidæ, quoniam ex eo dicitur re ipsa calida, & frigus entelechia rei frigidæ, & candor rei candidæ: eademq; est in omnibus alijs ratio. Cuius significationis, & interpretationis passim occurrūt exēpla & testimonia legenti Aristotelē, vt vel mediocriter versatus in Arist. id possit animaduertere: est enim hoc verbum

Explicatur ea propria significatio Entelechiæ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

bum frequentissimum apud Aristotelem. Sed vnum locum nunc tantùm adferam ex 3. Physi. cap. 1. ἐπεὶδή, inquit, ἔνια τά αὐτὰ ᾖ δυνάμει, ᾖ ἐντελεχείᾳ ἐστίν, οὐχ ἅμα δέ, ἢ δ' κατὰ τὸ αὐτὸ ἀλλ' οἷον θερμὸν μὲν δυνάμει, ψυχρὸν δὲ ἐντελεχείᾳ, id est, quoniam autem quædam eadem ipsa, & potestate sunt, & entelechia, non tamen simul, aut nõ eadem ex parte, sed veluti calidum potestate, frigidũ autẽ entelechia, hoc est reuera. Vnde satis apertè cõstat nostra interpretatio. Dicitur autem ἐντελέχεια, si vim nominis spectemus, ab ἐντελές, quod est perfectũ, aut τελός quod est finis, & ἔχειν habere, quasi verbũ de verbo perfecti habia, vt interpretatur Hermolaus Barbarus apud Themistiũ, nec malè, quoniam est finis & perfectio, quæ iam habetur, & posidetur, ex qua dicitur esse res, non iam potestate, vt antea, sed reuera. Cùm enim erat potestate, vt antea diximus, imperfecta erat, vbi autem comparauit id, ad quod habebat potestatem, dicitur iam eo nomine perfecta, habẽs iam finem illum, & perfectionem, ex qua reuera dicitur esse, non potestate. Ita vim huius verbi interpretari videtur Themistius in commentarijs in 2 lib. de Anima. & Porphyrius in breui illa explanatione, quam confecit in categorias Arist. & Chalcidius in commentarijs in Timæũ Platonis. A Boëtho, & quibusdam alijs Latinis actus vocatur latinè, & esse ἐντελεχείᾳ esse actu, de quo verbo inferius disputabimus. Cùm hæc igitur sit propria huius verbi significatio, omnis forma essentialis aptè vocatur entelechia, quoniam est essentia, & ratio ipsius rei, vt dicitur. 2. Physi. & 5. Metaphysi. ex qua dicitur esse reuera talis, atq; id quod est, vt forma terræ est eius entelechia, quia ex ea reuera est terra, forma aquæ entelechia aquæ, forma hominis, eius entelechia, quia ex ea reuera est homo. Materia verò non est huiusmodi, quia ex ea nihil dicitur esse reuera aliquid certò & definitò, sed potestate: vnde docet Arist. 2. lib. de Anima cap. 1. materiam per se non esse hoc aliquid, hoc est, non esse rem aliquã certam habentẽ certã speciẽ & essentiã, formã autẽ esse, ex qua dicitur hoc aliquid, id est, ex qua definitur ipsa materia, & accipit certam aliquam naturam & essentiam, ac proinde materiã vocat potestatem, formam entelechiam. 8. lib. Metaphy. non tantũ dicit formam

Vnde dicatur entelechia.

formam esse ex qua materia dicitur hoc aliquid, sed ipsam formã esse hoc aliquid, quoniã ipsa sola est, quæ vnicuiq; rei tribuit certam essentiam, & speciem. Anima igitur dicitur entelechia, quoniam est forma & ratio corporis viuentis, ex qua dicitur reuera tale corpus, & habere suam naturam & essentiam. Quod expressè docet Arist. 2. lib de Anima, cap. 1. Nam postquam explicauit animæ definitionem, hæc subiungit καθόλου μὲν οὖν εἴρηται τί ἐστιν ἡ ψυχή: οὐσία γὰρ ἡ κατὰ τὸν λόγον, τοῦτο δὲ τὸ τί ἦν εἶναι τῷ τοιῷδὶ σώματι, id est, communiter igitur dictum est quid sit anima, est enim substantia ea, quæ est secũdum rationẽ, hoc autem est vis & essentia tali corpori. Quare probè definitur entelechia prima corporis naturalis potestate vitam habentis, id est, forma vnde corpus naturale reuera est tale, hoc est, ex qua habet in se insitam vim & facultatem ad actiones vitæ, vt ad nutritionem, accretionem, sensum, & motum. Habet autem hanc facultatem, cùm habet instrumenta accommodata ad exercendas huiusmodi vitæ actiones: quare definitur etiam entelechia prima corporis naturalis organici, idem enim est habere corpus vitã potestate, atq; esse organicum, vt volunt Alexãder Aphrodiseus, Themistius, Philoponus, & Diuus Thomas, quanquam Simplicius aliter sentiat. Itaque semẽ ante quàm ex eo gignatur animal, nõ habet hoc modo vitam potestate, quia non est reuera tale corpus, vt habeat instrumenta, sed potest esse. Postquam autem animal mortuũ est, cadauer, quod supereſt non est reuera tale corpus, nam ea instrumenta, quæ in ipso cernuntur homonymè tantùm sunt & appellantur: oculus enim animalis demortui, non magis est oculus, inquit Arist. quàm oculus lapideus, quia non potest habere vsum videndi. Quando igitur est reuera tale corpus, vt habeat vera instrumẽta vitæ, cum habet in se animam: propterea ergo dicitur anima entelechia & perfectio huiusmodi corporis, quia ex ea reuera est tale corpus. Vnde facilè soluitur quorundam dubitatio, qui dubitant quemadmodum anima rectè definiatur entelechia seu actus corporis naturalis organici. Nam si per huiusmodi corpus intelligatur materia prima, cuius propriè anima est actus, ad modum impropriè appellatur corpus naturale organicũ, immo verò nullo pacto potest accipere talem appellationem, si autem

Explicatur definitio animæ, & cur dicatur entelechia.

Vide Alexandrum Aphrodiscum in. 2. lib. de Anima cap. 3. & sequentibus.

Ooo intelli-

intelligatur verũ corpus naturale, organicũ, cùm nõ possit esse huiusmodi corpus, quin habeat actũ & formam, erit anima actus eius, quod iam habet aliũ actũ, ac compositũ est, quod & absurdũ est, & fieri nequit. Respondendũ igitur est non esse intelligendã materiam primã, sed verũ corpus naturale organicum, nec inde sequitur quidquam absurdi, non enim videntur recte hãc definitionem intelligere, qui ita dubitant, nec enim dicitur anima entelechia, seu actus corporis naturalis organici, quasi corpus naturale organicũ per aliam naturam & formã sit tale corpus, cui præterea accedat anima, sed quod sit anima id vnde eiusmodi corpus reuera tale est, ac habet illud esse. Quemadmodum lux definitur ab eodem Arist. actus corporis perlucidi, qua perlucidum est, nõ quod ipsum corpus per se, aut per aliam vim sit perlucidum, cui deinde accedat lumẽ, sed quod lumen sit ea vis, vnde corpus perlucidũ reuera est perlucidũ. Nec propterea definitur anima per seipsam, quod dicatur actus talis corporis, quoniam hac definitione non tantũ explicatur ratio animæ, sed etiam vt ait Alexander. 2. lib. quæstionũ, qualis sit natura eius corporis, cuius anima est actus seu entelechia, nõ enim potest esse anima actus cuiusuis corporis, vt non minus acutè, quàm verè docet Aristoteles. Cõuenit autem hoc nomen, vt superiùs diximus non solis formis substantialibus, verũ etiam accidentibus, quoniã ex vnoquoq; accidẽte aliquid dicitur reuera tale, vt à cãdore candidũ, à magnitudine magnũ, à similitudine simile, cõuenit etiã ijs, quæ arte cõstãt. Nã antequam ex ære fiat statua, nõ est ibi reuera statua, sed potestate, vbi aũt accepit formã statuæ, dicitur reuera statua, ac proinde ea forma, quæ æri induitur, est entelechia statuæ: sic forma domus entelechia domus, ac in reliquis omnibus est eadẽ ratio. Quare ratio ex quasi cõmunis definitio entelechiæ hæc potest esse, id ex quo vnũquodq; dicitur esse reuera tale, atq; id quod est, vel propriũ esse cuiusq; rei: vt entelechia equi, ex qua equus est equus: entelechia lapidis, ex qua lapis est lapis, entelechia albi, ex qua albũ est albũ: ac similiter in omnibus alijs. Ex quibus omnibus liquidò cõstat entelechiã verbũ esse Metaph. cuius explicatio ad solũ primũ Philosophũ pertineat. Est enim primi Philosophi munus vt docet ipse Aristo. 4. Metaph. cap. 1. considerare ac explicare ens &

Entelechia verbum Metaphysicum.

ens, & quæ ipsum ens consecuntur. Vnde ad eundem spectat ea verba declarare, quæ cõmunia sunt omniũ rerũ, & omniũ artiũ, vt principiũ, causa, elementũ, natura, necessariũ, vnũ, & alia quæ persequitur Arist. 5. Metaph. Si igitur entelechia est ratio & forma omnis entis, ex qua reuera est tale ens, haud dubiè spectabit ad primã Philosophiã. Quare esse entelechia, aut esse potestate, qua diuisione sæpe vtitur Arist. vt diximus, ex ijs est affectionibus entis, quæ diuidũt omne ens, & cum eo reciprocãtur cum disiunctione. Quemadmodũ enim omne ens aut est principiũ, aut ortũ ex principio, aut causa aut effectus, aut dicitur esse per se, aut per accidens: sic aut est potestate, aut entelechia, quæ inter affectiones, & distinctiones entis principem locũ videtur obtinere: de ipsa namq; subtilissimè, & accuratissimè disputat Arist. toto nono Metap. cuius disputationis nullã aliã reddit causam in principio eius libri, quàm quod ens per potestatem, & entelechiã diuidatur. Cumq; prima Philosophia omniũ artiũ, & scientiarũ domina & moderatrix exstat, ab ipsa mutuãtur omnes nõ solùm cõmunia principia, sed cõmunes quoq; voces, & earũ explicationes, accõmodatè ad suũ institutũ, sine quibus quæ sunt cuiusq; artis propria nec explicari, nec cõstare vlla ratione possunt. Tota definitio primorũ principiorũ, & eius explicatio, quæ traditur primo Physi. ex prima Philosophia sumpta est. In definitione Naturæ principium, causa, primò, per se, per accidens verba sunt ex prima Philosophia petita. Tota definitio motus ex tribus verbis Metaphysi. est cõflata, quæ sunt ens, entelechia, potestas. Sic in definitione animæ prima vox Metaphysi. est. Sed iam sequitur diluamus rationes, quibus nonnulli interpretationem illã Cicer. defendere conãtur, ac demõstrare entelechiã motionem, seu agitationem significare. Prima sumebatur ex definitione motus tradita ab eodẽ Arist. cui ex ijs, quæ diximus facilè est respõdere. Dicitur enim motus entelechia eius, quod est potestate, qua tale est, hoc est, τοῦ κινητοῦ ᾗ κινητόν mobilis quatenus mobile, vt ipse Arist. interpretatur. Nã cùm mobile dicatur quod potest moueri, motus dicitur eius entelechia seu actus, quoniã ex eo habet vt reuera moueatur, atq; vt nõ dicatur tantùm κινητόν quemadmodũ antea, sed etiã κινούμενον, id est, quod reuera mouetur: hoc enim no-

Omnes artes accipiunt voces cõmunes à prima Philosophia.

Soluitur prima ratio eorũ qui entelechiã volunt significare motionẽ.

Explicatur definitio motus.

mine donatur ab Arist. Est itaque motus entelechia seu actus sequens illam potestatem, ex qua mobile dicitur mobile. Quanquam dum mouetur adhuc κινητόν, id est, mobile dicatur, quoniam adhuc retinet eam potestatem ad motum, donec ad finem perueniat, si modo succedat quies: propterea definitur motus entelechia mobilis, quatenus mobile, atq; eius, quod est potestate, quoniam ita est eius actus, vt adhuc habeat potestatem, nō tantū ad finem motus, vt quidam putant, sed etiam ad ipsum moueri, hoc est, vt amplius moueatur: sic enim interpretor illam definitionem cū Græcis interpretibus Themistio, Philopono, Simplicio: immo cum ipso Arist. Nam propterea dicitur motus entelechia imperfecta, quia non explet omnino illā potestatem, cuius est entelechia, & cui succedit, sed manet simul cum potestate. Vnde quod mouetur simul habet geminam potestatem, vnam ad finem motus, alterā admoueri, simulq; absoluitur vtraque potestas in fine motus. Si enim quod mouetur nō haberet potestatē ad moueri, non posset amplius moueri, nec motum absoluere. Est autem hæc motus definitio non minus subtilis, quàm vera, explicat enim egregiè vim & naturam motus. Fatemur igitur entelechiam aliquando esse motionē, negamus tamen eam esse propriā verbi significationē: alioquin inepta esset motus definitio, quoniam per seipsum definiretur. Itaque dicitur mutatio entelechia, atque etiam omnis actio, non quod hæc sit propria vis verbi, sed quia ex ea dicitur aliquid reuera moueri, aut agere, atque omnino esse tale: vt videre entelechia videntis, quia ex ea actione dicitur re vera videns, non potestate: sic calefieri entelechia eius quod calefieri potest, quoniam ex hac motione dicitur iam reipsa calfieri. Qui autem hoc argumento vtebātur, vt probarent entelechiā esse motionem, videntur non solum propriam vim huius verbi ignorasse, sed artem etiam differendi. Genus enim quod sumitur in aliqua definitione non solū dicitur de ea re, quæ definitur, verumetiam de multis aliis: alioquin si reciprocaretur cum re definita, non esset genus: si igitur entelechia genus est in definitione motus, aut habet locum generis, debet dici de alijs à motu: quod si de alijs, quæ non sunt motus, non est propria eius ratio esse motionem. Vnde perinde videntur argumentari, ac si ita colligerēt, homo

homo definitur per animal, ergo animal idem est omnino quod homo, atque hæc est propria animalis significatio. Virtus definitur per habitum, igitur habitus non est aliud, quàm virtus. Satis soluta iam videtur hæc ratio, quam à nemine legi adhuc rectè explicatā esse. Secūda ratio de visu doctè quidē, & acutè diluitur ab Amerbachio. Est autem ea ratio, quemadmodum prima, hominis parum versati in Aristo, & qui eū summis tantùm labris attigerit, vel μόνον ἐπιπολῆς, vt verbis vtar ipsius Aristote. ὄψις enim apud Aristo. non significat actionem videndi, nec vllam motionem, sed vim & facultatem videndi, quæ inest etiam in dormientibus. Visio vero, seu videndi actio ὅρασις vocatur ab Arist. quod cōstat ex eodem capite, vnde ipsi hoc argumentū depromserūt, vbi sic scriptum reliquit Aristoteles. ὡς μὲν οὖν ἡ τμῆσις, καὶ ἡ ὅρασις, ἅτω καὶ ἡ ἐγρήγορσις ἐντελέχεια: ὡς δὲ ἡ ὄψις καὶ ἡ δύναμις τῶ ὀργάνω, ἡ ψυχή, id est, vt igitur se habet sectio, & visio, sic entelechia, quæ est vt vigilia: (hæc enim est dicta superiùs entelechia secunda) vt aūt se habet visus & facultas instrumenti, sic anima. Tum lib. 3. cap. 3. sic habet αἴσθησις μὲν γαρ, ἤτοι δύναμις, ἢ ἐνέργεια, οἷον ὄψις, ἢ ὅρασις, ideſt, sensus aut facultas est, aut actio: veluti visus, & visio. Tū etiā in libro de Insomnijs ἀεὶ δὲ χρῆσις ὄψεως ὅρασις, id est, si vsus visus est visio. Supereſt tertia ratio, quæ plus negotij videtur exhibere, nec sane vidi quemquā, qui ipsam plenè, & omnino dissolueret. Non enim dubium est, quin ἐνέργεια actionem, & motionem significet, quod ex loco modò citato cōstare potest, vbi Aristo. actionem & vsum ipsius sensus appellat ἐνέργειαν, vt ὁράσιν. Tum ex primo libro Ethicorū ad Nichomachū cap. 1. vbi docens diuersos esse rerum fines, sic habet διαφορὰ δέ τις φαίνεται τῶν τελῶν τὰ μὲν γὰρ ἀσὶν ἐνέργειαι, τὰ δὲ παρ' αὐτὰς ἔργα τινά, ideſt, videtur quædam esse finium differentia: nā quidam fines sunt actiones, quidam verò præter ipsas actiones opera quædam. Nono quoque libro primæ Philosophiæ cap. 3. dicit ἐνέργειαν maximè videri motionem, tum cap. 8. dictam esse ab opere, tanquam sit ipsa operis confectio. Verū etiam est quod dicunt Aristotelem vti his duobus nominibus energia, & entelechia in eadem re, plurima sunt enim loca apud Arist. quæ id aperte testantur. Non tamen propterea desperandū est in hac causa.

Soluitur secūda ratio.

Soluitur tertia ratio.

Energia proprié operationem significat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Energia sæpe apud Arist. nō operationem significat, sed id vnde aliquid reuera est tale.

Docebimus enim & apud Aristo. energiam non semper operationem significare, sed idem sæpe quod significat entelechia, hoc est, id, vnde aliquid reuera dicitur esse tale, etiam si in eo nulla insit actio, nec motio, atque esse ἐνεργάᾳ, esse reuera, quod vulgò dicitur esse actu: vt dici aliquit ἐνεργάᾳ calidum, id est, reuera calidum, & ipsum calorem esse energiā rei calidæ. Sed ne quidquā fingere videamur producamus testimonia ex Aristo. nihil enim docebo in hac disputatione, quod firmissimis Arist. testimonijs non demōstrem. Hic igitur 9. lib. τῶν μετὰ τὰ φυσικά, cap. 6. Vbi ex professo disputat de energia, sic eam definit, ἔστι δ' ἡ ἐνέργεια τὸ ὑπάρχειν τὸ πρᾶγμα, μὴ ὧν τὸν τρόπον λέγομεν δυνάμει, id est. Est autem energia rem ipsam existere, non ita, vt diximus, potestate. quo nullum esse potest manifestius testimoniū: apertè namq; docet energiam esse, ex qua aliquid reuera est, non potestate, itaque potestati aduersatur & ex altera parte respondet, quemadmodū entelechia. Vnde eodem cap. ipsam substantiam & formam existentem in materia appellat energiam, quoniā ex ea aliquid reuera est tale. Docens enim varijs modis dici aliquid esse ἐνεργάᾳ sic habet. τὰ μὲν γὰρ ὡς κίνησις πρὸς δύναμιν, τὰ δ' ὡς οὐσία πρός τινα ὕλην, id est, alia quidem se habent vt motus ad potestatem, alia verò vt substātia ad aliquam materiam. Atque omnino toto nono libro accipit sæpe energiā pro forma, ac eo, vnde aliquid reuera est. Tum lib. 8. cap. 2. Vbi sic habet, καὶ ὡς ἐν ταῖς οὐσίαις τὸ τῆς ὕλης κατηγορούμενον, αὐτή ἡ ἐνέργεια, ἡ ἐν τοῖς ἄλλοις ὁρισμοῖς μᾶλλον, hoc est, & quemadmodum in substantijs, id quod de materia dicitur, ipsa est energia, & in alijs definitionibus maximè. Vbi vult tam in substātijs, quàm in ijs, quæ arte constant. atq; in alijs etiā rebus accidētarijs ipsam formā & rationē, quæ est in materia, vnde res talis esse dicitur, esse eius rei energiam, quæ vulgò actus vocatur: vt in limine lignum, aut lapidem esse materiam: sic esse positum esse energiam: in glacie aquam materiam, sic esse concretam esse eius energiam: in domo lapides & ligna materiam, ita esse composita eius esse energiam. Nonnunquā verò ipsum finē cuius gratia res fit energiam esse, vt in eadem domo esse receptaculum ad tegendas res, & corpora. In quibus omnibus locis non potest profectò energia actionem aut motionem significare. Quod multò apertiùs declarat eodem cap. paulò inferius, vbi docens Archytam consueuisse per materiam simul & formam definire, sic habet ὁμοίως λεγὼν ὅς ἀρχύτας ἀπέδιδε τὸ ὅρος, τὸ συναμφω γάρ ἐστιν, οἷον, τί ἐστι νηνεμία, ἠρεμία ἐν πολλῷ ἀέρι· ὕλη μὲν ὁ ἀήρ, ἐνέργεια. καὶ οὐσία ἡ ἠρεμία. τί ἐστι γαλήνη, ὁμαλότης θαλάττης, τὸ μὲν ὑποκείμενον ὡς ὕλη, ἡ θάλαττα, ἡδὲ ἐνέργεια καὶ μορφή, ἡ ὁμαλότης, id est, similes sunt quas Archytas administrabat definitiones, ex vtrisque enim sunt. Vt quid est serenitas aëris? quies in multitudine aëris: materia quidē est aër, energia verò & substātia est quies. Quid est trāquillitas? æquabilitas maris: subiectū quidē vt materia est mare, energia autem & forma, est æquabilitas. Luculentissimū sanè testimoniū, nam qui potest hoc loco energia motionē significare, cùm sit potiùs quies & tranquillitas motioni contraria? Nono quoque libro cap. 3. vbi docet id dici posse, cui si insit energia, cuius habet potestatem, nihil sequitur impossibile, exempli loco adfert eum qui potest sedere ad ipsum sedere, vbi sedere, quod procul dubio quiescere est, dicit esse energiam, eius qui poterat sedere. Præterea. 4. Phy. cap. 5. sic habet τὰ μὲν ἐστιν ἐν τόπῳ καὶ τὰ δυνάμει, τὰ δὲ κατ' ἐνέργειαν, id est, alia sunt in loco potestate, alia secundum energiam, vbi non potest secundum motionem intelligi, sed tantùm reuera, cùm esse in loco sit potius in eo quiescere. Tum. 8. lib. cap. 4. ἐνέργεια δ' ἐστὶ κάφτο τὸ ἐν τόπῳ εἶναι, ἢ ἄνω, id est, energia corporis leuis est alicubi esse, & in loco supero. Firmissimum est etiam hoc testimonium: quis enim diceret actionem seu motionem corporis leuis esse alicubi esse, & in loco supero, cùm esse in loco supero non sit moueri, nec quicquam agere, sed potiùs in eo conquiescere? Quiē igitur in loco supero appellat energiā corporis leuis, quatenus ex ea dicitur reuera esse in suo loco naturali, vbi habet omnem perfectionē sibi debitam à natura qua corpus est leue. Non solùm energia id significat quod diximus, sed interdum etiam ipsum verbum ἐνεργεῖν, quod est agere seu operari, nihil aliud declarat quàm reuera esse, quamuis illud esse nihil sit agere Arist. enim tū 2. Metaph. 3. tū. 5. Metap cap. 5. vbi tradit varios modos, & rationes causarū, inter eos hos quoque adfert. τὰ μὲν ὡς δυνάμενα λέγεται,

Universidad de Deusto
Biblioteca

λέγεται, τὰδ' ὡς ἐνεργοῦντα, id est, aliæ causæ dicuntur, quia esse possunt, aliæ quia reuera sunt. Vbi ἐνεργεῖν non potest significare aliquid agere, sed reuera esse. Nam si id diceretur tantũ de causa efficiente, posset admitti illa interpretatio, idem enim est causam efficientem reuera esse, quod aliquid agere: at verò dicitur de omnibus causis, quamuis Aristo. exemplũ adferat in causa efficiente: nam paulò inferiùs sic habet πάντα δὲ ἢ ἐνεργοῦντα, ἢ κατὰ δύναμιν, id est, omnia causarũ genera aut quia reipsa sunt, dicuntur esse, aut quia esse possunt. Quid igitur est materiam ἐνεργείᾳ non sane agere, cùm nullam prorsus habeat actionem, sed reipsa causam esse. Vt æs antequam ex eo fiat statua, materia est statuæ potestate, facta verò statua dicitur ἐνεργείᾳ, hoc est reuera esse materia. Eadem significatione accipiendum est procul dubio hoc verbum 9. Metaphysi. cap. 3. vbi reprehendit Aristo. eorum philosophorum sententiam, qui dicebant potestatem, & actum idem esse, hoc est tum aliquid esse potestate, cùm est actu, sic enim ait ἀσί δέ τίνες οἱ φασιν εἶναι οἷον μεγαρικοί, ὅταν ἐνεργῇ μόνον δύνασθαι, ὅταν δὲ μὴ ἐνεργῇ, μὴ δύνασθαι, id est, sunt autem quidam, vt Megarenses, qui dicunt, cùm operatur aliquid, tum solũ posse, cùm autem nõ operatur, nõ posse. Quo loco ἐνεργείᾳ, id est, operari nihil aliud significat, quàm reuera esse, siue illud esse sit aliquid agere, siue nihil sit agere, sed reuera aliquid esse, aut aliquo modo se habere. Cùm enim dicebãt potestatem, & actum idem esse, per potestatem non intelligebãt eam solam, quæ refertur ad aliquam actionem, sed omnem potestatem, ad quemcũque actũ, & quoduis esse referatur: sic per ἐνεργείᾳ intelligebãt quodcumque esse. Quod apparet ex ijs quæ eodem cap. disputat Aristoteles: nam inter alia absurda, quæ colligit aduersus eã sententiam, hoc est vnũ, fiet inquit eum qui stat, semper stare, nec vnquã sedere, & qui sedet semper sedere: nam si is tantum potest sedere, qui iam ἐνεργᾷ in sedendo, vt ait ibi Alexander, id est, qui iam reuera sedet, is qui stat non poterit sedere, vnde nunquam sedebit. Itaque eo loco ἐνεργείᾳ in sedendo, nihil aliud est quàm reuera sedere. Eundem sensum habet hoc verbum in lib. de Interpretatione, sectione. 4. vbi disputatur de Enũtiationibus modorũ.

Docens

Docens enim in quibusdam idem habere potestatem vt sit, & nõ sit, vt eũdem posse ambulare, & nõ ambulare, causam hãc reddit λόγον δὲ ὅτι ἅπαν τὸ οὕτω δυνατὸν οὐκ ἀεὶ ἐνεργᾷ, Ratio, inquit, est, quia quod hoc modo possibile est non semper reuera est, vt interpretatur Ammonius. Quæ enim semper sunt vt necessaria, nõ habent huiusmodi potestatẽ in contraria, vt quia homo semper & necessariò est animal, non potest non esse animal. Satis multa adduximus testimonia ad hãc verbi significationem explicandam & confirmandam, sequitur iam ad nostrum institutum eam accommodemus. Motus igitur dicitur energia eadem ratione, qua vocatur entelechia, quia ex eo dicitur mobile reuera moueri. Vnde constat falsum esse quod nonnulli, quamuis doctissimi viri, docent motum dici energiam, quatenus proficiscitur à mouente: entelechiam verò quatenus est in eo, quod mouetur, quasi verò energia apud Arist. semper significet actionẽ agentis. Forsan adducti sunt in hanc sententiam ex ijs, quæ docet Galenus 1. lib. de naturalibus facultatibus, vbi energiam dicit esse κίνησιν δραστικήν, id est, motum efficientem. Atqui Aris. 11. Metaphysi. cap. 9. vbi tradit eandem motus definitionem, quam tradiderat. 3. Physi. pro entelechia energiam sumit, cùm ait τὴν τοῦ δυνάμει τοιούτου ἐντελέχειαν, λέγω κίνησιν, id est, eius, quod esse potest, qua tale est energiam appello motum, constat autem in hac definitione definiri motum per id, quod mouetur. Sed ex eodem. 3. Physi. cap. 1. poterant admoneri, vbi Arist. ipsam ædificationẽ dicit esse ἐνέργειαν τοῦ οἰκοδομητοῦ hoc est eius, quod ædificabile est. Rursus cap. 2. sic habet ἡ τε κίνησις ἐνέργειά μέν τις εἶναι δοκεῖ, ἀτελὴς δέ, αἴτιον δ' ὅτι ἀτελὲς τὸ δυνατόν, ὃ ἔστιν ἐνέργεια κίνησις, id est, ipse verò motus energia quædam esse videtur, sed imperfecta: causa est, quia imperfectum est id, quod potest esse, cuius energia est motus. Illud autem imperfectũ, quod potest esse, est quod mouetur, quod enim mouet, qua parte mouet perfectum est. Sed multò adhuc apertiùs id constat, ex cap. sequenti, vbi docet motũ esse entelechiam amborum, atque energiam amborum, eius quod mouet, & eius quod mouetur. Ad eundem modum anima dicitur energia, quemadmodũ entelechia, quia est forma & ratio, ex

Motus cur dicatur energia

qua corpus animatum reuera est tale. Ex his omnibus satis dilutam & explicatam esse existimo tertiâ rationẽ. Docuimus enim energiam non semper operationem significare apud Aristo. sed rationem, ex qua aliquid reuera dicitur esse. Atq; hoc videtur esse vnum ex ijs verbis, quæ Arist. more Philosophorũ à propria significatione ad alienam traduxit. Veteres Latini interpretes vtramq; dictionem entelechiam, & energiã interpretantur actũ, quamuis actus magis videatur ἐνέργεια exprimere, quam ἐντελέχεια, hæc enim nõ habet propriũ verbũ Latinum, quo explicetur, nisi perfectio nominetur: tamen hoc verbum non declarat omnino vim ipsius entelechiæ. Actus autem, quo vtũtur Latini hoc loco nõ significat actionem, vt quidam falsò crediderũt, sed id, vnde aliquid reuera est. Nam quemadmodũ Arist. nomẽ energiæ transfert à propria significatione ad alienam, sic interpretes Latini nomen actus, alij energiam efficaciã appellant, sed à Cicerone in primo lib. Quæstionum Academicarum ad Varronem effectio videtur appellari: sic enim habet, nostra tu Physica nosti quæ contineantur ex effectione, & ex materia ea, quam fingit & format effectio. Formã vocat effectionẽ, quia legerat apud Aristotelem energiam appellari. Deinde inferiùs eodẽ lib. eam vocat efficientẽ, & vim, cum ait, de natura aũt (id enim sequebatur) ita dicebãt, vt eam diuiderent in res duas: vt altera esset efficiens, altera autẽ quasi huic se præbẽs, eaq; efficeretur aliquid. In eo, quod efficeret, vim esse cẽsebãt, in eo autẽ quod efficeretur, materiã quãdam: in vtroq; tamen vtrũq;: neq; enim materiã ipsam cohærere potuisse, si nulla vi cõtineretur, nec vim sine aliqua materia. Hæc Cicer. Sed dubitaret aliquis cur energia sumatur ab Aristot. pro forma & habitu, cùm propriè sit actio, aut motio quædam fluens ab habitu & forma: nam cur eadem forma vocetur entelechia dictum est supra. Causam huius nominis reddere videtur Arist. 9. Metaph. cap. 3. nẽpe formã dictam esse energiã, q; sequatur ex motu & effectione tãquam finis: sic enim habet, ἐλήλυθεν δὲ ἐνέργεια τὸνομα ἀπὸ τοῦ πρὸς τὴν ἐντελέχειαν συντεθειμένου, καὶ ἐπὶ τὰς ἄλλας ἐκ τῆς κινήσεως μάλιστα δοκεῖ γὰρ ἡ ἐνέργεια μάλιστα εἶναι ἡ κίνησις. Id est, venit aũt nomen energia ea, quæ ad entelechiam accõmodatur, & ad res alias maximè ex motibus, videtur enim energia maximè

Entelechia & energia à Latinis actus.

Energia à Cicerone effectio vocatur.

maximè ipse motus esse. Quẽ locũ ita interpretatur Alexãd. motus est, qui propriè energia dicitur, sed quia finis motus est aliqua entelechia, inde factũ est vt ipse quoq; finis & entelechia, energia diceretur. Itaq; omnes formæ naturales, tum etiam accidẽtariæ, & artificiosæ, quoniã aliqua motione comparãtur energiæ sunt appellatæ. Ac inde effectum est vt omnis ratio & forma, ex qua aliquid reuera est tale (quamuis ad eam propriè non sit motus, vt relatio, & aliæ similes) energiæ nomine vocaretur. Tamẽ eodem lib. cap. 8. alia ni fallor huius nominis ratio reddi videtur ab Aristote. Docens enim ipsam energiam esse priorẽ potestate & præstantiorem eò quòd sit finis, ostendit esse finem his verbis, τὸ γὰρ ἔργον τέλος, καὶ διὰ τοῦτο ἡ ἐνέργεια τοῦ ἔργου, καὶ τὸνομα λέγεται ἐνέργεια κατὰ τὸ ἔργον: πρός συντείνει πρὸς τὴν ἐντελέχειαν, hoc est, opus enim finis est, energia verò est ipsum opus: vnde & nomen energia, à nomine ergon, quod est opus, dicitur, & pertinet ad entelechiam. Quorum verborũ hic mihi videtur sensus esse, in omnibus rebus finis est ipsum opus, siue hoc opus sic ipsa actio, quæ in quibusdã rebus est vltimus finis, vt in arte saltandi saltatio, siue opus aliud ex actione relictũ, vt in ædificatione domus, nam vtrumq; significat nomen ἔργου apud Græcos: sed energia est quoddam opus, quod apparet ex vi nominis, dicitur enim energia à nomine ergon: igitur energia est finis, ac proinde pertinet & accommodatur ad significandam entelechiam & formam. Quibus verbis significare videtur Arist. energiam non solùm significare actionem, & operis confectionem, sed etiam ipsum opus effectum, ac propterea entelechiam & formam energiam appellari, quoniam est opus quoddam & finis. Entelechiam autem esse opus, & hoc nomine vocari ab Arist. constat ex eadem. 9. lib. in principio, vbi sic habet, ἐπεὶ δὲ λέγεται τὸ ὄν, τομὲν τὸ τί, ἢ ποιὸν, ἢ ποσὸν, τὸ δὲ κατὰ δύναμιν, καὶ ἐντελέχειαν, καὶ κατὰ τὸ ἔργον. id est. Quoniam autem dicitur id quod est, aliud quidem hoc aliquid, aut quale, aut quantum: aliud verò potestate, & entelechia, atq; ipso opere. Vbi admonet Alexãder pro eodem dixisse Arist. entelechiã, & opus. Quoniã igitur forma naturalis opus est naturæ, accidentia quoq; quæ in rebus naturalibus insunt, forma verò artificiosa opus artis, idcirco omnis forma & ratio, vnde aliquid reuera est tale,

energia vocatur, vnde potest hoc nomẽ animæ, & omnibus formis aptè cõuenire. Scio Galenũ in. 1. lib. de naturalibus facultatibus docere energiã appellari posse opus naturæ, vt concoctionẽ, & digestionẽ: nõ tamẽ omne opus vocari energiam, quia caro, inquit, & os opera sunt, nõ energiæ. Tamẽ hic eã exquirimus significationem, qua vsus est Arist. Cicero eo, quẽ antea adduximus, loco, significare videtur ipsam formam dici energiam, quam ipse effectionem interpretatur, eò quòd materiam formet, & quasi efficiat: sed priores rationes, quas nos adduximus, magis videntur Arist. consentaneæ. Hæc habui, quæ de hac quæstione dicerem, si quispiam alius plura tradiderit, aut meliora liberter accipiam, & habebo gratiam. Scio difficilem admodum visam semper fuisse viris doctis hanc quæstionem, adeo vt cùm Hermolaus Barbarus vir omni genere doctrinæ excultissimus nactus fuisset aliquando casu quodam colloquium dæmonis, nihil aliud ab eo petierit, quàm quid esset Arist. entelechia. Tamẽ ex ijs, quæ ex ipso tradidimus adeo id relinqui manifestum existimo, vt nõ sit opus impostorem aliquem dæmonem consulere.

De vniuersis copiosa disputatio, in qua præcipuè docetur vniuersa in rebus constare sine mentis opera.

Præfatio.

ARISTOTELES totius Philosophiæ quasi parens, non minus modestia, quàm ingenio, & doctrina præstans, cùm de summo hominis bono & felicitate esset disputaturus, arduam sibi & molestam fore dicebat eam quæstionem, quòd à magistro Platone, simul & amicissimo sibi esset necessariò dissentiendum; qui cùm ideas in Philosophiæ scholam inuexisset, unam ideam boni constituerit, quæ omnium bonorum causa, fons, & principium existeret: quam sententiã erat ipse tum in ea quæstione tractanda, tum in alijs improbaturus. Videbatur enim admodum difficile summum Philosophum, quem totæ Athenæ diu admiratæ fuerant, cuius fama, atque immensæ cuiusdam, & diuinæ doctrinæ existimatio maximam iam orbis partem peruaserat, in eo, quod erat totiùs disciplinæ caput, quodq; à multis oraculi ferè loco habebatur, nõ solùm deserere, sed reprehẽdere, nec reprehẽdere tãtùm, sed tanquã fabularũ, aut figmentorũ magistrũ insectari:

1. Ethico. ad Nicomach. cap. 6.

ctari: quæ res nõ paruã inuidiã erat sibi conciliatura. Accedebat arcta amicitia, quæ id uehementer prohibere uidebatur: officium discipuli, cuius est præceptoris nomen ab omni iniuria uindicare. Verum hac una de causa non ueritus fuit eam suscipere disputationem, audacterq; suam exponere sententiam quòd his omnibus sanctam, & immaculatam ueritatem anteponẽdam putaret, propter quam unam omnia Amicitiæ iura, omnia officia soluidebeant: omnis inuidia, omnis timor, omne periculum sit facile contemnendum. Nõ minus ardua & grauis est mihi futura hæc Quæstio de Vniuersis, quam disputandam propono; ubi non cum uno Platone, sed cum multis hominibus, ijsq; doctissimis, tam ueteribus, quàm recentioribus, & præsentibus est mihi bellum gerendum. Sunt enim innumerabiles penè Philosophi, qui existimant Vniuersa sola mentis opera in rebus constare, eaq; detracta nulla esse: quòd si doceam, ac defendam absq; ulla mẽtis actione in rebus esse, horum omniam iudicia diu, multumq; probata sunt necessariò quasi censoria uirga damnãda; quod non sine graui mei nominis periculo fieri posse uidetur. Clamabunt enim multi, certò scio, me hominem nullius penè eruditionis cornicum oculos configere, qui sententiam magno consensu approbatam damnare, rescindere, ac conuellere uelim: præsertim cum sit eorũ hominum, quibuscum ego nulla ex parte sum conferendus. Verùm antequam ad hæc respondeam, dicam quid mihi in hac sententia, & quæstione contingerit. Cùm puer adhuc Dialecticam, & Philosophiam ex doctissimo præceptore audirem, ac ipse quæstionem hanc iuxta communem & uulgatam sententiam interpretaretur, tam tum displicere cœpit hæc sentẽtia, nec unquam in animo insidere potuit; nec enim adduci poteram, ut crederem propterea naturam aliquã uniuersam esse, quòd aliqua mentis notione, aut specie concipiatur, cùm uiderem omni mentis opera semota esse in rebus naturas uno modo, & ratione mentis communes, hancq; esse uim & rationem uniuersi. Sed tacitus mecum rem hãc omnem considerabam, idq; mentis imbecillitati ascribebam primũ. Deinde grãdior factus, & in disciplinis paulò proiectior, cœpi iterum atque iterũ rem eandem attentiùs cogitare, examinare rationes, uidere quid haberent firmitatis, nũ aliquo pacto solui possent; excogitabam etiam rationes alias, quibus illa cõmunis sententia euerteretur, confirmaretur hæc altera, comparabam rationes cum rationibus, expendebam earum pondera. Demum quò magis hæc omnia uoluebam, eò magis falsam comperibam receptam illam sententiam, hanc uerò alteram magis ueram, firmam, atque rationi, & rerum naturæ magis consentaneã. Eodem accedebat quòd nullum inuenirebam apud Aristotelem locũ, in quo huius sententiæ aperte esse uideretur. Vnde cœpi tum quod diu apud me continueram proferre in publicum, affirmareq; in disputando falsam mihi uideri communem illã de rebus uniuersis opinionem, esseq; multò probabilius in rebus cõstare Vniuersa citra ullam mentis operam. Sed quærebam interim num aliqui Philoso-

Universidad de Deusto
Biblioteca

phi huius unquam extiterint sententiæ, quorũ nomine & autoritate me tueri possem. Inueni primum Paulum Venetum doctissimum Philosophum inter Latinos, qui in quæstionibus Metaphysicis duas de hoc argumento fecit quæstiones, in quibus apertè docet absque vlla intellectus actione esse Vniuersa. Deinde uidi Ioannem Scotum, qui subtilissimus & accerrimus disputator est habitus, ad hanc sententiam maximè accedere: scribit enim tum secundo libro Sententiarum, distinct. 3. quæstio. 1. tum 7. Metaphysi. quæstio. 18. naturam ante mentis operam esse unam & communem: quem secuntur omnes, qui in eius disciplinâ se tradiderunt: uidi etiam Iulium Cæsarem Scaligerum uirum multæ & uariæ erudictionis, in libro de Subtilitate contra Hieronymum Cardanum sententiam hanc expresse tueri, alteramq; refellere; quamquam rationibus non multum firmis. Audiui quoque multos Doctore, Parisienses idem sentire; quare non mediocriter fui delectatus. Vnde ausus fui iam liberiùs sententiam hanc tanquam ueriorem defendere in disputationibus, & publicè docere. Quod ut efficerem magis etiam me rationes, quàm horum uirorum nomina commouerunt. Quamuis enim subtiliter tractent hanc sententiam, tamen prætermittunt firmiores rationes, quibus est confirmanda, nec dissoluunt omnes contrarias, quibus ab aduersarijs oppugnatur. Sed in primis animum fecit, ut non spectata autoritate cuiusquam audacter hanc disputationem susciperem, autoritas & exemplum Aristotelis, qui decreuit, ut in principio dixi, unam ueritatem pluris quàm omnia fieri debere; quam Philosophandi rationem non solùm in illa quæstione de Idæis contra Platonem, sed etiam in omnibus alijs diligenter seruauit. Nullam enim tractat, in qua non uideat priùs quid in ea re senserint ueteres Philosophi, quòd si quid ueri dixerint, quodq; rationi sit consentaneum, id admittit, probat, & laudat: si quid autem falsi, & à ratione alienum, id protinus damnat, ac reijcit, habita solius ueritatis ratione. Nam cum omnes homines nati sint ad ueritatem, ut idem Aristoteles aliàs testatum reliquit, tum maximè Philosophus pro ueritatis solute non modo aliorum, sed sua ipsius decreta, si opus fuerit, euertere debet. Si enim Philosophia scientia est ueritatis contemplatrix, ipsam ueritatem tanquam præcipuum scopum, ac ultimum finem sibi proponere debet Philosophus, in eiusque inuestigationem omne studium, omnem laborem, & operam conferre; ut nihil sibi antiquius; nihil præstantius una ueritate esse credat. Ipsius ueritatis studio ueteres Philosophi magnos susceperè labores, multas adiere regiones, grauia subiere pericula. Anaxagoras tanta cura ueritatem colebat, tamq; anxio labore eam persequebatur, ut post mortem ueritatis aram ei dicauerint. In Chaldæorum autem, atque Gymnosophistarum disciplinis tam celebre & excultum ueritatis studium fuit, ut eorum dogmata & leges in eos homines maximè animaduerterent, qui in aliquo esse[nt]

Philosoph⁹ omnibus postpositis solam ueritatem sequi debet.

1. Rhet. c. 1.

2. Meth. c. 1.

essent mendacio deprehensi. Hæc est, quam nomine sapientiæ tantopere commendant sacræ literæ, cuiusque illustratoribus uitam æternam pollicentur. Nec quidem iniuria, nihil enim in omnibus rebus, quæ sunt, ueritate præstantius, nihil honorificentius, nihil sublimius inueniri, aut cogitari potest. Veritas, ut dicebat Olympias, Deorum est concilium, eáque maximè fruitur conuictu Deorum. Imo uerò ipse Deus ueritas est. Cum enim rerum omnium conditor Deus, & generis humani iam fere perditi restitutor ad homines olim humanam indutus formam descendisset, ut ipsum mortalium genus ab errore, & ignorantia, in qua diu uersatum fuerat, liberaret, ac mentis humanæ tenebras discuteret, proculq; fugaret, nullo alio nomine magis, quàm ueritatis se appellari uoluit, ueritatisq; magistrum; unde fit ut qui ueritati repugnant, ipsi Deo repugnare uideantur: Qui uerò totis uiribus ipsam amplectuntur, mentemq; disciplina ueritatis excultam habere conantur, Dei sint amicissimi sit necesse. Non igitur ab re Philosophus, qui ueritatis inuestigatorem, & cõtemplatorem se profitetur, neglectis amicis, postpositis omnibus, unam sequitur ueritatem tanquam magistram. Vnde non possum eorum hominum institutum probare, qui ita se ad unius hominis disciplinam addicunt, támque uehementer adhæresunt, ut citiùs animum auellas à corpore, quàm eos ab instituta disciplina dimoueas. Id equidem est hominem colere, non ueritatem; seruire, non philosophari. Non minus grauiter, quàm uere affirmabant quidam ueterum Philosophorum solum Philosophum uerè liberum esse, quòd is, qui uerè Philosophus sit, nec diuitijs, nec uoluptatibus, nec gratiæ, nec timori, nec iræ, nec ulli deniq; perturbationi succumbat, & quod omnium præcipuum est, solam ueritatem sequatur, ac liberè ubiq; pronuntiet. Cuius rei in Græcis sententijs fertur hic uersiculus, ἐλεύθερος ἀνὴρ ὃς τ' ἀληθῆ λέγῃ. At ego nullã inuenio miserabiliorem seruitutem ea, quam isti seruiunt. Quererebatur seruus ille apud Aristophanem molestum admodum esse stulto domino seruire, cuius rei nullam aliam reddit causam, quàm quod proprij corporis non haberet potestatem, τοῦ σώματος γὰρ ὃς ἐκ ἐᾷ τὸν κύριον κρατεῖν ὁ δάιμων, ἀλλὰ τὸν ἐωνημένον. Ipsi uerò nec mentis sibi potestatem reliquisse uidentur, quam habeant unius hominis arbitrio mancipatam. At dicunt se hominem sequi acerrimi iudicij, & doctrinæ probatæ, in cuius disciplinam se quisque tutò tradere possit. Esto hæc ita sint, non tamen dubiũ est hominem illum fuisse, qui falli, & labi potuerit. Præterea quia non potest unus homo omnia capere, diligenter obseruandum est quibus in artibus sit quisque uersatus, nec enim in omnibus par fides ei habeatur oportet. Si quæstio oriatur de rebus & causis reconditæ Philosophiæ tam diuinæ, quàm humanæ, aut de differendi ratione, & disputandi methodo, Aristotelem consulam præ alijs, quem scio in his primas tenuisse: si uerò dubitatio sit de rebus a strolo-

Reprehenduntur qui vnũ per omnia secuntur autorẽ.

1. liberi⁹ uiri est uera dicere.

10. Eth. c. 8.

Universidad de Deusto
Biblioteca

astrologicis, aut de situ alicuius Regionis, aut origine fluminis, Ptolemæũ potiùs adibo, quàm Aristotelem, qui in huiusmodi rebus minus erat exercitatus. Scribit enim primo lib. Meteorologicorum Danubium fluuium, & Tartesum ex monte Pyreneo originem ducere: credam ego tantum mendacium propter auctoritatem tanti Philosophi? at hi sine ullo delectu quidquid coryphæus ille suus tradidit, tanquam Dei oraculum accipiunt. Deinde sæpe uiri grauissimi, pariter & doctissimi inter se dissentientes reperiuntur, Diuus enim Hieronymus, & Diuus Augustinus duo clarissima Ecclesiæ lumina, quorum reconditam doctrinam, & uariam eruditionem admirari magis, quàm assequi licet, nonne aperto Marte pugnant scriptis ad se mutuò Epistolis? ambo doctissimi, ambo sanctissimi, si igitur autoritatis habenda ratio est, utrum potiùs sequemur? Ad hæc confessum est inter omnes Dialecticos argumentum sumptum ab hominis testimonio omnium esse debilissimum: cùm igitur huiusmodi homines unum sibi hominem proponant, quem per omnia sequantur, rationem Philosophandi tenent omnium infirmissimam. Vnde efficitur ut cùm multa habeant sola fide autoris, multa nesciant, quæ se maxime scire putẽt. Cùm enim is, quem unum amplectuntur, aliqua statuat, non quidem sine ratione, sed eam interdum non explicet, hanc cum ipsi non inquirant contenti sic à suo autore esse definitum, ignorata ratione, rem omnem prorsus ignorent est necesse. Quo uitio peccabãt olim Pythagorei, qui rogati rationem eorum, quæ ipsis tradiderat Pythagoras, nihil aliud respondebant, quàm αὐτὸς ἔφα, quasi satis idonea esset causa Pythagorã id dixisse. Adde quòd dum hanc disciplinæ rationem secuntur, aut in ipsam ueritatem, aut in eos, qui ueritati student uidentur iniurioſi: aut enim existimãt hominem illum, cuius uestigijs insistunt, primum autorem & fontem ueritatis extitisse; aut Deum Opti. Maxi. qui reuera omnis ueritatis est principium, illi uni homini omnem ueritatem credidisse. Quorum alterum nefas est cogitare, alterum præterquam quod est rediculum, omnibus Philosophantibus insignem facit iniuriam. Nec minorem iniuriam inferunt ueritati, cùm eam interdum data opera obscurare, aut supprimere conantur. Nam cùm rationibus, aut ipsa experientia conuincuntur non esse uerum quod autor ille docuit, Deus bone quæ ibi comminiscuntur figmenta, quot multiplicant distinctiones, quas quærũt ambages, quas excitant tragœdias contra ueritatem, ut suæ disciplinæ decreta tanquam matris amictum seruent. In quos aptè illud Horatij conuenire uidetur:

i. ipse dixit.

O imitatores seruum pecus, vt mihi sæpe
Risum, sæpe iocum vestri mouere tumultus.

Demum si ueterum Philosophorum historiam memoria repetamus, neminem ex principibus Philosophorũ inueniemus, qui hanc tenuerit Philosophandi rationem. Nam ut prætermissis uetustissimis illis Philosophis, ducam initiũ ab ijs, quorum extant nobis monumenta. Plato summus Philosophus multa quidem accepit

accepit à ueteribus, sed plurima suo definiuit arbitratu: scribit enim in Epist. 1. ad Dionysium Siciliæ tyrannum, se in Dialogis ea tantùm scripsisse, quæ alij Philosophi sentirent, suam autem sententiam scriptis non mandasse. Aristoteles doctissimo est usus magistro Platone, at non dubitauit, ut initiò diximus, multa præceptoris decreta damnare, multa proprio ingenio excogitare, quæ res effecit ut tam multa, tamq; præclara omnis generis Philosophiæ monumenta reliquerit, ut non auxisse modò Philosophiam, sed ipsam genuisse uideatur. Quod si sola magistri disciplina contentus fuisset, eamq; religiosè seruasset, ut unius hominis sectatores facere solent, nihil aliud nobis præter idearum turbam, & communem fœminarum consuetudinem, ac confusum disputandi genus tradidisset. Theophrastus Aristotelis discipulus nõnullas magistri sententias improbauit. Galenus tum rationibus, tum experientia & sensu demonstrauit Aristotelem multis in rebus deceptũ fuisse: eandem uiam tenuerunt sacri & Christiani doctores Clemens Alexãdrinus, Origenes, Eusebius, Chrysostomus, Basilius, ambo Gregorij, Hieronymus, Augustinus, Ambrosius, ac tandem Diuus Thomas Aquinas summus Theologus, quo uiro nihil absolutius in disciplinis unquã uidi: qui doctissimos quidem habuit præceptores Albertum Magnum, & Alexãdrũ Alensem: nõ tamen ueritus est sæpe ab ipsis dissentire, & ex propria sententia multa definire ac constituere; unde factum est, ut uniuersam Theologiã maximè locupletauerit & illustrauerit. Quare qui unum aliquem autorem per omnia sectantur, non magis ei similes sunt, cuius se iactant sectatores, quàm lapis homini: non enim similis est, qui singulas alicuius principis Philosophi sententias, & uerba tanquam oracula diuina consectatur, sed qui eius uariam & multiplicem doctrinam, immensum laborem, studium, diligentiam, libertatem in iudicando, iudicium in dicernendo imitatur. Hac namq; libertate philosophãdi nata fuit olim Philosophia, educata, aucta & propagata. Neq; eò hæc à me dicuntur, ut probem eorum hominum studium, qui quæcunque à grauissimis Philosophis tradita sunt facilè damnant tanquam falsa, aut respuunt tanquam inutilia: quod genus hominũ multò est priore deterius, immo uerò nihil eo in disciplinis esse potest pestilentius: illi enim priores secuntur doctum aliquem & & probatũ autorẽ, unde fit ut rarò à tramite ueritatis declinẽt; hi uerò qui omnia reprehẽdere more sophistarũ in animũ induxerũt suum, ueluti effræni & præcipites in multos & intollerabiles labũtur errores, perduntq; secũ imperitã tuuentutẽ. Debet igitur liberũ esse Philosophi iudiciũ, sed ita liberũ, ut maturũ & solidũ simul existat. Existimare enim oportet quod ab aliquo uiro graui & docto scriptũ est nõ sine ratione & iudicio dictũ esse, unde si statim initio minus intelligatur, nõ cõtinuò tanquam falsum est reijciendũ, donec firma aliqua ratio, aut experientia id efficere cogat. Pulchrũ enim est præceptum illud Arist. primo lib. de Cœlo, opportere eos, qui ueritatem rectè iudicare uelint arbitros esse,

non aduersarios. Itaque diu considerandæ sunt utriusque partis rationes, diligẽ terq; expendẽdæ, ut nõ tã spectetur quid dicatur, aut à quo dicatur, quàm qua ratione dicatur, & quò põdus rationũ inclinat & trahit, eò iudicium & assensus conferatur. Hãc Philosophãdi rationẽ à principio meorũ studiorum seruare decreui, quam uideo grauissimos quosq; Philosophos tenuisse, quicũq; in literis celebre nomẽ sunt consecuti. Hoc animo huiusmodi quæstionẽ disputandã suscepi, in eaq; meã explicare sententiã, quãuis plurimorũ opinioni & iudicijs contrariã. In qua tractãda ita me gerã, primũ explicabo cõmunem eorũ opinionẽ, qui uniuersum mẽtis opera constituũt, & rationes, quibus eam astrutuũt, nam hanc prius rectè perpendisse est necesse: deinde docebo non fieri mentis opera, sed iam antea in rebus constare: ad extremum dissoluam omnes rationes, quæ aduersus hanc sententiam pugnare uidentur. Dabunt autem mihi ueniam elegãtiæ studiosi, si utar interdũ quibusdam uerbis parum elegantibus: nã quia disputarunt hanc quæstionem homines barbaræ & impuræ orationis, quibus cum mihi præcipuè agendũ est, cogar nonnunquam eorum uocabulis uti, quòres ab ijs, qui in eorum scriptis sunt uersati, melius intelligatur.

An sint vniuersa. CAP. 1.

QVOD Græcè τὸ καθόλου, Latinè tum uniuersum, tum uniuersale uocatur, quo nomine Varro, & Quinctilianus libenter utuntur, uariam habet apud Aristotelem significationem. Nam prima & communia principia eò quòd multarum rerum sint causæ, uniuersa dicuntur ab Aristo. idq; tam rerum principia, quàm demonstrationem, quæ sunt pronuntiata, ex rerum tamen principijs desumpta. Quo sensu dicit. 1. lib. de Demonstratione ea esse à sensibus nostris remotissima, quæ maximè sunt uniuersa: & 1. lib. 1. Philosophiæ, quæ maximè sunt uniuersa esse hominibus cognitu difficilima. Simili ratione artium præcepta quia communia sunt, uniuersa appellantur. Dicũtur etiam uniuersæ species, & notiones in animo insitæ, quoniam una imagine multa comprehendunt, multaq; nobis repræsentant, quamquam ipsæ in animo singulares existant; quemadmodum apud Platonem ideæ separatæ uniuersæ uocantur. Tum pronunciatum, cuius subiectum affectum est uniuersa nota, uniuersum nominatur, ut omnis homo est animal, omnis cygnus est albus. Primo uerò lib. de Demonst. cap. 4. uniuersum dicitur, quod alicui toti rei per se, & primò conuenit, quà talis est, ut triangulo habere tres angulos pares duobus rectis; unde uniuersæ demonstrationes appellantur, quibus huiusmodi uniuersum attributum de proprio subiecto demonstratur; particulares autem, quibus non de toto & proprio subiecto, sed de parte concluditur. Sed uulgatior significatio ea est, qua uniuersa uocantur, quæ multis sunt communia, ac de multis dicuntur, ut sunt genera,

Prima significatio uniuersi.

Secunda.

Tertia.

Quarta.

Quinta.

genera, species, differentiæ, proprietates, & communia accidentia. Vnde factum est, ut uoces, quæ huiusmodi res declarant, eodem uniuersi nomine appellentur, atque etiam communitas quæ est in natura. Hæc autem quæstio de ijs Vniuersis est suscepta disputanda, quæ sunt res, aut naturæ multis communes: an scilicet reuera sint huiusmodi cõmunes & uniuersæ naturæ, tum si sint, qua ratione cõstent, & quid sint. Est autem omnis hæc quæstio primæ Philosophiæ propria, sed omnium quæ in ea tractantur difficilima, ut autor est Arist. 1. lib. primæ Philosophiæ, cap. 4. nihilominus tamen maximè necessaria, quæ consideretur & disputetur ad explicanda prima rerum principia, ut ait Alexander; atq; omnino ad ipsam primam Philosophiam, quæ in ijs, quæ sunt maximè communia tota uersatur. Fuit uerò iam olim inter ueteres Philosophos agitata hæc quæstio, cuius difficultatis causa hæc una, & maxima uidetur esse; quod cùm omnis nostra cognitio initium ducat à sensibus, uniuersa autem, qua talia sunt, nullo sensu comprehendantur, hinc efficitur, ut non facilè quisquam ea possit animo concipere. Nam Heraclitus, & eius auditor Cratylus, quia præter ea quæ sensus ipsi percipiunt, nihil aliud putabant esse, sensus autem sola singularia & sensilia cõsecũtur, existimarunt etiam præter singularia & sensilia nihil aliud esse omnino commune nec uniuersum. Vnde tollebant à rebus omnibus scientiam & ueritatem, ut scribit Aristo. tum. 1. lib. primæ Philosophiæ, cap. 6. tum. 4. cap. 5: eò quod scientia, & ueritas sint de rebus necessarijs & perpetuis: singularia uerò sensilia omnia sint caduca, incerta, mutabilia, fluxa, nec ad temporis momentum, ut putabant, in eodem statu permanentia. Plato uerò concessa hac Heracliti, & Cratyli sententia, ut refert Arist. eodem. 6. cap. 1. lib. Metaph. quòd scilicet in rebus sensilibus nihil insit constans, & stabile, quod sub scientiam cadere possit, ne scientiam omnino tolleret, constituit alias substãtias ab rebus singularibus, & sensilibus separatas, sempiternas, immobiles, constantes, quas ideas appellabat, eo quòd essent quasi imagines quædam & exemplaria; quorum similitudine res hæ singulares & sensiles fierent, & constarent, ut omnium hominũ unam ideam & speciem separatam, eorum aliam, atque omnino cuiusq; speciei suum exemplar, & hoc nomine esse eiusmodi ideas uniuersus, quòd unaquæq; multa singularia sensilia sua similitudine comprehenderet. Dicebatq; de his solùm tanquam de rebus certis haberi scientiam, & demonstrationem. In Timæo ex discrimine inter mentem & opinionem, probare nititur præter sensilia esse huiusmodi ideas. Si enim mens, inquit, diuersa est ab opinione, q; mens semper sit cum uera ratione coniũcta, ac proinde in rebus uersetur sempiternis; opinio uerò interdum fallatur, & rerum sit mutabilium, est necesse præter hæc sensilia singularia, quæ sola opinione continentur, esse alias æternas, & immutabiles substantias, quas mens uera & firma ratione comprehendat. Docet etiam eodem loco ideas esse necessarias ad rerũ constitutionẽ; cum enim materia sit ex se omni-

Sexta.

Sumitur hîc vniuersum in quinta significatione.

Universidad de Deusto
Biblioteca

no informis, necessarium esse putabat aliquam esse formã perpetuam, quæ aliã sibi simile imprimeret in materia. Vnde dicebat ideam esse patri similem, materiam matri, formam autem genitam in materia similem proli; collocabat autem ideas, ut sentit Plotinus in mente diuina, quam faciebat secundum principium. Alia plura de ideis Platonis adferri poterant, sed ad præsentem disputationem hæc sunt satis. Quanquã sunt qui existiment nõ fuisse Platonem primũ idearum autorem, sed eas à Mercurio Trismegisto uetustissimo illo Aegyptiorum Philosopho, Rege, & Sacerdote accepisse: certè in Pimandro, & Asclepio, qui duo libelli nomine Mercurij circunferuntur, harum idearum fit mentio. Aristoteles autem totam hanc idearum rationem tanquam merum figmentum grauissimo odio est persecutus, & acerrimè insectatus, cùm multis in locis, tum maximè primo lib. Metaphy. cap. 7, & 7. lib. cap. 15 & lib. 13. cap. 5. Ex multis rationibus, quibus eas oppugnat, hæc una est; quod substantia seiuncta esse nõ possit ab ea re, cuius est substantia, si igitur ideæ rerũ sensilium substantiæ essent, fieri nõ posset, ut essent à rebus sensilibus separatæ. Quanquã respõdere poterant Platonici ideas dici substantias rerum sensilium, atque ipsas res sensiles ideis participare, hoc ipso, quòd ad idearum similitudinem sint factæ: nam sic illud interpretatur ipse Plato in Parmenide. Verum non est consilium idearum oppugnationem atq; earundem defensionẽ diligentius persequi hoc loco, cùm nihil pertineat ad præsentem disputationem. Nec est opus nunc exquirere an hæc idearũ sententia uera sit, & Christianæ religioni consentanea, ut quidam putant; dabitur enim forsan aliàs oportunior locus disputandi quæstionem hanc, ubi ostendemus quamuis in mente diuina sint rerum omnium species, non posse tamen totam hanc idearum rationem, quemadmodum tractatur à Platonicis, cum ueritate omnino consentire. His igitur prætermissis susceptum negotium persequamur. Aristoteles itaque tanquam arbiter in hac causa constitutus, statuit nec solum esse singularia sensilia, caduca & mutabilia, ut putabant Heraclitici, nec esse ideas & uniuersas substãtias à singularibus abiunctas, ut existimabant Platonici, sed in ipsis singularibus sensilibus ineſſe aliquid perpetuum, constans, & immutabile, de quo habeatur scientia, atque id esse uniuersum, quod est unum in multis, nec ab ipsis separatum, nec re ipsa diuersum. Esse autem uniuersa præter singularia, tamen in ipsis rebus singularibus inhærentia, tribus rationibus possumus nunc demonstrare: Prima sumetur ex tertio Metaphysico cap. 4. quæ est huiusmodi, si tantum essent singularia sensilia, & nihil præterea, nulla esset rerum scientia, atqui constat scientiam esse, est igitur necesse præter singularia sint uniuersa, quæ sub scientiam cadant. Prima pars rationis ita demonstratur ab Arist. infinita percurri non possunt, unde nec ulla scientia comprehendi, singularia uero sunt infinita, successione quidem sunt infinita iudicio Arist. qui putabat mundum æternum esse, nam reuera id falsum est: præsentia uerò finita sunt,

Prima ratio qua probantur uniuersa esse.

sunt, uerum tam multa, ut penè sint infinita in quauis specie; si igitur singularium esset scientia per se, oporteret unumquodq; propria intelligentia cognoscere, ac ita singula percurrere, quòd cum nullo modo fieri possit, superest singularium non esse scientiam, sed necessariò esse constituendum unum quippiam, & commune, quo uno cognito, omnia singularia sub eo cõprehensa cognoscantur. Præterea si nihil esset præter singularia, nihil esset intelligibile, sed omnia sensilia; unde nullius rei esset scientia, nisi quis dixerit sensum esse scientiã, quod absurdum est. Adde quod nihil esset perpetuũ & immutabile, scientia uerò rei perpetuæ, & immutabilis est. Rursus. 7. lib. Primæ Philosophiæ cap. 15. hac etiam ratione demonstrat singularium sensilium nõ esse demonstrationem, nec definitionem, ac proinde nec esse scientiam. Demonstratio, inquit, & definitio sunt earũ rerũ, quarum cognitio & scientia certa est, firma, & manifesta in animo, si modò tria illa seruentur, quæ explicantur. 1. lib. de Demonstra. cap. 6. scilicet ut sit res, de qua habetur scientia, seruetur is, qui habet scientiam, nec ulla intercedat obliuio: atqui cognitio rerum sensilium his tribus seruatis est dubia & incerta, nam si auferantur singularia à nostro conspectu, & ipsis sensibus, etiam si maneant in rerum natura, & maneat is, qui habet eorum cognitionem, & seruentur notiones in animo, dubium est an sint ea singularia, & qualia sint. Quod uerò sit necessarium rerum scientiam esse, quæ erat secunda pars rationis, primum apparet ex naturali hominum appetitu, omnes enim homines natura scire cupiunt, nec est uerisimile frustra uoluisse naturam hominibus hunc appetitum. 1. Meth. c. 1.
Constat etiam ipsa experientia, in disciplinis enim Mathematicis demonstratione necessaria colligimus aliquam conclusionem, ut triangulum habere tres angulos pares duobus rectis, cui cogimur ui demonstrationis assentiri, eiusmodi autem cognitio scientia est, nec pertinet ad illud solum triangulum singulare, in quo demonstratio tractatur, sed ad omnia; quod enim in uno demonstratur, in omnibus relinquitur demonstratum: si igitur scientia est, uniuersa sint oportet. Secunda ratio, si sola essent singularia, ac nihil præterea cõmune, nihil posset definiri, atqui est necesse sit definitio, est igitur necesse sint uniuersa. Quod autem singularia per se definiri non possint, multis rationibus probat Aristote. 7. Metaphys. cap. 15. è quibus satis erit duas accipere, quarum prima est, quemadmodum scientia est rerum perpetuarum, & quæ semper eodem modo se habent, sic etiam definitio: nam quemadmodum scientia non potest esse eiusmodi, ut modò sit scientia modò ignorantia, hoc est, modò uera cognitio, modò falsa, id enim opinio est, non scientia, sed debet esse perpetuò uera, sic etiam definitio debet esse eiusmodi, quæ semper, & eodem modo rei definitæ conueniat, at singularia, & sensilia, qua talia sunt, nõ semper eodem modo se habent, nec sunt perpetua, quare nec possunt definiri. Secũda ratio, id per se definitur, cui soli cõuenit definitio, ita ut alteri rei conuenire non possit, atqui nulla essentialis defi-

Secunda ratio.

nitio potest uni soli rei conuenire, etiam si sola existat in rerum natura; definitio enim essentialis solis non conuenit tantùm huic soli singulari, quia si alius esset sol, ei quoque eadem definitio conueniret: non ergo definitur primò & per se hic sol, nec ulla res alia singularis. Sed quæ communis est. Constat etiã cùm definimus hominem, non definire nos hunc aut illum hominem, sed cõmunem omnibus, cùm definimus uirtutem, non definire hanc Socratis uirtutem, sed omnem. Esse autẽ necessariã definitionem, hac ratione demõstramus, definitio est quædam essentiæ explicatio, si modò sit essentialis, aut proprietatũ si est descriptio, sed res habent essentiam, & proprietates, habent igitur necessario definitionẽ. Quapropter necessariũ est uniuersum esse in rebus, quod definiatur. Vnde Socrates primus, quemadmodum refert Aristo. 1. Metaphy. cap. 6. cœpit quærere uniuersum ad definiẽdũ. Disputãs enim de honesto in uniuersum quærebat quid esset honestum, nec sumebat hoc, aut illud honestum singulare, sed illud uniuersum, de quo erat quæstio, definire conabatur. Nam quamuis Pytagorei id antea facere tentauerint, molliter tamẽ, & sine arte. Tertia ratio est, cum dicimus hominem esse animal, leonem animal, equm, canem, & alia, unum aliquid respicimus, quod his omnibus tribuamus; ut manifestò appareat esse uniuersum attributum in rebus multis. Idem etiam ex loquendi usu confirmari potest, cùm dicimus magnetem trahere ferrum, non intelligimus hunc singularem magnetem, neque hoc ferrum, sed communiter magnetem, & ferrum, cumq; id uno nomine appellemus, constat nos uno nomine unam rem multis communem intelligere. Cùm dicimus etiã ceruum esse animal uelox, non singularem aliquem ceruũ, sed uniuersum intelligimus. Denique non tam aqua & igni utimur, quàm uniuersis. Satis igitur his rationibus demonstratum uidetur uniuersa esse. Nihilominus propter has uarias sententias, & earum rationes semper fuit difficilis tota hæc quæstio. Suntq; in ea præcipuè tres quæstiones, quas recenset Porphyrius in præfatione suæ introductionis. Prima est an existant reuera genera & species, (nam de his uniuersis est potissima quæstio,) an tantùm sitæ sint in solis animi notionibus. Id est, an sint reuera naturæ uniuersæ, an solæ notiones & species in animo nostro infixæ. Quemadmodũ enim habemus in animo speciem hominis, & equi, ex quibus componimus animo Hippocẽtaurum, in rebus autẽ nullũ est huiusmodi animal, sed tantùm homo & equus diuersa animalia, sic putabant quidam Philosophi, è quorum numero erat Anthistenes, uniuersa esse solas animi notiones à nobis fictas, nihil autem esse in rebus, quod ipsis respondeat præter singularia. Vt esse quidem in animo notionem & speciem hominis, qua una concipimus omnes homines, in rebus uerò non esse communem hominem, qui huic respondeat notioni. Atque obseruandum est hunc esse uerum sensum huius quæstionis, ut constat ex Ammonio, & Boëtho, non quem adferunt quidam Lani, an scilicet natura sit uniuersa sola mentis opera, non enim haberent locum aliæ

Tertia ratio.

Tres quæstiones Porphyrij.

aliæ quæstiones, cùm enim quærit secundò Porphyrius si sint reuera, an sint corpora, an expertia corporis, significat nõ esse uniuersa sita in solis animi notionibus. Est ergo secunda quæstio si reuera sunt præter animi notiones, an sint corpora, an corpore careant. Tertia, an separata sint à singularibus, & per se existentia, qualia fingebat Plato: an in rebus sensilibus inhærentia. Cùm igitur demonstratũ sit uniuersa esse, docendũ est iam qua ratione constent, & quid sint.

De quibusdam facultatibus cognoscendi. CAP. 2.

Difficilis quidem est quæstio explicata an sint uniuersa, sed multò adhuc est difficilior, quæ sequitur, qua ratione constent in rebus. Multi ex Græcis interpretibus Arist. quos etiã secũtur Arabes multi, & Latini, existimarũt uniuersa beneficio mentis cõstare, hoc est, propterea unũquodq; esse uniuersum, quòd una specie mẽtis, & notione cõprehendatur quasi à rebus singulis separatum. In qua sentẽtia est Philoponus in Cõmentarijs in. 1. lib. de Anima explicãs locũ illum, animal uniuersum aut nihil est, aut posterius est. Eustratius in. 1. lib. Ethicorũ ad Nicomachum cap. 6. Alexãder Aphrodiseus in. 7. Metaphy. cap. 6. referens sententiam Platonicorum, sic ait. Quoniam qui ideas induxerunt ipsas per se consistere dicebant, ut sæpe docuimus, & propriè entia, & substantias à nostratibus diuersas. Siquidem hominem uniuersalem, quem intellectus noster abstrahit à singulis, & cui beneficio mentis esse contingit, similitudinẽ esse aiebant hominum particularium, idemq; quod singulos homines, & cognitione tãtum esse obtinere: at ipsum hominem ideam, quæquidem per se est, & in substãtia, non esse idem, quod singulos homines. Hæc ille, quanquam uideatur id tantũ ex Platonicorum sententia referre. Quidam tamen Græci per uniuersum mentis opera à singulis separatum intellegunt notionem, aut speciem in animo impressam. sic enim id accipere uidetur Themistius explicans locum illum, animal uniuersum aut nihil est &c. Immo uerò idem Alexander sic totã hanc rem intelligere uidetur. 2. lib. Quæstionũ, cap. 14. quam notionem non posse consistere nisi in animo uerissimum est, non tamen est quæstio de notione, sed de ipsa natura uniuersa. Arabs interpres explicans eundem illum locum, animal uniuersum aut nihil est, & c. dicit mentem facere uniuersitatem in rebus. In eadem sententia est Diuus Thomas multis in locis: nam duo opuscula separatim scripsit de hoc argumẽto: & in opusculo de ente & essentia ex professo hoc idem tractat, post eum multi ex Latinis eandem amplectuntur sententiam. Quoniam igitur sentiunt mentis opera fieri uniuersum, de cognoscendi facultatibus prius disputemus est necesse non quidem accuratè, sed quatenus ad præsentem disputationem satis esse uidebitur, accurata enim tractatio ex libris de Anima petenda est. Duplex est in nobis cognoscẽdi facultas, mens seu intellectus, & sensus. Mens multò est præstantior & nobilior sensu, tamen ipse sensus naturà & cognoscendi ordine est prior. Sensus definitur ab Aristo. 2. lib. de Anima cap. 12. id quod habet

Duplex cognoscendi facultas.

Quid sẽsus

habet uim recipiendi ſpecies ſenſiles ſine materia, quemadmodum cera accipit imaginem anuli ſine ferro, aut auro. Senſus enim non patitur à corpore, ubi eſt accidens ſenſile, ſed à ſolo accidente; ut uiſus à ſolo colore, unde non accipit in ſe colorem, qualis eſt in corpore, ſed ſpeciem tantùm & imaginem coloris; ſic auditus ſpeciē ſoni. Duplices ſunt aũt in nobis ſenſus, externi ſcilicet, & interni.

Senſus duplex.

Externi ſunt quinq; uiſus, auditus, odoratus, guſtatus, & tactus. Quæ percipiũtur his ſenſibus obiecta ſenſilia uocantur: hæc uerò duplicia ſunt, per ſe, & ex accidente. Rurſus per ſe ſunt etiam duplicia, propria, & communia. Propria dicuntur, quæ ab uno ſolo ſenſu percipiuntur, ut propria obiecta uiſus colores, & lumen; auditus ſoni; odoratus odores; guſtatus ſapores; obiecta tactus non habent unum nomẽ, cum ſint uaria, ut calidum, & frigidum, humidum, & ſiccũ; durum, & molle; aſperum, & læue, & ſimilia. Obiecta cõmunia ſunt quæ omnibus, aut multis ſenſibus percipiuntur, quæ ſunt quinq; motus, quies, numerus figura, & magnitudo; quæ dicuntur per ſe, non quod primò ſpeciem imprimãt in ſenſibus ſine ſenſilibus propriis; ſed quia qua talia ſunt, habent certam rationem mouendi ſenſum, aliter enim afficit uiſum quod mouetur, & aliter quod quieſcit. Obiecta per accidens ſunt ipſæ ſubſtantiæ corporeæ, in quibus inſunt ſenſilia per ſe, tam propria, quàm communia. Dicuntur autem per accidens, quia per ſe non mouent ſenſum. Fit autem ſenſus hac ratione: cum hæc obiecta offeruntur ſenſibus imprimũt in ipſis quandã ſpeciem, & imaginem ſui, quemadmodum ea, quæ obijciuntur ſpeculo: ut homo ſingularis obiectus uiſui, infigit in ipſo imaginem, quæ uocatur à Philoſophis ſpecies ſenſilis; per hãc imaginem, percipit & cognoſcit ſenſus rem obiectam. Deinde ſecuntur ſenſus interni, de quorum numero non ſatis conuenit inter Philoſophos, ſed ad noſtrum inſtitutũ duo tantùm ſunt accommodati, ſenſus communis, & uis imaginandi. Senſus cõmunis eſt, qui primus colligit in ſe omnes ſpecies ſenſiles acceptas per ſenſus externos, eſt enim ueluti centrũ in circulo, in quod feruntur omnes lineæ, quæ ducuntur à circunferentia. De ſede & inſtrumento huius ſenſus nihil apertè docuit Ariſtoteles, præterquàm quod in libro de Iuuentute, & ſenectute dicit cõmune inſtrumentum ſentiendi omnium inſtrumentorũ eſſe in corde, in ipſumq; ferri omnes ſenſus externos, idq; in tactu, & guſtatu maximè apparere, ubi ait Michaël Epheſius in hoc communi inſtrumento ſitum eſſe ſenſum communem. Alij exiſtimant ſitũ eſſe in anterioribus uentriculis cerebri iuxta ſententiã Platonis, & Galeni, qui uolunt primũ principium ſentiendi eſſe in cerebro; ſed hoc diligentius exquirere non eſt huius loci. Huius ſenſus duo ſunt potiſſima officia, unum percipere actiones externorum ſenſuum, hoc enim ſenſu ſentimus nos uidere audire, odorari, guſtare, & tangere, quod expreſſe docet Ariſtoteles in lib. de Somno & uigilia cap. 2. aitq; id præſtare ſenſum communem per partem cõmunem omnium inſtrumentorum; ubi ſentire uidetur, quod antea diximus, illud

Qua ratione ſit ſenſ⁹.

Senſus interni.

Senſus cõmunis.

illud commune inſtrumentum, quod poſuit in corde eſſe inſtrumentum ſenſus cõmunis. Alterũ officiũ eſt, ut docet idẽ Ariſt. 3. lib. de Anima, cap. 2. diſtinguere ſenſilia diuerſorũ ſenſuũ inter ſe; ut colores à ſonis, & ab alijs, quod ſenſus externi præſtare non poſſunt. Alter ſenſus internus eſt uis imaginandi, quæ Græcè φαντασικὴ nominatur: interdum phantaſia dicitur, & Latinè imaginatio ſeu uiſio, ſed impropriè, nam phantaſia nõ eſt ipſa facultas, ſed motio huius facultatis, ut docet Ariſt. 3. lib. de Anima cap. 3. Ad hanc facultatem deferuntur ſpecies ex ſenſu communi, quæ ex loco ubi ſunt propriam ſortiuntur appellationem, dicuntur enim à Græcis φαντάσματα à Latinis ſpectra ſeu uiſa. Per has ſpecies cognoſcit hæc facultas res ſenſiles externas, atque etiam abſentes, uel iam corruptas, cognoſcimus enim, & cogitamus per uim imaginandi hominem iam mortuum: quemadmodum cùm ſumus intra cubiculum uidemus in ſpeculo per imagines, quæ foris geruntur, atque per picturam res iam diu præteritas cognoſcimus. Sequitur de altera facultate cognoſcendi, quæ mens ſeu intellectus appellatur, diſputemus. Duplex cõſtituitur ab Ariſt. 3. lib. de Anima intellectus, unus intellectus potentia ſeu poßibilis, qui interdum etiam patibilis dicitur; alter intellectus agens. Quamquam non me clam eſt quàm lubrica ſit, & difficilis apud Ariſt. omnis hæc diſputatio de duplici intellectu, præſertim de intellectu agente, & quàm male torſerit omnes interpretes, quamq; uariæ ſint ac diſcrepantes eorum ſententiæ, propter ſummam tum breuitatem, tum obſcuritatem, qua uſus eſt Ariſt. in ea explicanda. Sequemur tamen nunc hãc in re interpretationem Diui Thomæ, quæ ad noſtrum inſtitutum eſt accommodatior: iam enim antea admonui non eſſe nunc animum hæc diligentiùs perſequi. Intellectus igitur potentia ſeu poßibilis eſt uis quædam animæ rationalis, quæ poteſt omnia cognoſcere, hoc eſt, naturas communes & eſſentias omnium rerũ. Eſt autem ſimplex impatibilis, nõ miſtus corpori, ſed ſeparatus, expers omnis materiæ & corporis, non equidem quòd non ſit in corpore, cùm ſit facultas animæ rationalis, quæ eſt forma corporis, ſed quod nullo utatur inſtrumento corporeo ad intelligendum, quemadmodum ſenſus. Ex ſe nullas habet ſpecies impreſſas ad intelligẽdum, poteſt tamen omnes ſuſcipere, propterea dicitur ſimilis materiæ, & intellectus potentia ſeu poßibilis appellatur. Cum igitur ex ſe nullas habeat ſpecies, nec poßit quidquam intelligere ſine ſpecie; aliunde eas ſpecies accipiat eſt neceſſe: non poteſt autem eas accipere à rebus ſenſilibus, nec à ſenſu, res enim ſenſiles & ſingulares quà tales ſunt, non ſunt actu intelligibiles, ſed poteſtate: quare eſt neceſſe ſit alia uis, cuius opera huiuſmodi res fiant actu intelligibiles, & ipſe intellectus potentia accipiat ſpecies ad intelligendum, ac ita reuocetur in actum ab eo, quod eſt actu. Hæc uis eſt intellectus agens: unde uulgò definitur facultas animæ rationalis, quæ efficit, ut quæ ſunt poteſtate intelligibilia, fiant actu intelligibilia. Sed qua ratione hoc fiat latiùs explicandum eſt, quod quidem com-

Vis imaginandi.

De intellectu.

De intellectu agente.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Primum postulatum.

modè præstabitur, si priùs tria postulata exponamus. Primum est, intellectus noster non cognoscit per se res singulares sensiles, sed naturas communes: non enim intelligit Socratem, nec hunc equum, sed naturam hominis, & equi. Proprium enim obiectum intellectus in simplici apprehensione, ut sentit Arist. 3. lib. de Anima, cap. 6. est essentia rei.

Secundum.

Secundum, species quæ sunt in facultate imaginandi, quæ phantasmata dicuntur, non sunt aptæ ut moueant intellectum, nec ut per ipsas mens intelligat; quia referunt res singulares, & sensiles cum accidentibus singularibus, quas mēs, ut dictū est, percipere nō potest: unde quærēdæ sunt aliæ

Tertium.

species. Tertium, quemadmodum in re singulari & sensili continetur & latet ipsa natura & essentia; sic in phātasmate rei singularis latet species, & imago naturæ. Vt quemadmodum in Socrate continetur natura humana sub accidentibus singularibus: sic in phantasmate Socratis latet species naturæ humanæ.

Quomodo fiat intellectio.

Fit igitur intellectio ad hunc modum. Primum intellectus agens illustrat illud phantasma, quod est in facultate imaginandi, ex qua illustratione efficitur ut appareat ineo phantasmate species naturæ, quam diximus ibi latere, quæ species repræsentat nobis solam naturam sine accidentibus & proprietatibus singularibus: atque hoc est potissimum officium intellectus agentis. Deinde species illustrata, quæ ibi apparet, imprimit in intellectu possibili aliā similem speciem eiusdem naturæ, quæ uocatur species intelligibilis, per quam intellectus possibilis cognoscit ipsam naturam. Quod exemplo accommodato declarat Aristo. 3. lib. de Anima. Colores per se apti sunt ut uisum moueant, ac uideantur, tamē in tenebris cerni non possunt, cùm autem lumen interueniens medium & colores illustrat, tunc imprimunt colores in aspectu imaginem sui, per quam uidentur. Simili ratione in phantasmate sensili latet species naturæ tanquam in tenebris, quæ illustrata lumine intellectus agentis inducit in mentem possibilem aliā similem speciem, per quam mens naturam cognoscit. Vnde hæc mens nō tantùm dicitur possibilis, aut potentia, sed etiam patibilis, eò quòd in se recipiat speciē intelligibilem, nam pati apud Philosophos nihil aliud est, quàm aliquid in se recipere, etsi mens propriè non dicatur pati. Quamquā non ignoro apud Aristo. 3. lib. de Anima cap 5. mentem patibilem non esse iudicio Philoponi, ipsam mentem possibilem, quæ intelligit, quam capite præcedente impatibilem fecerat: sed esse uim imaginandi, quæ dicitur mens, quoniam habet actionem similē actioni mentis, imaginatur enim & cognoscit per species, tamen dicitur patibilis, quòd utatur instrumento corporeo, ac reuera patiatur: quod etiam obseruauit Proclus in secundo lib. suorum commentariorum in primum Element. Euclidis. Sed dubium est à quo imprimatur species intelligibilis in mēte possibili, an ab intellectu agēte, an à phātasmate illustrato: quidā existimāt imprimi à solo intellectu agente, alij ab utroque, sed utrique falluntur mea sententia, cùm enim species nihil aliud sit, quàm imago quædam rei, non potest imprimi nisi ab ea re, cuius est

imago.

imago. Nam quamuis res sensilis non possit imprimere speciem sui in aspectu, aut in speculo, nisi medium lumine illustretur, non tamen imprimitur species à lumine, sed à sola re sensili obiecta. Sic species intelligibilis imprimitur in mente possibili à solo phantasmate illustrato. Vnde intellectus agens nō eò dicitur agēs quòd intelligat, nec quòd agat quidquam in intellectum possibilem, sed hoc solo nomine, quòd phantasma illustret, hæc enim sola est ipsius actio, & hac ratione dicitur reducere intellectum potentia in actum, ac efficere ut intelligat. Præterea species, quæ apparet in phantasmatate illustrato nō differt re ab ipso phātasmate, sed sola ratione. Nam quemadmodum natura & res singularis, ut homo aut natura hominis, & Socrates non sunt res diuersæ, sed tantùm differunt ratione; est enim Socrates natura humana, seu homo cum hac materia singulari, hac magnitudine, hac figura & alijs accidentibus singularibus: natura uerò humana est sola substantia hominis sine ullis proprietatibus singularibus, ex qua Socrates dicitur homo: sic se habent phantasma & species, quæ in eo apparet: nam phantasma est imago, quæ repræsentat rem singularem cum accidentibus, ut Socratem: species uerò est eadem imago referens solam naturā sine proprietatibus singularibus. Vnde non est aliud hæc species, quàm phantasma iam illustratum. Deinde omnis hæc intelligendi ratio uulgò dicitur abstractio, quæ multis modis fieri dicitur. Primum enim ipsa illustratio phantasmatis abstractio dicitur, quia ex ea uidetur species naturæ à phantasmate abduci, eò quòd ibi appareat. Vnde quidam putant hanc esse alteram actionem intellectus agentis, scilicet abstrahere speciē intelligibilem à phantasmate; tamen hæc nil differt ab illustratione. Eadem opera dicitur natura abstrahi à singularibus, quia species, quæ apparet in phantasmate, refert solam naturam communem sine singularibus, atque hoc modo dicitur fieri actu intelligibilis. Rursus impressio speciei intelligibilis in intellectu possibili uocatur etiam abstractio, quia uidetur abduci à phantasmate, & infigi in intellectu, non eadem numero, sed alia similis. Ipsa quoq; actio intellectus possibilis abstratio dicitur, quia per speciem intelligibilē intelligit mēs solā naturā cōmunem abstractā à singularibus, nō quidē per cōpositionem, & diuisionem, sed simplici apprehensione, quia intelligit, & considerat naturam non consideratis singularibus, nec accidentibus. Vt intelligit hominem, aut naturam humanam, non considerato Socrate, nec Platone, nec ullo alio homine singulari. Quemadmodum, ut ait Diuus Thomas, uisus cernit in pomo colorem sine odore, non quod in pomo existat color sine odore, sed quia uidet colorem, odorem autem non uidet. Ad hæc explicandum est quæ dicatur prima & secunda notio. Vbi primum est animaduertendum intellectum nostrum intelligendo formare in se quendam conceptum eius rei, quam intelligit, ut intelligēdo hominem formare conceptū hominis; qui conceptus est ueluti altera species intelligibilis, & ei similis, sed differt quia species est principium intelligendi,

Vnde dicatur intellectus agens.

Abstractio vt fiat.

Vide Diuū Thomā in opuscu. 53.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Conceptus mentis quot nominibus appelletur.

ut forma; conceptus autem est effectus intellectionis. Quemadmodum calor, qui est in igne est principium calfaciendi, quo generat ignis in alio corpore alium similem calorem, qui est effectus. Hic autem mentis conceptus multis appellatur nominibus tam à Græcis, quàm à Latinis. Ab Arist. tum νόημα tum ἔννοια uocatur, ab aliis ἔννοια & πρόληψις, à Cicerone Latinè tum notio, tum notitia; ab aliis uerbum seu ratio, propterea quòd à Græcis etiam dicitur λόγος; appellatur etiam Latinè conceptus, & à quibusdam intentio, à nobis posthac notio uocabitur. Ipsius autem notionis est aliquod obiectum, ea scilicet res, quam mens formãdo notionem intelligit. Præterea actio intellectus seu consideratio est duplex, prima, & secunda. Prima est, qua rem primò apprehendit & intelligit. Secunda, qua rem apprehensam cognoscit conuenire multis & esse communem; ut hominem communem omnibus hominibus. Quæ consideratio procul dubio diuersa est à prima, nam in prima cognoscimus hominem, ut homo est, aut res quædam naturalis; in secunda, ut est communis omnibus hominibus singularibus. Ex his nascitur distinctio notionum; duplex est enim notio prima, & secunda, & utraque dicitur duobus modis. Prima notio est primus conceptus, quem mens formar apud se ex prima rei apprehensione, obiectum huius notionis est natura intellecta, nõ singularis; sed communis, ut obiectum primæ notionis hominis, est ipse homo, uel natura humana. Hæc natura obiecta uocatur etiam à quibusdam prima notio, sed differt à priori, quia prior dicitur prima notio subiectiua, quoniã sita est in mente tanquã in subiecto, ab aliis primus cõceptus subiectiuus: ipsa uerò natura dicitur prima notio obiectiua, uel primus conceptus obiectiuus, quia obijcitur intellectui. Sed admodum impropriè ipsa res obiecta dicitur notio, cùm notio non possit esse nisi in animo, nec aliter unquam à Græcis accipitur. Secunda uerò notio est ille conceptus, quem mens cõformat in secunda consideratione, qualis ille conceptus, quem mens habet de homine, cum ipsum considerat conuenire multis, hoc est, conceptus & notio illius communitatis. Obiectum huius secundæ notionis nõ est ipsa natura, sed illa uniuersitas & communitas naturæ: quæ dicitur etiam secunda notio, sed prior dicitur secũda notio subiectiua, quòd sit in mente: hæc autem dicitur secũda notio obiectiua, qualis ea, ex qua homo dicitur species, & animal genus, sed hæc etiã impropriè dicitur notio, aptè uerò dicetur cõmunitas, aut uniuersitas. Hæc est quæ à multis dicitur ens rationis, & totius logicæ subiectum constituitur.

Quo pacto fiat uniuersum mentis opera. CAP. 4.

His igitur iam explicatis sequitur doceamus quemadmodum constet uniuersa mentis opera. Efficitur ergo res uniuersa, ut multi credunt, hac ratione. Intellectus agens illustrando phantasma, ut diximus, efficit ut appareat in eo species & imago naturæ, quæ refert solam & nudam naturam, quasi abstractam à proprietatibus singularibus, atq; omnino ab ipsis singularibus. Eandem

refert species intelligibilis, quæ est impressa in mente possibili. Huiusmodi igitur natura ita accepta, quæ ab illa specie refertur, est uniuersa, atq; hoc ipso dicitur uniuersa, quòd sumatur abducta à singularibus. Hæc enim natura ita sumpta est una, quia una specie refertur, & concipitur; tum quia unam habet in omnibus rationem. Præterea est in multis, quoniam hoc modo sumpta non est definita ad hoc, aut illud singulare, immo uerò est apta ut multis impertiatur. Natura enim humana nude sumpta non magis est Socratis, quàm Platonis, sed indifferès, ut aiunt, ad multa, undè aut reuera est in multis, aut nata est in multis esse. Itaque fit uniuersa opera intellectus agentis: quod duabus potissimùm rationibus demonstratur. Prima est, natura ut sit uniuersa debet esse abstracta à proprietatibus singularibus, atque ab ipsi singularibus, quia si sumatur cum proprietatibus singularibus, est singularis, nõ autem est abstracta nisi opera intellectus agẽtis, quatenus ex eius illustratione efficitur, ut appareat species, quæ referat nudam naturam, opera igitur intellectus agentis fit uniuersa. Secunda ratio est Diui Thomæ, natura ex se nec est uniuersa, nec singularis: nam si ex se uniuersa esset, semper & ubiq; esset uniuersa: si autem ex se esset singularis, semper & ubiq; singularis esset, quorum utrumque est falsum. Vtrumq; igitur sibi accidit; esse quidem uniuersam ex opera intellectus; esse autem singularem, siquidem dicatur singularis, quia est una numero, id sibi accidit ex indiuiduatione, & proprietatibus singularibus; aut ut uerius dicamus ex materia signata, ut putat Diuus Thomas, aut ut alij uolunt, quia constat omnibus causis singularibus. Si uerò dicatur singularis, quòd sub aliquo uniuerso cõtineatur, accidit etiã mentis beneficio quatenus cõparatur uniuerso. Quapropter secũda notio, ut aiũt, obiectiua, hoc est, ipsa cõmunitas & uniuersitas naturæ est ens rationis, quia cõuenit naturæ opera intellectus. Vnde actio intellectus agentis est causa efficiens cur natura sit uniuersa; ipsa uero uniuersitas & secũda notio obiecta est causa ut forma. Definitur autẽ ab ipsis uniuersum unũ in multis, & præter multa; quæ definitio desumpta putatur ex 2. lib. de Demonst. cap. ulti. Dicitur quidem unũ, quia una specie cõcipitur, & unã habet in omnibus rationẽ, dicitur esse in multis, quia est indifferẽs ad multa, potestq; multis cõmunicari: dicitur autẽ præter multa, quia est abstractiũ à singularibus intellectus opera; ut animal, homo, & similia. Præterea iam diximus in superioribus uniuersum multas habere significationes, sed accommodatæ ad nostrum institutum sunt, primum ea, qua dicitur uniuersa species intelligibilis, quæ est in animo, quia repræsentat uniuersam naturam; tum ipsa communitas naturæ & secunda notio obiecta, demum ipsa natura notioni subiecta, quæ uocatur à Diuo Thoma uniuersum substratum. Sed est quæstio cõtrouersa hoc in loco inter autores huius opinionis, an uniuersum fiat comparatione, an sine comparatione, hoc est, an natura fiat uniuersa secunda illa consideratione intellectus possibilis, qua mens considerat naturam

Universidad de Deusto
Biblioteca

ut cõmunem multis: an uerò fiat uniuersa sola actione intellectus agentis, qua abducitur à singularibus. Quidam putant fieri uniuersam comparatione intellectus posibilis, quòd ostẽdũt potissimè duabus rationibus. Prima est, natura nõ est uniuersa qua talis natura est, sed quatenus est multis communis, sola uerò secunda consideratione intellectus posibilis comparatur ad multa, igitur ex ea sola comparatione fit uniuersa. Secunda ratio, natura cum primùm est uniuersa, est prædicabilis, dicitur aũt prædicabilis quia de multis potest dici, estq; hæc proprietas uniuersi, atqui sola actione intellectus posibilis prædicatur natura de multis. Alij sentiũt naturã non fieri uniuersam ex ea cõparatione, sed anteà factã esse iam uniuersam ex sola actione intellectus agentis: quorũ sententia hac m parte est probabilior, confirmaturq; duabus rationibus. Prima est, natura cũ primùm est abstracta à singularibus est uniuersa, quia nata est esse in multis, at sola actione intellectus agẽtis est abstracta à singularibus, ut superius explicauimus, igitur ex ea sola actione fit uniuersa. Secũda ratio natura quãdo intelligitur iam est uniuersa, quia omne obiectũ præcedit potentiã, cui obicitur; sed ante secundã consideratione natura iam intelligitur per primã consideratione, & apprehensionẽ, quare iam anteà est uniuersa: scilicet opera tantùm intellectus agentis. Duæ rationes alterius partis unica solutione facilè soluuntur, natura uniuersa est communis, & prædicabilis, tamen ut dicatur communis & prædicabilis, nõ est necesse actu referatur ad multa, & prædicetur de multis satis enim est posit ad multa referri & de multis dici, hãc uero aptitudinem habet ex sola actione intellectus agẽtis, quatenus est abstracta à proprietatibus singularibus.

Tractatur altera pars quæstionis, scilicet uniuersa constare sine mentis opera. Ac primũ quid sit unum, & quotuplex sit. Cap. 4.

EXplicauimus hactenus uulgarem ac diu multumq; celebratam uniuersi rationem, quæ mentis opera constare dicitur; nunc sequitur alterã quæstionis partem, minus quidem receptã, sed multò ueriorem, & solidiorem, ut puto, atq; ad defendendum faciliorem disputemus. Probandum enim nobis est citra ullam mentis nostræ operam & actionem uniuersa constare in rebus. Illud tamen in primis obseruãdum est nihil certi haberi posse ex Arist. in hac quæstione, nusquam enim apertè docuit an solius mentis beneficio, an absque eo uniuersa constent, sed coniecturis tantùm utendum est. Qui sunt prioris sententiæ existimant se principem in ea re habere Aristote. ego uerò conabor demonstrare nunquam Aristote. in ea fuisse sententia, atque in locis, quos ipsi adferũt, nihil minus docuisse, quàm uniuersa mente fieri; immo uerò ostendam huius potius sententiæ, quam sum explicaturus extitisse. Quamquam ita mihi hæc sentẽtia in animo insedit, ut quamuis Arist. aliud aperte sensisset, ac docuisset, nihilominus tanti Philosophi autoritate contẽpta mordicus eam retinerem, à qua niſi firma

niſi firma aliqua ratione nunquam depellar. Iam enim admonui in principio ipsius Arist. iudicio solius ueritatis, & rationis habendã esse rationem in philosophando. Quoniam autem uniuersum unũ est multis commune, atq; utrũq; habere ante mentis operam est demonstrandum, prius docere oportet quid sit unum, quot modis dicatur, ac quot sint eius species: hic enim est fons, & principium totius quæstionis, unde altera sententia euertenda est, & nostra constabilienda. Sic etiam fiet ut seruetur in ea tractãda methodus demonstratoria quoad fieri potest, si initiò principia & firmamenta totius disputationis constituãtur. Vnum definitur ab Arist. tum. 5. lib. primæ Philosoph. cap. 6. tum. 10 cap. 1. quod est indiuiduum, dicitq; hanc esse eius uim & essentiam. Quæcumq; enim inquit, non habent diuisionem, qua parte non habent, ea parte unum dicuntur. Dicitur autem unum multis modis, ut docetur eisdem locis, omnibus tamen cõuenit hæc ratio & definitio unius. Nam prætermissis ijs modis, quibus aliqua ex accidenti unum dicuntur esse, per se dicuntur aliqua unum multis modis. Primo unum dicitur, quod est continuum, præsertim si proprié & simpliciter continuum sit sine ulla commissura, ut una linea, una superficies, unum corpus, & in corporibus naturalibus unumquodque corpus cœleste, unumquodque elementum, ex mistis quæ nõ sunt distincta membris: unum ergo dicitur continuũ, quia qua continuũ, est indiuisum; ab Arist. definitur unum continuum, cuius unus & indiuiduus est motus loco & tẽpore, ita ut eodẽ loco & tempore pars & totum moueantur. Altero modo dicitur unum quod totũ est atque ex omnibus suis partibus absolutum, quoniam hac parte est indiuiduum. Tertio modo unum dicũtur quorum una est ratio & essentia, sic omnes homines sunt unum, quatenus unam habent rationem essentialem hominis, unam autè habent, quoniam indiuisam & minimè diuersam. Sed ab Arist. definitur unũ ratione cuius una & indiuidua est intellectio, hoc est, quod una simplici notione concipitur, omnes enim homines una notione cõcipimus propter unã rationem & essentiam. Sed interim est obseruandum cum Arist. dicit tum hoc loco, tum in alijs innumeris aliqua esse unum aut diuersa ratione, nomine rationis non esse intelligendã animi rationem & cogitationem, ut multi falsò existimarunt, quæ falsa existimatio multas peperit falsas interpretationes apud Aristote. multas falsas sententias, ne dicam figmenta in Philosophia, cui falso interpretamento hic locus, occasionem dedisse uidetur; ubi dicit Aristoteles ea esse unum ratione, quorũ una est intellectio. Ratio igitur non semper animi notionem, sed ipsam definitionem uim & essentiam significat. Id primum constat ex definitione formæ, quam tradit Arist. tum. 2. lib. Phys. tum. 5. Metaphy. his uerbis. Alterum genus causæ est species, exẽplar ratio ipsius essentiæ, ac partes definitionis. 2. de Anima cap. 1. dicit animam esse eam substantiam, quæ est secundum rationem. Itaque conuenire aut differre ratione idem est, quod cõuenire aut differre

Quid sit vnum.

Vnus multis modis.

specie

specie & ratione essentiali. Quod etiam docet ipse Arist. 1. lib. Physi. cap. 7. ubi explicans subiectum & priuationem, ut hominem & immusicum, quamuis sint unum numero, non esse unum specie, subiungit, specie & ratione idem appello. Differunt enim materia, & priuatio specie, non quòd materia ex se speciem & formam habeat, sed quòd habeat diuersam rationem à priuatione; nam species & ratio non tantùm significat apud Arist. eam formã, quæ cum aliquo subiecto aliquid cõponit, sed quamcumq; rationem essentialẽ, etiã si imperfecta sit, quæ à nonnullis ratio formalis uocatur, nec malè. Sic igitur hoc loco significat ratio aut ipsam definitionẽ, aut essentiã, quod apparet ex ipso Arist. qui explicãs hũc modum unitatis 5. Metaph. cap. 6. sic habet: Præterea unum dicuntur quorũ ratio, quæ dicit essentiam indiuisa est ab alia, quæ declarat essentiam rei. Paulò etiã inferius dicit ea esse unũ continuatione specie & ratione, quorum una est substãtia. Sed definit, id esse unũ ratione, cuius una est intellectio, nõ q, ipsa ratio sit intellectio, nec quòd intellectio sit causa cur aliqua sint unum ratione, sed quia nos intelligimus aliqua esse unũ ratione & essentia, ex eo quod una & simplici notione ea cõprehendamus. Definitur enim hic unũ ratione à signo per id quod posterius est, & nobis notius: quemadmodũ antea definiuit unũ cõtinuũ, cuius unus est motus, nõ quòd unus motus sit causa continuitatis, nã etiã si cõtinuum quiescat nihilominus est continuum; præsertim cùm continuum primò reperiatur in magnitudine mathematica, quæ per se immobilis est, sed quia ex uno mota constat esse unum continuum. Non autem esse intellectionem causam, cur aliqua sint unum ratione, constat ex eodem Arist. qui explicans hunc modũ unitatis 10. Metaph. cap. 1. dicit si ea sunt unum ratione, quorum una est intellectio, id primò esse unum, quod est causa ipsis substantijs, cur hoc modo sint unũ, id autem, ut ait ibi Alexander, est forma. Deinde quæ sunt unum ratione diuiduntur in uarios modos, nam alia sunt unum genere, quia habent unam rationem generalem, ut animalia; alia unum specie, quoniam habent unam rationem specialem, ut omnes homines; alia unum numero, quia participant una singulari ratione & forma, ut Marcus Tullius Cicero; uestis, & indumentum, sunt etiã alij modi, nam unaquæq; differentia una est ratione: quanquam Arist. tantùm adferat duos modos, scilicet unum specie, & unum numero, genus enim, ut ibi docet Alexander, minus est unum hoc modo, quia diuiditur in multas species, quarum singulæ suã habent rationẽ & intellectionẽ, ac proinde nõ habeat genus omnino indiuiduã rationem, nec intellectionem; nihilominus suo modo eam habet. Alijs multis modis dicuntur aliqua unum, sed ad nostrum institutum satis est hos explicasse. Hoc tantùm nobis intelligendum est in omnibus modis unũ dici quod ea ratione, quà unum, indiuiduum est. Præterea quia unum est prima & potissima entis affectio cum ipso maximè coniuncta, quot sunt species entis, ut docet Arist. 4. lib. primæ Philosophiæ cap. 2. tot sunt species unius. Dicuntur

Species vni ut quot sint

species

species entis decem categoriæ, ex quibus tres substantia, quantitas, qualitas sunt præcipuæ, quia sunt res omnino absolutæ, non quòd ens uerum sit genus ad categorias, sed quòd habeat quandam similitudinem generis. Totidem sunt species unius singulis formis entis respondentes, nempe idem, æquale, simile, & aliæ iuxtà alias categorias, quæ quia nobis minus sunt notæ, non habent proprium nomen. Vnum enim cum altero dicitur quod est idem, unum quod æquale, unum quod simile. Idem respondet substantiæ; nam eadem dicuntur, quæ unam habent substantiam. Aequale respondet quantitati; æqualia enim sunt, quorum una est quantitas. 5. Met. c. 15. Simile respondet qualitati: nam similia uocantur, quorum una est qualitas. Sic etiam in alijs categorijs. Rursus quia uni opponuntur multa, quot sunt species unius, tot sunt species multitudinis contrariæ formis unius. Nam illis tribus, quas explicauimus, contrariæ formæ sunt diuersum, inæquale, dissimile. Vt enim eadem dicuntur, quorum una est substantia, sic diuersa, quæ habent differẽtes substantias, ubi iam est substantiarum multitudo. Inæqualia, quæ differentes habent quantitates; dissimilia differentes qualitates. Docet etiã Arist. eodem loco quemadmodum ens, & unum dicuntur multipliciter, ac sunt ex ijs, quæ dicuntur ab uno uel ad unum, quòd primò conueniant substantiæ, deinde alijs propter substantiam; sic etiam species unius, & contrarias multitudinis dici multipliciter, ac esse ex ijs, quæ ab uno, uel ad unum dicuntur. Nã unaquæq; ex his formis proprie pertinet ad unam categoriam, nihilominus modo & similitudine eius categoriæ alijs etiã accõmodatur. Idem enim & diuersum propriè in substantia dicuntur: tamen quemadmodum dicimus accidentia habere suam substantiam aut essentiam; sic dicimus esse eadem, aut diuersa secundum essentiam, quia sic considerata habent modum substantiæ. Tum etiam æquale & inæquale propriè dicuntur in quantitate, quod etiam docet Aristo. in categorijs: uerum quia modus quantitatis conuenit etiam alijs rebus, perfectio enim essentialis cuiusque rei modum habet quantitatis, uis etiam ad aliquid agendũ; intensio, & remissio accidentium, iuxta hunc modum quantitatis omnibus rebus accommodatur hæc affectio æquale & inæquale; sic enim dicimus aliqua esse æqualia & inæqualia perfectione, uirtute; habere aliqua æqualem aut inæqualem calorem, aut frigiditatem, aut aliud simile accidens: eadem ratione ponderа dicuntur æqualia, aut inæqualia, cùm sint qualitates. Simile quoq; & dissimile proprie dicuntur in categoria qualitatis: uerum quia modus qualitatis conuenit etiam alijs rebus, nam differentia essentialis cuiusque rei qualitas appellatur iudicio eiusdem Arist. 5. Metaph. cap. 14. omnis etiam forma, ut est in materia, habet modum qualitatis, iuxta hunc modum dicuntur etiam alia similia, aut dissimilia. Dicimus enim quæ sunt eiusdem speciei similia esse, ut Socratem & Platonem, quod habeant similem essentiam: quæ sunt diuersæ speciei dissimilia. Sic dicit Aristo. 2. lib. de Anima cap. 4. omnem rem animatã gignere

Universidad de Deusto
Biblioteca

rem sibi simile, nempe animal animal, stirpe stirpe, quod nõ potest intelligi nisi de multitudine essentiali. Constat igitur ex ijs, quæ dicta sunt, quid sit unũ, quot modis dicatur, quot sint eius species, & quemadmodum sint accipiendæ.

Quòd natura uniuersa ante mentis operam sit una. CAP. 5.

HIS loco principiorum ita constitutis sequitur iam nostram sententiam explicemus, demonstremusq; citra ullam mentis operam esse uniuersa in rebus: cuius hæc poterit esse prima & communis ratio, quæ cæterarum basis & fundamẽtum existat, uniuersum est unum multis cõmune, seu unũ in multis, ut constat ex Arist. 1. de Demonstratione cap. 8. ubi ait uniuersum esse unum & idem in multis, & 1. lib. de partibus animalium, cap. 4. ubi sic ait uniuersum commune est, id enim appello uniuersum, quod in multis inest, & 7. lib. Metaphy. cap. 13. uniuersum est quod natum est in multis esse: sed ante ullam mentis actionem est unum in multis, igitur ante ullam mentis actionem est uniuersum. Itaque duo sunt necessaria in natura uniuersa, unitas scilicet, & communitas, quod obseruauit Diuus Thomas in Opusculo de Ente, & Essentia. si ergo demõstrauero utramq; rem habere sine mẽtis opera, demonstratũ relinquetur sine mentis opera esse naturam uniuersam. Primum itaque ostendendum est ante mentis operam habere naturam uniuersam unitatem, seu esse unam.

Exempli causa naturam humanam, quæ est in omnibus hominibus, esse unam ratione essentiali, sine mentis actione, quòd in omnibus habeat unam & eandẽ rationem & essentiam: quod multis rationibus probari potest. Quarum prima sit hæc, unum, ut docuimus ex Arist. est indiuisum, ea ratione qua unũ, sed ratio essentialis naturæ humanæ, quæ est in hominibus, est indiuisa quà talis est, igitur una. Assumptio confirmatur, si hæc ratio quà talis est, diuisa esset, alia ratione essentiali esset Socrates homo, & alia Plato, ac ita singuli homines, quod quam falsum & absurdum sit non est opus demonstretur, nemo enim unquam dubitauit per quam rationem & essentiam Socrates est homo, per eandem Platonem esse hominem; est enim Socrates homo, quoniam animal participem rationis, eadem ratione & causa Plato est homo, & singuli homines. Nec est q. aliquis respondeat esse in singulis hominibus has rationes numero distinctas, id enim non est rationem essentialem quà talis est, diuisam esse, atque aliam & aliam. Secunda ratio est huic similis. Ratio essentialis naturæ humanæ, quæ est in Socrate, & Platone, ac singulis hominibus est eadem sine mentis opera, nam si non esset eadem, esset diuersa; hæc enim duo idem & diuersum sunt opposita ex Arist. ut antea docuimus, ac diuidunt omne ens. Atqui nemo fatebitur diuersam esse rationem humanæ naturæ in Socrate, atque in Platone ante mentis operã, si enim diuersa esset, nulla mens posset eam eandem facere: si igitur eadem est, qua talis ratio, est necesse sit una in omnibus hominibus, ab specie namque ad genus est necessaria argumentatio, docuimus autem antea ex Arist.

Prima ratio qua probatur natura esse vna sine mẽtis opa.

2. ratio.

Arist. idem esse primam speciem unius. Quare natura humana, quæ sine mentis opera hac una ratione participat, una sit in omnibus hominibus est necesse. Quod sine ulla probatione cuiuis est facilè ad intelligendum: quivis enim facile intelligit qualis est natura humana in Socrate, talem esse in singulis hominibus, ac proinde dici unam in omnibus. Sed Diuus Thomas in Opusculo de natura generis sentit naturam duplicem habere unitatem, unã ex se ante mentis operam, quatenus non est in inferioribus considerata, cum habeat unam definitionem, & unum nomen: alteram uerò accipere ab intellectu, quæ uocatur ab ipso unitas rationis, quã tribuit intellectus ipsi naturæ propter uniformitatem quam habet in omnibus (utar enim eius uocabulis) atque hanc unitatem niti in prima tanquam in fundamento. Adiungit tamen primam illam unitatem, quæ conuenit naturæ absolutè sumptæ, non descendere ab ipsa natura ad inferiora & singularia, causam esse existimo, quòd natura descendens ad inferiora distrahatur in multa, unde fit ut amittatur prima unitas. Alteram autem intellectus & rationis dicit non multiplicari in inferioribus, sed per eam manere unam naturam in multis, ut unum esse animal in omnibus animalibus, & unũ hominem in omnibus hominibus: atque ideirco citra mentis operam non esse naturam unam in multis. Verùm, quòd pace tanti uiri dixerim, natura non accipit aliam unitatem præter eam, quam habet ex se ante mentis operã propter unam definitionem aut rationem essentialem; mens enim nostra nullam ei tribuit unitatem sed intelligit quam iam habet. Deinde illa eadem unitas descendit ad inferiora, ac per eam subiecta multa dicuntur unum, quod constat ex definitione synonymorum tradita ab Arist. Synonyma, inquit, dicuntur, quorum nomen est commune, ratio uerò substantiæ iuxta illud nomen est eadem, homo, equus, & singula animalia nomine animalis sunt synonyma, habent ergo idem nomen animalis, & eãdem animalis rationem; quare natura animalis, qua unitate est una in se, eadem est una in omnibus animalibus. Confirmatur etiam ex eodem Arist. 7. Metaphy. cap. 14. ubi ait animal idem esse ratione in homine, & equo. Neque est hæc ratio eadem ipsius intellectus, ratio enim substantiæ, non potest esse ab intellectu, sed est uis & ratio essentialis ipsius rei. Ad id autem quod quisquam obijcere posset ex Diuo Thoma, cum natura descendit ad singularia distribui in multa, ac proinde non manere unam, facilè est respondere; quamuis enim natura descendens ad inferiora se distrahatur in multa, nõ propterea amittit unitatem rei, quam in se habet, quoniam alia ratione distrahitur in multa, quàm est una in se. Etenim natura animalis est in se una genere, diuiditur autem in multa specie; & natura hominis una in se unitate speciali, & distribuitur in multa numero; multitudo uerò formarum nõ tollit unitatem generis, nec multitudo singularium unitatem speciei, sed eadem quæ numero sunt multa, specie sunt unum, quod egregie obseruauit Porphyrius cùm dixit communione

Universidad de Deusto
Biblioteca

munione ſpeciei omnes homines unum eſſe hominem. Neque id accidit mentis opera: nam abſque ulla mentis actione Socrates, Plato, ac demum omnes homines conueniunt ſpecie, conueniũt enim humana natura, qua nõ conueniunt Socrates, & lapis: ſi igitur propter hanc communionem omnes homines unus homo, abſque mentis opera omnes homines unus homo. Conſimiliter citra mentis operam uerum eſt in rebus hominem & equum differre ſpecie, & conuenire genere, ergo citra mentis operam eſt in multis formis unitas generis: atque hæc poteſt eſſe tertia ratio ad confirmandam noſtram ſententiam. Quæcunq; enim conueniunt ex Ariſt. aliqua unitate conueniunt; aut enim ſunt unum numero, aut ſpecie, aut genere, aut proportione, aut ſolo nomine, aut alio modo: ſi ergo citra mentis operam conſtat alia ſpecie conuenire, alia genere, citra mentis operam erunt aliqua unum aut ſpecie, aut genere, ac proinde una erit natura in multis. Adde quòd ipſe Diuus Thomas dicit intellectum tribuere naturæ unitatem rationis propter uniformitatem, quam habet ad multa; ſi igitur uniformitatem habet ad multa, per eam quidem erit una in multis: quænam enim quæſo eſt huiuſmodi uniformitas ad multa, niſi unitas & conuenientia rationis eſſentialis ex parte rei, qua reuera una eſt, quæ à quibuſdam uocatur unitas formalis? nec alia profectò unitas eſt neceſſaria in natura uniuerſa, nec aliam habere poteſt. Quarta ratio ſimilis eſt ijs, quas explicauimus, ſed quæ maximam habet uim. Sine ulla mentis actione Socrates, & Plato, ac omnes ſingulares homines inter ſe habent ſimilem eſſentiam ſpecialem, ac ea ſimiles dicuntur, quod nemo ſanæ mentis dubitabit, nam ſine ulla mentis opera eſt Socrates naturâ ſimilior Platoni, quàm lapidi; quòd ſi ſimilior, inter ſe quidem ſimiles erunt, tum q. ſimilitudo nõ eſt relatio rationis, ſed rei. Si igitur ante mẽtis operam eſt inter homines ſimilitudo ſubſtãtiæ, ſimilitudo uerò unitas eſt, quoniã eſt eius ſpecies, ut docuimus ex Ariſt. eſt neceſſe ſit inter eos unitas ſubſtãtiæ, cõſtat enim ab ſpecie ad genus neceſſariã eſſe argumẽtationẽ. Quòd ſiquis uictus hoc argumẽto tã proteruus extiterit ut aſſerat ſine mentis opera nullã eſſe inter Petrũ & Iohannem ſimilitudinem eſſentiæ, reſpondebimus eiuſmodi hominem ubi nulla mens de ipſo cogitet, non eſſe magis ſimilem homini, quàm trunco. Verum Ariſt. 2. lib. de Anima cap. 4. ſcribit omne uiuens gignere aliud ſibi ſimile. 7. Metaph. cap. 5. quiquid generat aliud ſimile gignere, quod eſt ipſi generanti unum & idem, non numero, ſed ſpecie; ut hominem gignere hominem, equum equum, ignem ignem: eſſet autem perabſurdum exiſtimare gignere animal aliud animal ſibi ſimile, interueniente mentis cogitatione, ea uerò detracta non gignere rem ſibi ſimilem. Si ergo ſine ullo mentis labore inter rem generantem & genitam intercedit ſimilitudo ſubſtantiæ & ſpeciei, erit etiam unitas ſpeciei. Iohannes Duns Scotus, qui acerrimè hanc ſententiam defendit, aliquot rationibus eam confirmare nititur. 2. lib. Senten. diſtin. 3. quæſt. 1. Ex quibus nonnullas, quæ firmiores uidebuntur

Tertia ratio. 1. Top. c. 6. 5. Metaph. cap. 6. & 10 cap. 1.

Quarta ratio.

uidebuntur deſumemus, iungemusq; ſuperioribus. Erit ergo quinta ratio: ſimilia, æqualia, eadem relata ſunt rei, non rationis, quod aduerſarij libenter fatentur; ſed fundamentum & cauſa horum relatorũ ex Ariſt. 5. Metaph. cap. 15. eſt unũ; nam eadem dicuntur, quorum una eſt ſubſtantia: æqualia, quorum una eſt quãtitas: ſimilia, quorum una eſt qualitas, non quidem numero, ſed ſpecie: ſi ergo cõſtat hæc relatio ſine mentis opera, erit in his unitas ſpeciei, quæ eſt cauſa relationis ſine mentis opera: alioquin eſſet relatio rationis. Caietanus in Comment. quos edidit in Opuſculũ Diui Thomæ de Ente & Eſſentia, quæſt. 7. conatus eſt diſſoluere rationes Scoti, ſed id minimè eſt conſecutus. Huic ergo rationi ita putat occurrendũ eſſe. Duplex eſt cauſa relationis, fundamentum, & modus fundamenti, ut in ſimilitudine fundamentũ eſt qualitas, nititur enim duabus qualitatibus rerum ſimilium; modus fundamenti eſt unitas, per quam habent duæ qualitates mutuam negationem diſtinctionis formalis; hæc ille. Verum hæc unitas non eſt ſola negatio diſtinctionis, ſed uera cõuenientia eſſentialis, & ſpeciei. Adiunguntamen alij, ut ſit relatio rei ſatis eſſe fundamentum, quod eſt qualitas, eſſe ens rei, quamuis modus fundamenti ſit ens rationis. Quod quidem nihil ſoluit uim argumenti: nam potiſſima cauſa relationis eſt modus fundamenti; non enim ſimilia ſunt aliqua propter ea quòd habent qualitatẽ, ſed quod habeãt unam qualitatem ſpecie; ſaltem id manifeſtum eſt ſine unitate nullam eſſe relationem. Quod ſi hæc cauſa ratione conſtaret, tota profectò relatio eſſet rationis, quod etiam ita probatur. Dempta unitate qualitatis nulla ſupereſt ſimilitudo, etiam ſi qualitas ſuperſit, ſi ergo cùm nulla eſt actio mentis, nulla eſt unitas, ſublata mentis actione, nulla relinquitur ſimilitudo. Alij ex ijs, qui diſciplinã Diui Thomæ ſectantur, reſpondent fundamentum ſimilitudinis non eſſe unitatem naturæ communis, ſed res ſingulares quatenus ſunt unum ſpecie; quæ ſolutio magis eſt abſurda. Si enim fundamentum ſunt ſingulares qualitates, qualenus ſunt unum ſpecie, cùm hæc unitas ſpeciei ſit unitas naturæ communis, ipſa eſt potiſſima cauſa relationis, nihil enim aliud hoc eſt, quàm fundamentum eſſe qualitates cum unitate ſpecifica, unde ſi hæc unitas mente conſtaret, eſſet haud dubiè relatio rationis, aut ſi ante mentis operam ſunt qualitates cum huiuſmodi unitate, iam erit in rebus unitas communis, quod nobis eſt probandum. Hanc etiã ſolutionem breuiter attingit Caietanus, & adiungit, quamuis generans, & genitum, quatenus ſimilia ſint unum formaliter, quod unum ſit fundamentum ſimilitudinis, non inde ſequi habere aliquid unum commune, quod committatur hic fallacia conſequentis. Ego ſanè nullam hic uideo fallaciam conſequentis, ſed neceſſariam argumentationem, ſi ambo ſimilia unum ſunt, aliqua unitate unum eſſe; quemadmodum ſi quid album eſt, aliqua albedine ſit album eſt neceſſe, nam ubi paronymum eſt, neceſſariò debet eſſe forma denominans. Sed hac etiam ratione hæc ſententia refelli poteſt; cùm genus eſt ens rationis, eſt neceſſe omnes ſpe-

Quinta ratio.

cies sub eo contentæ sint entia rationis, non enim possunt sub ente rationis cõtineri entia rei; sed unitas, ut diximus ex Arist. est genus eiusdem, æqualitatis, & similitudinis, si igitur unitas esset ens rationis, omnes hæ relationes essẽt rationis, quod si sunt relationes rei, necessariũ est unitatem, quæ est earum genus, esse rei, ac proinde sine mente constare in rebus. Nec ignoro fuisse quosdam, qui existimarunt omnem relationem esse rationis, ac mentis opera constare: quorum sententia adeo absurda est, ut nulla egeat refutatione. Quis enim credat sine mẽtis opera nõ esse corvum corvo similiorem, quàm cygno; & ovum ovo similius, quam pici? Præterea in unoquoq; genere ex Arist. 10. Metaph. cap. 1. est aliquid primum, quod est aliorum mensura, id autem debet esse unum & individuum, ac minimum in eo genere, quo cætera cognoscamus; ratio enim primæ mensuræ sita est in unitate. Vt in magnitudine mensura est minima magnitudo, in numeris unitas, in ponderibus minimum pondus, in sonis & concentibus dieſis: sic in alijs rebus mensura perfectionis, quod in eo genere est perfectius, ut in coloribus candor. Illud autem unum, quod est mensura, non potest esse unum singulare & numero, non enim mensura omnium magnitudinum est hic pes, aut hic digitus, nec mensura colorum hic candor singularis, cùm reliqui candores sint paris perfectionis: sed mensura est unum commune & specie; at ea quæ mensurantur, quatenus mensurantur sunt entia rei, tum quia relatio mensuræ est relatio rei; ergo unitas, qua mensurantur, est unitas rei, non rationis; unde constat esse in rebus unitatem rei communem absque mentis actione. Respondet Caietanus fundamentum mensuræ non esse unum universum, nec unum singulare sed unũ formale, quod in uno singulari reperitur. Verum neq; hoc argumentũ recte soluit, non enim significat ratio causam & fundamentum mensuræ esse ipsam universitatem, quæ vulgò dicitur secunda notio, sed proprium rei rationem; nihilominus ratio suam retinet uim, si mensura colorum est unus color, ut candor, non est autem hic, aut ille singularis candor, ergo sine mentis opera est candor unus color, non potest autem esse unus numero, sed ratione communi, datur igitur unitas communis in rebus absque mentis opera. Ad hæc unius oppositionis rei duo tantum sunt extrema rei; album & nigrum unam efficiunt oppositionem rei, similiter calidum & frigidum, & alia eiusdem generis; ergo cuiusq; duo sunt extrema rei, quare unumquodque in se est unum, non autem unũ numero, alioquin album, & nigrum non essent una oppositio prima, sed pene infinitæ, ac singulæ primæ, scilicet quot sunt singularia alba, & nigra. Si igitur sine mentis opera una est oppositio, sine mentis opera duo sunt tantùm extrema, quorũ utrũq; est unum specie. Occurrit Caietanus extrema oppositionis esse res ipsas, nõ quatenus universales, nec quatenus singulares; quod uerum quidem est, uis enim & ratio oppositionis diuersa est à ratione universitatis: tamen non respondet argumento. Si absq; mentis opera una est oppositio inter albũ & nigrũ, duo sunt

Sexta.

Septima.

tantum

tantùm extrema album & nigrum, ac proinde unumquodque unum unitate cõmuni. Adfert Scotus aliam rationem. Si absque mentis opera quidquid est unũ, est unum numero tantum & singulare, quæcunque sine mentis opera differunt, erunt numero tantùm diuersa, nam qualis est ratio unius contrarij, talis alterius, at quæ numero tantum differunt, pariter differunt, igitur sine mentis opera omnia essent pariter diuersa, unde nõ magis differrent homo, & lapis, quàm duo homines. Quod si reuera minus differunt duo homines, habent proculdubio aliquam unitatem in se, quam non habent homo & lapis. Huic rationi nil respondet Caietanus; concludit ergo doctor ille aliquam esse unitatem in rebus citra mentis operam, minorem unitate singulari, scilicet unitatem naturæ cõmunis. Alias etiam adducit rationes, sed satis sit has exposuisse, quæ sunt potiores. Eadem etiam tradit, sed multò breuius, 7. Metaph. quæst. 18. acrepetit eius discipulus Marcus Antonius Andreas 7. Metaph quæst. 16. Verum suppetit alia hac ratio firmissima, quæ mihi primò persuasit communem & vulgarem sententiam falsam esse. Dicunt enim autores eius sententiæ propterea naturam universam unam esse, quòd una specie intelligibili repræsentetur, aut una concipiatur notione. Mihi uerò multò aliter uidetur, propterea potius una specie & notione concipi, quod in se una sit; quod hac ratione confirmo. Ex Socrate & Platone accipit mens nostra unam speciem intelligibilem, ac unam specialem notionem, quam non potest accipere ex Socrate & lapide, multò minus ex Socrate & colore. Causa certè non est alia, nisi quia Socrates, & Plato habent in se aliquam rationem, qua conueniunt, qualem non habent Socrates & lapis: natura igitur humana, quæ est in Socrate & Platone, ac singulis hominibus, non propterea una est, quòd una specie concipiatur, sed contrà potius propterea concipitur una specie, quia in se una est essentiali ratione. Alioquin cur potius conciperet mens nostra una speciali notione Socratem, & Platonem, quàm Socratem & lapidem? Responderet forsan aliquis in natura non esse ante mentis actionem hanc unitatem, sed fundamentum unitatis: quem ego rogarem quodnam sit hoc fundamentum; si enim est similitudo essentiæ, qua singularia conueniunt inter se, quam Diuus Thomas uocat uniformitatem, hæc sane est ipsa unitas naturæ: similitudo enim unitas quædam est, ut docuimus ex Arist. Quid quòd non est similitudo fundamentum unitatis, sed unitas potius fundamentum similitudinis, ut Arist. docet. 5. Metap. cap. 15. ut propterea similia sint ipsa singularia inter se, quia quandam habent essentiæ unitatem. Verum Caietanus in eisdem Commentarijs in Opusculum de Ente, & essentia, quæst. 6. ubi disputat omnem hãc quæstionem, conatur demonstrare, absq; mentis opera nullam esse in rebus unitatem communem, dicit enim primum duplicem esse in rebus unitatem, unam singularem, quam ipse numeralem appellat, alteram formalem seu essentialem. Vnitas numeralis est qua res est una

Octaua.

Nona.

Explicatur sententia Caietani, ac solvuntur eius rationes.

numero

Universidad de Deusto
Biblioteca

numero & singularis; formalis uero, qua habet unã talem essentiam & rationem, atque hanc rursus esse multiplicem in re quauis singulari iuxta uaria attributa essentialia, quæ rei conueniunt. Exempli causa in Socrate esse unam numeralem unitatem, qua est Socrates res singularis, alias autem formales seu essentiales, unam qua est homo, alteram qua est animal, tertiam qua uiuens, ac ita deinceps. Ait etiam utramq; unitatem esse in rebus citra mentis operã, sed ambas multiplicari ad multitudinem rerum singularium: ut in Socrate & Platone non tantùm esse duas unitates numerales, quibus sunt duo singulares homines, sed etiam duas unitates formales & essentiales, quarum una Socrates sit homo, & altera Plato sit homo, cuius sententiæ hæc uidetur esse uis & ratio; in Socrate est ratio essentialis, ac unitas formalis, qua est homo; tum etiam in Platone; sed Socrates, & Plato sunt duo homines reipsa distincti, ergo insint in ipsis duæ unitates formales, atque omnino duæ rationes essentiales. Vnde concludit quãuis in rebus sit unitas formalis, nullã tamẽ esse unitatem cõmunem in pluribus singularibus citra mentis operã. Ac ita interpretatur sententiã Diui Thomæ, quam superius explicauimus ex Opusculo de natura generis cap. 7. de unitate rei ante mentis operam. Prius tamen explicabimus uitia huius sententiæ & rationis, deinde uerò diluemus rationes, quas ipse adfert. Ratio ergo proposita similem habet uim, ac si quis ita ratiocinaretur, Socrati conuenit definitio hominis tum etiam Platoni, Socrates autem & Plato sunt duo homines re ipsa distincti, ergo duæ sunt definitiones hominis, quæ ipsis conueniunt, nõ una; quod sanè absurdissimum est, fieret enim nullas res definitione & essentia conuenire detracta mentis actione. Tum etiam Socrates appellatur homo, & Plato homo, atqui sunt duo homines, igitur non est unum nomen hominis, quod utrisq; conuenit, sed duo nomina. Est præterea alius error in hac sententia; unitas enim essentialis, quæ est alia in Socrate, & alia in Platone nõ est diuersa ab unitate numerali, immo uerò non est unitas formalis, sed numeralis. Non enim unitas numeralis in Socrate est ea solum, qua est Socrates, sed etiam ea, qua est hic homo singularis, hoc animal, & ita deinceps. Est autem hic homo per hanc essentiam singularem hominis seu hanc humanitatem, quam habet; hoc animal per hanc singularem naturam animalis. Omnis enim ratio essentialis contracta ad unam rem singularem, sumptaq; cum indiuiduatione, est singularis, ac fit unitas numeralis. Vnitas autem formalis si præcisè & sola sumatur, ut diuersa à numerali, est in Socrate, non qua est hic homo, qua ratione differt ab alijs hominibus: sed qua est homo, qua parte cõuenit cum alijs hominibus. Altera est, qua est animal, qua conuenit cum alijs animalibus: non enim sine mentis opera tantum est uerum in rebus Socratem esse hunc hominem, uerum etiam esse hominem. Huiusmodi autem ratio formalis eadem est in Socrate & Platone, ac cunctis hominibus, nõ quidẽ numero, sed essentialiter, aut formaliter, ut ita loquar, quia

quia qualis est in uno, talis in omnibus, quod in superioribus satis copiosè est explicatum. Tamen confirmat ipse suam hanc sententiam hac ratione, quotescunque aliqua sunt eadem reipsa & conuertuntur, multiplicato uno reipsa, multiplicatur alterum: sed res una, & unum sunt eadem res, & conuertuntur, ergo multiplicata re, multiplicatur unitas: res autem multiplicatur, cùm sunt multæ res singulares, igitur multiplicatur in ipsis unitas formalis, ut sint tot unitates, quot res singulares. Respondendum est multiplicata re, multiplicari unitatem ea ratione, qua res multiplicatur, res autem multiplicatur non specie, sed numero, sic etiam multiplicatur unitas & essentia numero tantum, fiunt enim in singularibus hominibus multæ unitates numerales, hoc est, multæ singulares humanitates; nihilominus manet in omnibus una unitas formalis sub ratione formali, qua conueniunt omnes homines. Iam enim docuimus in superioribus multitudinem singularium, non tollere unitatem speciei. Sed ex suis uerbis redargui potest Caietanus, dicit enim in principio ferè eius quæst. inter Socratem & Platonem esse diuisionem numeralem, non formalem; si igitur ratio formalis est indiuisa, haud dubiè erit una, cùm hæc sit ratio unius. Adiungit præterea duas rationes ad probandam suam sententiam: quarum prima est. Nulla res quæ postulat solam, & nudã naturam existentẽ, est in rerum natura sine mentis opera, quia nulla reperitur in rebus natura sola & nuda alijs detractis; sed unitas communis multis rebus postulat solam & nudam naturam demptis alijs, quia si accommodetur uni rei singulari cum suis proprietatibus, non potest habere communitatem, igitur sine mentis opera nulla est unitas communis. Respondendum est falsam esse assumptionem, ut ab ipso intelligitur, conuenit enim unitas communis soli & nudæ naturæ sine proprietatibus singularibus, non quòd hæc nuda natura ita existat in rebus, sed quia conuenit soli naturæ, non assumptis accidentibus & proprietatibus singularibus, nam est unitas solius naturæ. Quemadmodum definitio hominis animal particeps rationis, conuenit soli homini, qua homo est demptis accidentibus: non quod reuera homo existat sine accidentibus, neque id est necesse, sed quia ea definitione non comprehenduntur, nec explicãtur accidentia, sed sola natura hominis: sic unitate communi comprehenditur sola natura, quamuis ipsa sola non existat. Alioquin si esset necesse, ut natura reuera sola & nuda existeret, nec mentis opera hæc unitas naturæ conueniret, quia nec mens potest efficere, ut natura sola reuera existat sine singularibus. Verum inferius copiosius tractabimus hoc argumentum. Secunda ratio. Omnis res existens in rerum natura est singularis, nulla unitas communis est singularis, ergo nulla unitas cõmunis est in rebus. Respondẽdum est propositionem simpliciter falsam esse: quæ enim est in uno singulari cum indiuiduatione, & alijs proprietatibus singularibus, est singularis: tamen quæ est in multis una propter similem uim & rationem, quam habet in omnibus, non est singularis, sed com-

Universidad de Deusto
Biblioteca

munis. Explicabimus etiam inferiùs hanc rationem. Dicit etiam solam naturã diuinam sine mentis opera esse unam in multis, nempe in tribus personis. Cui facillima est respõsio; natura quippe diuina est una numero in tribus personis, natura uerò uniuersa non debet esse una numero in multis, sed una ratione essentiali, ut sæpe docuimus. Nam si propterea non esset una in multis, quia non est una numero, nec post mentis operam esset una, mens enim non potest efficere, ut natura aliqua sit in multis una numero & singularis. Vbi nequeo satis mirari quid uenerit in mentem Scoto uiro alioquin doctissimo, qui. 2. Sent. loco superius citato, & 7. Metaph. quæst. 18. dicit naturam uniuersam esse unum intelligibile numero, quod potest dici de quauis re singulari, atque hoc esse absolutum uniuersum. Idem sentit eius discipulus Marcus Antonius And. quæst. superius citata. Species quidem intelligibilis, quæ est in animo, una est numero, tamẽ ea non est, quæ dicitur de multis singularibus: at natura, quæ hac specie cõcipitur, & potest de multis enuntiari, qui fieri potest ut sit una numero & singularis? Concludendum est igitur ex tota hac disputatione naturam uniuersam sine ulla mentis actione esse unam in multis, propter unã & similem rationem, quam in omnibus habet, idq; non tantùm in rebus præsentibus, sed etiam præteritis, & futuris. Quam enim rationem habet natura humana in hominibus, qui nũc uiuunt, eandem habuit in præteritis, estq; habitura semper in futuris; propter quam dicimus unam semper extitisse, esse ac fore naturam humanam. Rationem autem unam in omnibus intelligo, non mentis notionem, ut à multis accipi solet, quod iam in superioribus admonui, sed uim, & rationem rei, quam nõnulli rationem formalem appellant: quæ in ijs, quæ definitionem habent, definitione explicatur.

Naturam antè mentis operam esse cõmunem multis, ac proinde esse reuera uniuersam. CAP. 6.

SATIS demonstratam esse existimo primam partem, quæ in natura uniuersa necessariò inesse debet, scilicet unitatem, sequitur nunc secundam, utpote communitatem astruamus, hoc est, ostendamus naturam, quam ante ullam mentis actionem unam esse probauimus ratione, esse quoque multis cõmunem.

Prima ratio qua demonstratur natura esse communis.

Quod primùm hac ratione monstrare possumus, commune id est, quod multis inest, sic enim hoc uerbum interpretatur ipse Arist. 1. de partibus animalium cap. 4. uniuersa inquit communia sunt, quæ enim in multis insunt uniuersa uocoluis etiam uerbi id apertè declarat: sed natura citra ullam mentis actionem in multis inest, natura enim humana reuera conuenit omnibus hominibus nulla intercedente intellectus operatiõ nihil aliud est profectò naturã humanam inesse in Socrate, quàm socratem esse hominem, atque in alijs eadem est ratio, quod sine mentis opera ita esse non est dubium: natura igitur ante mentis operam est communis. Verumtamen obseruandũ est, ut natura sit cõmunis & uniuersa, non esse

non esse necessarium reuera in multis insit, sed satis esse multis posit conuenire; nam terra communis & uniuersa est, quamuis unica existat singularis terra, sol item, luna, & aliæ res eiusdem generis. Quamuis enim in his natura reuera in unico singulari tantùm reperiatur, nihilominus ex se multis cõmunicari & impertiri potest, si enim multi essent soles, omnibus eadem solis natura, atq; eadem ratione conueniret, quia nõ est ex sua essentia ad hunc singularem solem definita & alligata. Dicitur ergo natura communis ante mẽtis actionem, quoniam apta est multis conuenire. Vnde Aristote. 7. Metaphys. cap. 13 sic definit uniuersum & commune, τὸ δὲ καθόλου καινόν; τοῦτο γὰρ λέγεται καθόλου, ὃ πλείοσιν ὑπάρχει φύσει. Id est, uniuersum autem cõmune; id enim dicitur uniuersum, quod in multis inesse natum est. Et in libro de Interpretatione, quod natum est in multis prædicari. Sed ij, qui alteram sententiam tuentur dicunt hoc loco naturam ante mentis operam esse aptam multis conuenire negatione tantùm, non positione; quod ipsi dicunt negatiuè, non positiuè. Idq; ita interpretãtur. Negatione, inquiũt, est natura nata esse in multis, hoc ipso quòd ex se non sit definita ad unam rem singularem, idq; habere ante mentis operam: positione uerò talem esse, quod apta sit ad multa referri & pertinere, atque omnino in multis esse, quam aptitudinem dicunt habere ab intellectu; ut autem sit communis & uniuersa, non satis esse primam aptitudinem per negationem, sed hanc secũdam per positionem. Quæ sententia mihi non modò falsa, sed per- 2. ratio.
absurda uidetur; si enim multæ reperiuntur naturæ, quæ reuera in multis insunt omni cogitatione detracta, qui fieri potest, ut habeant hanc aptitudinem ab intellectu, atq; ex eo sint multis communes positiuè? quid enim positius, quã reuera in multis esse? quid absurdius, quàm dicere naturam humanam conuenire Socrati, Platoni, ac alijs hominibus, ad multosq; pertinere & referri mentis actione? ergo sublata opera mentis non pertinebit natura humana ad multos homines? non erit Socrates homo, nec Plato, nec ullus alius? multum sanè debemus ipsi mẽti operanti, quæ nos homines facit, immo uerò ipsa sola omnia faceret. Ego profectò naturam habere ordinem, ut ipsi locuntur, ad multa, atque ad multa referri, nihil aliud esse intelligo quàm reuera in multis esse, aut posse in multis esse, nec aliud quidem est, nisi fabulas fingant. Quid enim aliud est esse communem? Præterea nulla potestas potest in actum reuocari, nisi ab eo, quod habet imperium eius potestatis, siue sit potestas agens, siue patiens. Potestas enim calfaciendi in igne, ab ipso igne in actionẽ educitur, & potestas aquæ, qua potest calefieri ab eo, quod actu calidum est, quodq; potest aquam calfacere: si ergo potestas seu aptitudo naturæ, qua potest multis communicari esset ab intellectu, non posset in actum educi, neque natura multis communicari, nisi ab intellectu: at nullo intellectu intercedente, (loquor de creato) per generationem una natura in multa singularia multiplicatur, multisq; impertitur & inest: ex se igitur habet hanc aptitudinem. Sed dicerent ipsi ab intellectu educi in actum, quòd ab Tertia.

Universidad de Deusto
Biblioteca

intellectu multis comparetur & tribuatur. Siquidem intelligant intellectum cõparare naturam multis, hoc est, intelligere multis conuenire, aut eam de multis uoce enuntiare, ueram est solum intellectum hoc præstare; atqui non est id naturam esse communem multis ex Arist. sed multis ineſſe, quod nihil aliud est, quàm multa singularia eadem natura participare, aut posse participare, quod nemo dicet menti esse tribuendum. Non enim idcirco Socrates homo est, Plato homo, ac singuli homines; quia mens hominem comparat aut tribuit singularibus hominibus. Nam ex eo quod res est, aut nõ est, dicitur oratio uera, uel falsa, inquit Arist. tum. 9. Metaph. cap. ult. sic habet, non propterea quod nos uere putamus te album esse, tu albus es: sed propterea quod tu albus es, nos qui id enuntiamus uera dicimus: sic igitur, non propterea quod mens refert hominem ad Socratem & alios homines, Socrates homo est, sed quia Socrates homo est, tum Plato, ac alij multi; mens commode hominem ad multa refert. Habet natura ante mentis operam aptitudinem conueniendi multis, non solùm negatione, sed etiam positione. Sed respondent ipsi naturam uniuersam, ut habeat huiusmodi aptitudinem, debere esse unam, habere autem hanc unitatem ab intellectu, ac propterea habere aptitudinem conueniendi multis ab intellectu. Iam tamen demonstrauimus sine intellectu esse unam. Respondent etiam ut habeat hanc aptitudinem, debere esse abstractam à singularibus atque nudam esse fatendam, abstrahi uerò ab intellectu, ac proinde ab intellectu habere hanc aptitudinem, sic quidem respondet Caietanus, immò Diuus Thomas sic hoc accipere uidetur. Inferius tamen copiosè explicabimus hanc rationem, nunc satis est intelligamus esse iam abstractam absque intellectu, hoc ipso, quod ex se non sit definita ad aliquod singulare. Quare ex hac prima aptitudine per negationem, ut ipsi loquũtur, nascitur altera per positionem: nam quemadmodũ materia prima, quia nõ est ex se definita ad unam solam formam, habet aptitudinem recipiendi omnem formam: sic etiam natura, quia ex se non est definita ad unum solum singulare, habet aptitudinem conueniendi multis: ac proinde non habet eam ab intellectu. Sed Diuus Thomas in Opuſculo de Ente, & Eſſentia hac ratione probare nititur ab intellectu habere naturam hanc communitatem, seu aptitudinem. Si natura, inquit, ex se absolutè sumpta haberet huiusmodi communitatem, ubicunque eam haberet, quoniam pertineret ad eius rationem: at humanitas quæ est in Socrate nullam potest habere communitatem, non igitur ei conuenit ex se, sed beneficio mentis. Inferius etiam accuratius explicabimus hanc rationem, nunc breuiter respondere possumus, non ita naturam habere ex se communitatem, quasi cõmunitas pertineat ad eius rationem & essentiam: nam inferiora non sunt de essentia superiorũ: non enim ad essentiã animalis spectat conuenire homini, aut equo, nec ad essentiam hominis esse in Socrate, accidit enim hoc ipsi homini; nõ tamẽ inde fit mẽtis beneficio id accidere. Arij. dicit accidere Socrati, quatenus

1. Metap. c. 1.

quatenus curatur, ut sit homo, quia non continetur homo in ratione Socratis, quatenus curatur, quòd actiones in singularia ferantur, non tamen hoc accidit ui intellectus, cum sine ulla cogitatione Socrates, qui curatur, sit homo. Sic accidit naturæ multis communicari, nihilominus ex se habet hanc affectionem & aptitudinem, non ab intellectu: neque enim ex eo potest natura multis communicari, quod uni speciei intelligibili sit obiecta, quod superioribus rationibus satis apertè, & necessariò est demonstratum. Quare multò accutius totum hoc perspexisse uidetur Scotus, qui docet eo, quem superius exposuimus loco, naturã ante ullam actionem intellectus esse unam, & communem. Ex tota hac disputatione necessariò colligitur quod probare potissimum instituimus, naturam scilicet, ante mentis operam uniuersam esse, iam enim satis explicata & confirmata relinquitur prima illa ratio, quam initio cap. 5. proposuimus, quæ erat huiusmodi, uniuersum nihil aliud est ex Arist. quàm unum in multis, aut unum multis commune, demonstratum autem est utrunque habere naturam citra mentis operam, esse quidem unam propter similem & unam rationem, quam habet in omnibus: esse uerò communem, quia multis reuera conuenit, aut potest conuenire, unde necessario efficitur absq; intellectus opera uniuersam esse. Sed miror hac in parte ingentium Scoti, qui cùm constituat naturã unam & communem ante mentis actionem, non uult tamen admittere esse omnino uniuersam, donec accedat mentis auxilium, & opera, quæ ei tribuat uniuersitatem (fallũtur enim qui putant Scotum sensisse uniuersum sine mentis opera constare.) Si enim nihil aliud est uniuersum, quàm esse multis commune, ut Arist. sentit, & uis uerbi manifestò declarat; & natura iam ex se est una & communis, non uideo sanè cur non sit appellanda uniuersa. Quod etiam hac ratione possumus confirmare. Arist. lib. de Interpretatione cap. 5. hanc tradit rerum diuisionem: rerum, inquit, aliæ sunt uniuersæ, aliæ singulares. sed natura, quæ ante mentis operam est una, & communis, est res, igitur uniuersa, aut singularis; non est quidem singularis, quia nihil singulare est cõmune multis, superest ergo uniuersam esse. Quidam respondent naturam ante mentis actionem esse unam in multis, nondum tamen esse uniuersam, quia nondum sit præter multa, quod dicunt esse necessarium ad uniuersitatem; fieri uerò præter multa ab intellectu dum specie intelligibili repræsentatur quasi abstracta à rebus singulis. Verum hi in primis non satisfaciunt huic rationi, nec præcedenti, quæ sunt syllogismi recti, & necessarij, concludunt q; naturam ipsam communem ante mentis operam esse uniuersam, nulla re alia adiecta, unde si ueræ sunt sumptiones, & admissæ, est necesse sit uera conclusio. Nam quod quidam respondent in illa diuisione esse intelligendam mentis actionem, ut sit sensus rerum aliæ sunt uniuersæ mentis opera, aliæ singulares, & falsum est, & diuisionem facit ineptã, nec uerba Arist. id præseferũt. Adde quod semper relinquitur eadem uis argumenti, si natura ante mentis operam est

Prima ratio qua probatur vniuersũ esse sine mentis opa.

2. ratio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ram est una multis communis, quod ipsi fatentur aut uniuersa est, aut singularis, non enim datur tertium aliud præter hæc duo. Nec est quod respondeant nec esse uniuersam, nec singularem, quia dicit Diuus Thomas naturam ex se nec uniuersam esse, nec singularem. Aliud enim est ex se non esse uniuersam, nec singularem, aliud reuera nec esse uniuersam, nec singularem: homo enim ex se, & sua propria natura nec est albus, neque non albus, neutrum enim ei cõuenit secundum essentiam; non tamen fieri potest ut sit reuera homo, qui neque sit albus neque non albus, cum sint hæc contradicentia. Quod autem dicunt adiungendum esse illud tertium, ut sit præter multa mentis opera, facilè refutatur.

3.ratio. Philosophus namq; nihil debet constituere quod firma aliqua ratione, aut saltẽ maxime probabili non firmetur: at nulla suppetit ratio, quæ demonstret, & cogat non esse satis ad uniuersitatem illa duo, ut sit natura una, & in multis, sed oportere accedere illud tertium præter multa, cum ratio uniuersi non sit alia quàm esse multis commune, si ergo nulla est ratio compellens, tãquam infirmũ, καὶ ἀλογον est illud reijciendum. Quod si intelligant id circo debere esse præter multa, quòd sumenda sit abstracta à singularibus, ante mentis actionem est tam abstracta, ut inferius ostendemus. Sed dicent forsan rationem compellentem esse eam, quam adfert Scotus tum. 2. Sent. dist. 3. quæst. 1. tum. 7. Metap. quæst. 18. ubi ait, quamuis natura ex se sit una & communis, non esse hoc satis, ut sit uniuersa, sed necessariam esse mentis operam tam agentis, quàm posibilis, ut una specie intelligibili tanquam unum obiectum numero cõprehendatur. Quæ sanè ratio pluribus eget fulcimentis, quam ipsa sententia, tantum abest, ut sententiã fulcire possit. Ratio igitur Scoti hæc uidetur esse, uniuersum actu debet esse unũ quippiam de multis prædicabile, nõ potest autem esse prædicabile, quin sit obiectum intellectus, nam prædicare actio est intellectus, atqui ab intellectu una intellectione numero concipitur, igitur est unum obiectum numero, unde intellectus hoc unum obiectum numero sæpius concepti tribuit diuersis subiectis prædicatione significante hoc esse hoc: sed in rebus nihil est quod unum & idem numero diuersis subiectis impertiatur, non enim eadem natura humana numero, quæ tribuitur Socrati, tribuitur etiam Platoni, nihil igitur est in rebus uniuersum actu, quamuis sit commune. Cui rationi facilè est occurrere, ac ostendere infirmissimam esse. Primum uerum est uniuersum esse prædicabile, nõ quòd sit necessarium actu de multis dicatur, sed quòd possit de multis dici; nam sic definit Arist. uniuersum in lib. de Interpretatione. Debet enim esse huiusmodi, ut possit mens nostra multis ipsum tribuere, unde fatemur esse obiectum intellectus, atq; una intellectione numero comprehendi, negamus tamen propterea esse unum obiectum numero. Species enim, quæ in animo est, una est numero, ac propterea una intellectione singulari concipitur natura, uerũ hæc natura qui fieri potest ut sit una numero, cùm in multis existat? num quia una notione concipio omnia animalia,

animalia, propterea natura animalis, quæ de omnibus dicitur ac in omnibus inest, una est numero? nõ est ipsa natura in anima, ut sit singularis, sed eius species, ut ait Arist. quamuis ergo species singularis sit, non ideo natura obiecta est singularis, alioquin propriũ obiectũ intellectus nõ esset uniuersum, sed singulare. Vnde cũ intellectus tribuit uaturã multis subiectis, nõ tribuit idẽ obiectũ numero, sed idẽ tantũ ratione essentiali. Nihil enim aliud est intellectũ tribuere naturã humanã multis subiectis, quàm intelligere Socratẽ esse hominẽ, Platonẽ hominẽ, ac alios multos, quod nõ ita intelligit, quasi Socrates, & Plato sint idẽ homo numero, sed quòd omnes participent eadem natura, atq; eadem ratione. Itaq; ante mentis operam est natura prædicabilis, quemadmodum est intelligibilis, quoniam eiusmodi est ut possit multis accommodari. An uerò uniuersitas, quæ inest in quaq; natura, sit una res numero, & cuiusmodi sit inferius expedemus. Alias adfert Scotus rationes, quas inferius suo loco diluemus: nunc institutam disputationem persequamur. Alij igitur fatentur uniuersum sublata omni mentis actione conuenire multis, cùm reuera, Petrus & Paulus sint homines, sed rationem uniuersitatis accipere ab intellectu per abstractionem. Tamen neque id uerum est; si enim non est alia ratio uniuersitatis, quàm esse unum multis commune, si hanc habet ante mentis operam, habebit proculdubio rationem uniuersitatis. Tamen id demonstremus alia ratione, quam iam quadam ex parte explicauimus in superioribus, cùm doceremus naturam esse unam. Nulla interueniente mentis actione, uerum est in rebus omnes homines esse eiusdem speciei, hominem autem, leonem, equum ac cætera animalia differre specie, & esse eiusdem generis, absurdum enim esset hæc beneficio mentis ita conuenire, aut differre. Tum quod abinitio mundi constituit Deus in rebus uaria rerum genera & species; legimus enim in primo capite Geneseos antequam Deus conderet hominem dixisse ad hunc modum. Dixit quoque Deus producat terra animam uiuentem in genere suo, iumenta, & reptilia, & bestias terræ secundum species suas; factumq; est ita. Quibus uerbis nihil aliud significatur, nisi præcepisse Deũ ut produceret terra uaria genera & species animalium, sunt ergo in rebus sine mentis opera genera, & species, ac proinde uniuersa. Nec habet hic locum quod quidam respondent ante mentis actionem esse in rebus ea, quæ sunt genera & species: quæ ualgò substrata uocantur; non tamen habere rationem generis, nec speciei, donec actio mentis interueniat; id, inquam, non dissoluit argumentum, nam si ante mentis operam omnes homines sunt eiusdem speciei, ac omnia animalia eiusdem generis, ante mentis actionem est una species hominum, & unum genus comprehendens omnia animalia, atque omnino sunt in rebus uaria genera & species, quæ reuera talem habent rationem. Si enim absque mentis actione omnia sunt singularia, nec est in ipsis alia ratio præter eam, qua singularia sunt, quo pacto uerum erit omnes homines conuenire specie? quo pacto condi-

4.ratio.

3. de Anima cap. 8.

disse

Universidad de Deusto
Biblioteca

Dominicus Soto.

diße Deum uarias rerum ſpecies? quænam eßent hæ uariæ ſpecies, unde ſic appellarentur, ſi hanc rationem haberent ab intellectu? Quidam uicti hac ratione concedunt ante mentis operam eße genera & ſpecies, negant tamen eße uniuerſa donec abſtrahantur beneficio mentis, quæ rationis ſolutio magis eſt falſa, quã ſuperior; nam ſi genus, & ſpecies ſunt ſpecies uniuerſi, & ante actionem intellectus eſt genus in rebus & ſpecies, eſt neceße ſit uniuerſum, eſt enim ab ſpecie ad genus, ut aliàs diximus, neceßaria argumentatio, ut ſi quid eſt homo, eſt neceße ſit animal. Præterea ſi abſque mentis opera eſt genus in rebus, eſt id quod natum eſt dici de multis ſpecie differentibus, quod reuera uniuerſum eſt. Ad hæc ſi abſque mentis opera homo eſt ſpecies, huiuſmodi homo non poteſt eße Socrates, ne Petrus, ſed homo communis, & uniuerſus. Quod ſi dicãt eße genera, & ſpecies nõ actu, ſed poteſtate tantùm, quòd poßint à rebus abduci, eadẽ ratione poterant concedere eße uniuerſa in rebus ante mentis actionem: uerum tum non ſatisfacerent rationi propoſitæ. Tamen confirmant ſuam ſententiã hac ratione, uniuerſum actu, debet eße intelligibile actu, quia uniuerſum eſt obiectũ intellectus; ſed nõ eſt intelligibile actu, donec eius ſpecies ſit abſtracta per intellectum agentem, ut Ariſt. ſentit. 3. de Anima. cap. 4. igitur tum eſt uniuerſum actu. Cui reſpondendum eſt, ſi nomine intelligibilis actu intelligant id, quod iam reuera eſt obiectum intellectui, & eius ſpecies eſt abſtracta a phantaſmate, ut accipere uidetur Ariſto. quia eſt in propinqua potentia, ut intelligatur, non eße neceßarium ſic eße intelligibile quod uniuerſum eſt, quia uis & ratio uniuerſi non eſt eße intelligibile, ſed eße multis commune; non enim propterea homo uniuerſus eſt quia intelligibilis eſt, ſed quia multis conuenit eadem ratione. Si uerò intelligant id quod eſt uniuerſum debere ita eße intelligibile, ut habeat uim mouendi intellectum, dicendum eſt iam ante mentis operam habere naturam uim mouendi intellectum, hoc ipſo quod eſt ens, aut habet eßentiã, quamquam non poßit actu mouere intellectum, niſi abſtrahatur eius ſpecies à phantaſmate. Quemadmodum color in tenebris eſt reuera uiſibilis, quoniam ex ſe habet uim mouendi uiſum; tamen non poteſt actu uideri, niſi lumen interueniat. Vbi obſeruandum eſt uniuerſum non eſſe obiectum intellectus, qua uniuerſum eſt, (non enim hæc eſt ratio obiecti,) ſed quatenus ens, aut habet eßentiam, tamen dicitur obiectum uniuerſum, quoniam ea res, quæ eſt proprium obiectum intellectus habet adiunctam uniuerſitatem; eſt enim proprium obiectum eßentia, ut Ariſt. docet. 3. de Anima cap. 6. quam comitatur uniuerſitas. Vnde cum citra mentis operam ſit eßentia in rebus, eſt etiam uniuerſum, & intelligibile. Præterea quidquid mens noſtra concipit, aut efficit apud ſe, quod non reperitur in rebus, figmentum eſt, etiam ſi ſimplici intelligentia comprehendatur, ut Hippocentaurus, chimæra, & ſimilia: ſi igitur uniuerſitas non eſſet in rebus, ſed mens noſtra eam tribueret naturæ, uniuerſitas hæc merũ figmentum eſſet. Reſpõ-

5. ratio.

dent

dent qui alteram ſententiam tuentur non eſſe figmentum, quoniam habet fundamentum in rebus. Verum ſi per fundamentum intelligant ſubiectum uniuerſitatis, neque mons aureus eſſet figmentum, cùm mons & aurũ ambo ſint in rerum natura: ſi autem intelligant naturam in rebus habere iam unam rationẽ eſſentialem, quam Diuus Thomas uniformitatem appellat, hæc eſt ſanè tota ratio uniuerſitatis, eſſe ſcilicet unam in multis, ut demonſtrauimus. Caietanus dicit proximum fundamentum eſſe aptitudinem exiſtendi in pluribus; tamen hæc aptitudo eſt ipſa communitas, ut anteà diximus, quam habet natura ante mentis operam. Alij reſpondent proximum fundamentum uniuerſitatis ac relationis eſſe cognitionẽ, qua abſtrahitur natura à ſingularibus: quod etiã falſum eſt, nam fundamentum omne prius eſt natura ea re, cuius eſt fundamentum, at cognitio poſterior eſt uniuerſo, cùm uniuerſum ſit eius obiectum. Adde ſi uniuerſum fit, ut multi eorum ſentiant, ſola actione intellectus agentis, quæ non eſt cognitio; ipſa uerò cognitio eſt actio intellectus poßibilis, quæ poſtea conſequitur; qui poteſt huiuſmodi cognitio eſſe fundamentum uniuerſi? Eſt etiam alia ratio non leuis. Senſus, ut docet Ariſt. tum. 1. lib. de Demonſt. cap. 24. tum. 2. cap. ulti. eſt uniuerſi, quamuis ſentiatur ſingulare, hoc eſt, etſi uiſus non uideat niſi hunc, aut illum colorem proprium tamen obiectum uiſus non eſt hic, aut ille color, qua ſingularis color eſt, ſed ſimpliciter color, quatenus color: ſed obiectum ſenſus præcedit actionem intellectus, igitur ante intellectus actionem ineſt in coloribus cõmunis quædam ratio coloris, qua conueniunt omnes colores, & ex qua color eſt color, & habet uim mouendi uiſum; per hanc autem communem rationem eſt color uniuerſus, quare uniuerſus eſt ante mentis operam. Habet hæc ratio maximam uim: nam ſi præter intellectus actionem non ſunt niſi ſingulares colores ſub ratione ſingulari, nulla uerò exiſtit in ipſis ratio communis, cùm ea ratione ſingulari nullus color ſit proprium obiectum uiſus, fieret ante mentis operam nullum eſſe proprium obiectum uiſus: fieri autem hoc proprium obiectum ab intellectu magis eſt abſurdum. Eadem ratione demonſtrauit Scotus præter unitatem ſingularem eſſe aliam unitatem minorem ante mentis operam. Rurſus eiſdem rationibus quibus in ſuperioribus demonſtrauimus uniuerſa eſſe, oſtendere nunc poſſumus citra mentis operam eſſe. Eſt ergo hæc una ratio, id quod definitur, aut definiri poteſt, eſt uniuerſum actu, ergo ſi præter mentis operam nullum eſt uniuerſum, nihil erit in rebus citra mentis operam, quod poßit definiri, quod quàm ſit abſurdum perſpicuum eſt omnibus, cum enim id definiatur, quod habet certam eſſentiam ex uariis rationibus compoſitam, ſi nihil eſſet in rebus, quod poſſet definiri, nihil haberet certam & conſtantem eſſentiam. Sed reſpondent ipſi eſſe quidem in rebus id quod definitur, aut definiri poteſt, rationem tamen uniuerſitatis accipere ab intellectu, non enim definitur quod compoſitum eſt ex natura & uniuer-

Sexta.

Septima.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sit ate, sed sola natura, cui accidit uniuersitas, quemadmodum non cõburit quod compositum est ex igne, & admotione, sed solus ignis; est tamen necesse admoueatur rei, quæ comburitur; sic enim respondere uidetur Caietanus. Verum nõ soluit uim argumenti, quod ex eodem exemplo confirmari potest, quamuis solus ignis comburat, tamen non potest reuera comburere, nisi sit admotus rei, quæ comburitur: ad eundem modum, quamuis sola natura definiatur, nõ tamen potest definiri, nec definibilis esse, nisi actu sit uniuersa; quod si ante mentis operã nihil sit uniuersum, nihil erit definibile. Habet ergo ratio hanc uim, id solum definiri potest ex Arist. 7. Metaph. cap. 15. quod perpetuum est ac semper eodem modo se habet, quod autem est huiusmodi iam est actu uniuersum, nam quod nõ est actu uniuersum, singulare est, nullum autem singulare est perpetuum, ac semper eodem modo se habens, præsertim in hac regione elementari; quod ergo definiri potest actu est uniuersum. Si igitur ante mentis operam sola essent singularia fluxa & mutabilia, nihil esset in rebus definibile. Octaua. Similis est huic altera ratio, scientia non potest esse rerum singularium, sed uniuersarum, si igitur ante mentis operã nihil esset uniuersum in rebus, sed omnia singularia, fieret ante mẽtis operã, nihil esse in rebus quod sub scientiã cadere posset. Nec est cõfugiendũ ad illam solitã responsionẽ esse ante mentis actionem eam rem, quæ cadit sub sciẽtiam, sed accipere rationem uniuersitatis ab intellectu: nõ enim habet hic locum huiusmodi responsio; quia uis argumenti hæc est, id quod sub scientiã cadit, quod ab Arist. Græcè ἐπιστητόν appellatur debet esse incorruptũ, perpetuum, constans, & immutabile, ut docet ipse Arist. in lib. de Demõst. quod autẽ est huiusmodi actu est uniuersum, nam quod nõ est reuera uniuersum singulare est, nullũ autem singulare est huiusmodi, unde nõ potest cadere sub scientiam nisi per accidens. Hinc constat uis argumẽti, si præter mẽtis operã nihil est actu uniuersum, nihil perpetuum & constans, præsertim in hac regione elementari, nihil erit ante mentis operam in rebus quod scibile dicatur; quod si hoc absurdum est, nam tametsi nulla sit mens, debet esse in rebus, de quo possit haberi scientia, scibileq; sit, est etiã necesse sit uniuersum actu. Confirmatur etiã hæc ratio ex eodem Aristote. qui in categoria Relationis docens non omnia relata simul esse natura, id confirmat in scientia, & eo quod scitur, quoniam id quod scitur est prius ipsa scientia; potestq; eße nulla existente scientia. Hoc autem demonstrat quia sublato omni animali, aufertur scientia, ac manent multa, quæ sciri possunt. Si igitur quod scibile est uniuersum est actu, ut demonstrauimus, & iudicio Arist. sublato omni animali manet scibile; sublato uerò animali aufertur omnis intellectus, qui abstrahat speciem intelligibilem à phantasmate; igitur iudicio Arist. sublata omni intellectus actione manet uniuersum actu. Nec curo quod dicit Porphyrius eo loco non rectè accepiße Arist. scientiam, & scibile, quia si nulla est scientia actu, non est scibile actu, sed potestate, quemadmodum scientia; ac proinde si eodem modo sumantur simul esse. Hanc, inquam, sententiam Porphyrij nõ curo, quæ ap-

quæ apertè Arist. repugnat; mihi satis est sentire Arist. sublata omni scientia, & omni animali manere scibile, quod reuera uniuersum est. Nec Porphyrius sententiam Arist. est assecutus, quæ uerißima est, non enim dicitur actu scibile, quod actu iam scitur, sed quod reuera tale est, ut de ipso sciẽtia haberi poßit, scilicet quod est perpetuũ & constans, habetq; causas, per quas sciatur; ac proinde sine sciẽtia potest esse actu. Quemadmodũ sensile actu dicitur, non quod iam sensu percipitur, sed quod sensum mouere potest. Sunt enim hæc relata, non mutua, ut Arist. docet. 5. Metaph. cap. 15. ac propterea unum sine altero esse commodè potest. Hinc oritur alia constimilis ratio. Vniuersum iudicio Arist. est perpetuũ semper & ubiq; idem, ac eodem modo se habens; at si mente fieret nil esset profecto tam corruptibile, tam incertum, & labile, quippe quod in nostra positum esset potestate: si enim mente fabricatur uniuersum, cessante mentis actione ruit protinus ædificium mentis, atque omnino. Nona. 1. lib. de Demõst. c. 24.

Soluitur, & tenues ceu fumus fugit in auras.

Quale igitur uniuersum ac sempiternũ est hoc? Sed dicerent forsan non esse necessarium semper sit mens in actione, sed satis esse semel acciperit speciem intelligibilem. At quid si mens nunquam in actione fuisset, nunquam uniuersum extitisset? Ex hominum igitur arbitrio & uoluntate pendebit uniuersum; quod autem huiusmodi est, qui potest constans & æternum esse? Respondebunt forsan si homines uniuersum conficere noluerint, precabimur Deum, aut Angelum aliquem, qui nobis illud constituat, & conseruet. Θεὸς ἀπὸ μηχανῆς illis apparuit profecto; sed quis non uidet hæc nil ad rem pertinere? Quidam respondent uniuersa esse perpetua, quia singularia sunt perpetua iudicio Arist. Verũ neque hi satisfaciunt, singularia enim sunt perpetua, non eadem, sed alia, & alia successione, at uniuersum unũ & idem debet esse in multis perpetuum, semper & ubiq; idem manẽs. Vnde constat quàm ridiculũ faciant Arist. qui ipsum pertrahunt ad hanc sententiam. Quærebant ueteres Philosophi an esset aliquid in rebus, de quo scientia haberi posset, omnes enim sentiebant id quod sub scientiam cadit debere esse aliquid perpetuum, constans, & immutabile, quod cum Heraclitus, & Cratylus nullum inuenirent in his rebus singularibus, scientiam omnino de medio sustulerunt. Plato uerò concedens in his rebus nihil esse huiusmodi, ideas inuexit ab his rebus separatas, de quibus esset definitio, scientia, & demonstratio. Si igitur in conuentu Philosophorum tractaretur hæc quæstio, ac quæreretur huiusmodi uniuersum constans & sempiternũ: adesset autem ibi Aristo. qui ad dirimendam hanc litem respondisset esse in his rebus mortalibus uniuersum, perpetuum, ac constans, de quo haberi posit sciẽtia; sed fieri tale à nostro intellectu; nonne maximo risu ab omnibus fuisset explosus? Quærebant illi aliquid, quod nobis etiam dormientibus, nilq; agentibus unum esset in multis perpetuum, ac nulla uarietate mutabile, ipse uerò diceret De⁹ ex machina, vide Chiliades Erasmi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ab intellectu nostro tribui ipsi rei uniuersitatem hanc, constantiam, & perpetuitatem? non est sanè existimandum tam ineptum Arist. extitisse. Sed iam uideamus quemadmodum ueterum dubitationi occurrerit. Admittens scientiam & Demonstrationem esse contra Heracliticos, respondet Platoni. 1. lib. de Demonstra. cap 8. ad hunc modum. Species igitur esse, aut unum aliquid præter multa, non est necessarium, si futura sit Demonstratio. Esse quidem unum de multis necessarium est uerum fateri, nec enim foret uniuersum, nisi id esset, nisi autem sit uniuersum, medium non exit, unde nec Demonstratio: opus est igitur aliquid unum & idem in pluribus esse, non homonymum. Hæc Arist. Quibus uerbis declarat quemadmodum sit in his rebus uniuersum. Docet enim non esse necessarium substantias alias perpetuas ab his rebus abductas constituere propter scientiam, sed in his ipsis rebus quamuis fluxis & mutabilibus esse unum aliquid constans & immutabile, de quo haberi possit scientia & demonstratio, hoc ipso quòd in omnibus est idem, non homonymum, hoc est quòd in omnibus eandem habeat rationem, aut penè eandem; dicit enim nō homonymū, quia ut sit subiectum scientiæ, non est necesse sit uerè synonymum, sed satis est sit ex ijs, quæ dicuntur ab uno, uel ad unum, ut ipse docet. 4. Metaph. cap. 2. quemadmodum ens est subiectum primæ Philosophiæ. Apparet igitur quo pacto Aristote. uniuersum constituat in rebus. Multa secula transierunt, in quibus penè infinita extiterunt hominum milia, quæ iam periere: multi nunc uiuunt ac præsentes sunt homines, qui breui peribūt, aliq; nascentur; at in omnibus semper habuit, & habebit humana natura eandem rationem, nam per quam rationem & essentiam fuerunt homines illi præteriti, per eandem sunt nunc præsentes, eruntq; futuri: quod quidem mens ipsa non facit, nec facere potest, ita enim esset in rebus etiam si nulla mens interueniret. Propter hanc igitur rationis unitatem & constantiam, dicimus naturam humanam semper in omnibus eandem extitisse, ac fore, perpetuam, immutabilem, ac semper in eodem statu perseuerantem, quæ non est natura solius Socratis, nec Platonis, sed quæ una est omnium: quod cùm ueteres non animaduertissent, in multos, ac magnos errores inciderunt. Hoc igitur unū in multis est uniuersum Arist. ut hic ipse definit, nō mentis figmentum. Alijs in locis, ubi Arist. definit uniuersum, siue quod cōmune est & in multis inest, siue quod natū est in multis esse, nullā facit intellectus mētionē. Vnde liquidò constat nunquā Arist. huius sentētiæ fuisse, sed inferius cū diluemus aduersariorū argumēta id copiosius & apertius demōstrabimus. Præterea qui ad hūc modum

Decima.

constituūt uniuersum, uidētur eius habuisse rationem in ijs tātùm rebus, quæ sensibus percipiūtur; aiūt enim fieri uniuersum dū intellectus agens abstrahit à phātasmate sensili specie intellegibilē: at multa sunt quorū nullū est phantasma in facultate imaginandi; quia nullo sensu externo percipiuntur, nec per se, nec per accidens, sed sola ratione; ut sunt differentiæ essentiales rerū; quædam proprietates,

tates, ut in homine aptitudo ad capessendas disciplinas, omnes formæ substantiales; accidentia animi, ut scientia, prudentia, iustitia, & id genus alia. Hæc enim quia nullo sensu externo apprehenduntur nec per se, nec per accidens, (per accidens enim ea percipiuntur, in quibus sunt sensilia per se, ut substantiæ corporeæ singulares,) nullam possunt in sensibus relinquere speciem, unde nec potest ex sensibus deferri ad imaginationem, ut ibi phantasma imprimatur: est enim phantasma imago quædam, quæ apud nos rem ipsam, cuius est imago concipimus ac consideramus, atqui nulla imagine potest quisquam iustitiam, aut prudentiam concipere. Multò minus formas substantiales, quæ nullam habent imaginem sui: sola ratio hæc cognoscit; docet enim Arist. 8. Metap. cap. 1. ratione tantùm inuentas fuisse duas substantias, materiam & formam. Si igitur harū rerum nullum est phantasma in imaginatione, non possunt uniuersæ fieri illustratione intellectus agentis, & abstractione à phantasmate, sed alia est necessariò quærenda ratio. Nec obest his, quod Arist. sæpe docet cognitionem intellectus nostri initium ducere à sensu, atque nostram mentem nihil intelligere, nisi spectet phantasmata, nā duobus modis id efficitur, uno cùm eadem res, quæ mēte cognoscitur, prius percipitur sensu in singulari; altero cum non eadem res sensu concipitur, sed alia, ex qua mens aliam colligit & cognoscit; quo modo intelligimus substantias separatas, formas substantiales accidentia animi. Etenim ex motu & ordine totius uniuersi intelligimus Deum esse, qualis autem sit per negationem ex remotione omnis substantiæ corporeæ. Ex actionibus etiam intelligimus formas, & accidentia animi, atque ex eo quod aliquid seipsum mouet intelligimus esse in eo formam animalis, atque eam esse causam eius motus. At per phantasmata harum rerum sensilium non possunt fieri uniuersæ illæ, quæ sola ratione intelliguntur: fit enim uniuersum, ut ipsi docent, cū actione intellectus agētis abstrahitur à phātasmate species intelligibilis, quæ repræsentat nudā naturā quasi separatā à singularibus, quoniā eius est imago. Esto igitur in facultate imaginandi phātasma motus animalis, illustretur ab intellectu agēte, abstrahetur inde quidē species intelligibilis motus, quæ efficiet ex eorū sentētia motū uniuersum; nō tamē efficiet formā animalis uniuersam; nā cum nō sit eius imago, nō potest eā repræsentare: sed sola ratio est, quæ ex specie huiusmodi motus sponte colligit aç intelligit animalis formā, quod efficitur non opera intellectus agentis, sed possibilis. Sic ex aliquo negotio sapienter gesto intelligit hominis prudentiā, ex disputatione scientiā; nō tamē possunt harū rerū species habitus illos animi referre, ac uniuersos facere. Similis est ratio de multis relationibus, quod enim phantasma potest nobis relationem patris ad filium referre, ut ipsam efficiat uniuersam? Habet hæc ratio uim maximam aduersus eos præcipuè, qui aiunt sola actione intellectus agentis fieri uniuersum: nam alij respondere poterunt fieri in huiusmodi rebus uniuersum ui & opera intellectus possibilis. Sed

Universidad de Deusto
Biblioteca

hæc sententia iam in superioribus euersa est, cùm enim uniuersum sit obiectum intellectus possibilis, debet necessariò eius actionem præcedere. Quantò igitur facilior, ac uerior est ea ratio constituendi uniuersum, quam nos explicauimus, quæ in omnibus & ubiq; eadem est, ac his difficultatibus & labyrinthis, atque omni labore nos liberat? Quare si uniuersum sua sponte in rebus constat, nō est opus rogare mentem, ut nobis pariat uniuersum. Ex quibus omnibus manifestū iam est quàm falsa sit illa Auerrois sentētia, intellectū facere uniuersalitatem in rebus, quam quidam tanquam principium indemonstrabile in hac disputatione de uniuersis accipiunt: mihi uerò non minus falsa uidetur, quàm illa altera eiusdem autoris de uno intellectu omniū hominum: sunt enim affines, & ex una alteram colligebat ille philosophus. Nam quid quæso potest mens nostra in rebus efficere? tantamne potestatem à supremo conditore est consecuta, ut sit ipsa quoque δημιουργός? Videretur profecto ex ijs esse Dijs, quibus Deus ille Platonicus in Timæo mundum tradidit absoluendū: ji Deus quidem fecisset singularia, mentibus autem nostris demandasset condere in ipsis uniuersa. Sed uideamus iā quid mēs nostra faciat. Hæc uniuersitas, quā mēs facit in rebus, aut ens aliquod & res est, aut non est ens: fatentur ipsi non esse rem aliquam, non igitur est ens, unde nihil est, non ens enim & nihil idem ualent apud Arist. cum ens & nō ens sint contradicentia. Si ergo id quod mens facit in rebus nihil est, mens nostra nil facit in rebus: quare aut hæc propositio, mens facit uniuersalitatem in rebus falsa est, aut si uera est, idem significat, quod mens facit nihil in rebus. Adde quòd dicant ipsi uniuersitatem, quam secundam uocant notionem, nec esse in mente tanquam in subiecto, nec in rebus, sed solùm menti obiectam, unde magis arguitur huius sententiæ falsitas. Quidquid enim mens nostra intelligit, & sibi obiectum cōtemplatur, aut in rebus ipsis est, cùm scilicet res ipsas intelligit; aut inest in ipso animo; concipit enim animus noster Hippocentaurū, chimæram, & alia similia monstra, quæ in rebus non sunt, sed ex formis, quas apud se habet ea sibi fingit, quæ in ipso animo insita sunt, ut in subiecto: habet enim hanc uim animus noster, ut possit sibi fingere imagines, quas ut obiectas contempletur. Si ergo uniuersitas nec in animo est, nec in rebus, qui potest mens nostra contemplari, ut obiectum, quod nusquam est? Iam si uniuersitas in rebus non est, quo pacto possūt res ex ea appellari uniuersæ? Quidquid enim appellationem aliquam habet, eam accipit aut ex eo, quod in ipso est, aut ab ipso nascitur, ut agens ex actione, quæ ab ipso progreditur. Vnde illi falsæ sententiæ alteram opponendam existimo multò ueriorem. Mens nostra nihil facit in rebus. Mens quidem nostra apud se fōrmat uarias rerum notiones, componit, diuidit, effingit unam notionem hominis, alteram animalis re ipsa diuersam à priore; quamuis in rebus eadem res sit homo, & animal; cōiungit etiam notionem animalis cum notione hominis; demum machinatur quidquid uult, at in rebus extra se

Reprehenditur Auerrois sententia.

tra se nihil potest efficere; sed intelligit tantùm quæ in rebus sunt, & quemadmodum sunt, separat aliena, coniungit quæ sunt cognata, quæ ratione tantùm differunt, ea distinguit, considerat, examinat, expendit, decernit, iudicat, pronuntiat sententiam, hæc sunt mentis officia, non autem efficere quidquam in rebus. Quòd si quidquam uideatur efficere, id reuera non est aliquid, sed hominū pactum & institutum, ut uerborum significationes, signa quæ ex hominum conuēto aliquid declarāt. Tamen hæc quia hominum pacto nituntur, nec semper, nec ubiq; idem ualent; uniuersum autem quod est semper, & ubiq; iudicio Aristo. qui potest humanum esse opus? Si mihi ab ea sententia, quam defendo discedendum esset, facilius concederem in sententiam Anthistenis, & aliorum Philosophorum, quàm in hanc, quæ uulgò recepta est. Dicebant illi Philosophi uniuersa nihil esse præter nudas animi nostri species & notiones, ut significat Porphyrius in prima quæstione: ut ipsius hominis esse in animo unam speciem, & notionem, qua omnes homines una intellectione concipimus: in rebus tamen non esse unum hominem uniuersum, qui illi notioni respondeat & sit obiectus. Falsa quidem est hæc sententia, minus tamen absurda, quàm hæc altera uulgaris, quæ statuit esse in rebus hominem uniuersum obiectum illi speciei, quæ est in animo, sed fieri uniuersum hoc ipso, quod illi speciei obijcitur, atque esse uniuersitatem obiectam, quæ nec sit in animo, nec in rebus. Diuus Thom. cuius ego plurimā, doctrinā non solū admiror, sed ueneror, atque exosculor, lubricus mihi uidetur in hac quæstione, nec satis apertè suam explicare sententiam; quamquam hoc certum sit ipsum existimasse uniuersa mentis opera constare. Nam in Opusculo de Ente, & Essentia, ubi subtilius hoc argumentum uidetur disputasse, postquā docuit non posse naturam iuxta suam propriam rationem uniuersam esse, concludit id ei conuenire quatenus habet esse in intellectu, his uerbis. Relinquitur ergo quòd ratio speciei accidat naturæ humanæ secūdum illud esse, quod habet in intellectu. Ipsa enim natura habet esse in intellectu abstractum ab omnibus indiuiduantibus, & habet rationem uniformem ad omnia indiuidua, quæ sunt extra animam, prout essentialiter est imago omnium; & inducens in cognitionem omnium, in quantum sunt homines: & ex hoc, quòd talem relationem habet ad omnia indiuidua, intellectus adinuenit rationem speciei, & attribuit sibi. Vnde dicit Cōment. primo de Anima, quòd intellectus est, qui facit uniuersalitatem in rebus. Hoc etiam Auicena in suæ Metaphy. octauo dicit. Et quamuis hæc natura intellecta habeat rationem uniuersalis secundum quòd comparatur ad res, quæ sunt extra animam, quia est una similitudo omniū; tamen secundum quod habet esse in hoc intellectu, uel in illo, est species quædam intellecta particularis. Sicut etiam si esset una statua corporea repræsentans multos homines, constat quòd illa imago uel species statuæ, haberet esse singulare, & proprium, secundum quod esset in hac materia: sed haberet rationem communi-

tatis

nitatis secundum quod esset commune repræsentatiuum plurium. Hæc Diuus Thomas. Idem eisdem ferè uerbis scribit in Opusculo. 55. Quibus uerbis per naturam uniuersam quatenus habet esse in intellectu, nihil aliud intelligere uidetur, quàm ipsam speciem in animo insitam, dicit enim quatenus est in animo esse singularem, esse autem uniuersam quatenus est una omnium imago, quemadmodũ statua, quæ referret multos homines. Sanè si nihil aliud est uniuersum, quàm species infixa in animo, uerum est non posse uniuersum sine animo constare: tamen ea species non est ipsa natura, quæ de multis dicitur, nec de ea specie est quæstio, sed de natura unde habeat uniuersitatem. Scio quæ in Commentarijs eius loci adferat Caietanus, bifariam aliquid esse in intellectu, uno modo ut obiectum, altero ut in eo insitum tanquam in subiecto: atque speciem esse in animo insitam, dicíq; uniuersam, quia multa repræsentat: naturam autem esse intellectui obiectam, dicíq; uniuersam prædicatione: tamẽ uerba Diui Thomæ si rectè & syncerè inspiciantur, id tantùm quod dixi præseferre uidentur. In altero Opusculo. 56. ubi iterum tractauit eandem quæstionem, apertiùs uidetur rem explicasse.

Vniuersum esse affectionem entis, ac proinde unum ex transcendentibus. CAP. 7.

QVIA docuimus uniuersum non mentis auxilio, sed per se in rebus constare, hoc est uniuersitatem ipsam non esse figmentum animi nostri, sed reipsa ante mentis actionem naturæ conuenire, explicandum est cuiusmodi res sit uniuersum, quod hinc sumpto initio commodè præstabimus. Quamquã Arist. decem fecerit genera rerum, & quasi prima capita, omniaq; sub his decem ducibus contineri uoluerit; multa tamen sunt, quæ propter uagam & nimis patentem ipsorum naturam his limitibus coerceri non potuerunt, sed per omnia, aut potius supra omnia diffundantur, quæ propterea à nonnullis transcendentia uocantur, quòd omnes categorias transcendãt & superent. Hæc autem sunt duplicia: nam alia significantur simplici uoce, quæ uulgò sex esse creduntur, Ens, Vnum, Verum, Bonum, Res, Aliquid, Alia explicantur cum disiunctione, ut causa, & effectus; Principium, & ortum ex principio; unum, & multa; Idem & diuersum; æquale & inæquale; Simile & dissimile; Perfectum & imperfectũ; Prius & posterius, & simul; actus & potestas; necessarium, & cõtingens; & alia quæ Aristo. explicat in libris primæ Philosophiæ, præsertim. 5. lib. In quibus omnibus Ens habet primum locum, estq; aliorum subiectum, cetera omnia, quæ post secuntur, affectiones Entis dicuntur esse. Ens enim esse primum, quod cadit sub considerationem primi Philosophi, reliqua esse proprietates entis, quà ens est, docet Arist. 4. Metaph. cap. 1. & 2. Quæ affectiones simplici uoce explicantur singulæ reciprocantur cum ente: quæ autem cum disiunctione, non singulæ, sed ambæ cum disiunctione, quia diuidunt omne ens, Nam omne ens aut est causa, aut ef-

aut effectus; aut actu, aut potestate; aut idem, aut diuersum si cum alio conferatur; eademq; est in alijs ratio. Præterea non differunt re ab ipso Ente, sed sola ratione; quod enim re diuersum est ab Ente, nõ potest esse Ens; habet tamẽ unaquæq; suam propriam rationem distinctam à ratione entis, sunt enim omnes modi quidã ipsius entis. Sed miror, ut obiter id adijciã, cur uulgò sex tãtùm recenseãtur transcendẽtia, cùm sint multò plura apud Aris. tantũ enim adferũt quæ simplici uoce significãtur. Deinde cur cõnumerẽtur inter ea, res, & aliquid, quæ uerè transcendẽtia non sunt, nec unquã ab Arist. inter affectiones entis ponũtur, affectiones enim entis debent rationẽ habere diuersam ab ente, & inter se; hæc autem duo nullam habent diuersam, sed sunt synonyma cum ente, ut uestis & indumentum. Nam illa ratio rei, quæ adferri solet, id quòd habet ratam & propriam essentiam, explicatio nominis est, quæ non potest uerbo Græco, quo utitur Arist. conuenire, τῷ ἕν quæ enim non recipit hanc rationem; aut certè si hæc est ratio, eadem est cum ratione Entis; nam unumquodq; ens ex eo dicitur, quòd habeat certũ esse. Mitto nũc quod Valla sentit. 1. lib. Diale. rem esse primũ transcendens & solum. Aliquid nihil aliud est quàm aliquod ens, quod non potest esse affectio entis, quemadmodum esse aliquem hominem non est affectio hominis. Ipsi uerò dicunt significare aliud quid, quæ ratio nõ potest uerbo Græco τί accommodari. Tum quòd hæc ratio continetur iam in ratione unius, ut sentit Picus Mirãdulanus in lib. de Ente & uno, unũ enim dicitur quod est indiuisum à se, & diuisum ab alijs, quod quidẽ est esse aliud quid. Aut potiùs ad diuersum referri debet, nihil enim aliud est esse aliud quid, quàm esse diuersum: idẽ autem & diuersum sunt per se affectiones entis, aliquid igitur si hanc habeat rationem, non est affectio distincta à diuerso. Sed iam eò redeamus unde nostra diuertit oratio. Vniuersum affectio est entis per se, atque affectio cum disiunctione, uniuersum aut singulare. Vtrumque ex ipso Arist. confirmatur: esse quidem affectionem ex. 4. Metaph. cap 2. ubi concludens in fine capitis debere esse unã scientiam, quæ disputet de Ente, ut ens est, & de ijs quæ enti conueniũt quatenus ens est, ac proinde de substantijs, & accidentibus; explicans aliquot ex ijs, quæ enti conueniunt, ut ens est, sic habet, ut de ijs, quæ dicta sunt, atque de priori, & posteriori; de genere, & specie; de toto, & parte; & alijs huiusmodi; quo loco dicit Diuus Thomas in Commentarijs, in his omnibus uersari primam Philosophiam, quia sunt accidentia entis, quatenus est ens. Si ergo genus & species, quæ sunt potissimæ uniuersi formæ, sunt affectiones entis per se, uniuersum affectio erit entis, immo uerò uniuersum erit prima affectio, genus & species, & alia uniuersa, eius species, habent enim affectiones entis suas species, ut unum ipsum idẽ, æquale, simile, & alias, ut in superioribus explicauimus. Esse autẽ affectionẽ entis cum disiunctione, quæ diuidat omne ens, constat ex lib. de Interpretat. cap. 5. ubi Arist. hanc tradit diuisionem, rerum aliæ sunt uniuersæ, aliæ singulares, ex

Universidad de Deusto
Biblioteca

qua diuisione illud etiam colligitur hæc esse affectiones rerum, non rationis & intellectus; tum rem idem esse omnino cum ente re & ratione, quod paulò antea docebamus; quãdo Arist. in hac diuisione accipit rem loco entis. Similẽ diuisionem tradit. 1. lib. Priorum Analyticorum cap. 28. Eorum, inquit, quæ sunt alia de nulla alia re dicuntur, sed de ipsis alia, ut singularia: alia de alijs quidem dicũtur, sed de ipsis nil dicitur: alia quæ & ipsa dicuntur de alijs, & de ipsis alia. Ex eo autem loco. 4. Metap. quem paulò antea exposuimus, possumus etiam demõstrare uniuersum nõ esse ens rationis, ut dicitur, sed rei, duabus rationibus, quarum prima est. Primus Philosophus non disputat nisi de ente rei, non autem de ente rationis, id enim ad Logicum spectat, quod ipsi quoque fatentur, si ergo disputat primus Philosophus de genere, & specie, est necesse sint hæc entia rei. Secunda adhuc est firmior, quod conuenit enti quatenus ens est, conuenit ei citra mentis operam, sed genus & species sunt affectiones entis quatenus ens est, igitur ante mentis operam enti conueniunt. Assumptio est Arist. & Diui Thomæ eo loco; propositio ita confirmatur, quòd conuenit enti quatenus ens est semper ei conuenit, quotiescunque est ens, quemadmodum quod conuenit homini quatenus homo est, conuenit ei quotiescunque est homo, alioquin non conueniret ei quatenus homo, si aliquando esset homo, idque nõ haberet; sed natura ante mẽtis operam est ens, igitur ei conueniunt affectiones entis quatenus est ens, quare si genus & species sunt affectiones entis quatenus ens, citra mentis operam debent enti conuenire. Nec est quod aliquis confugiat ad uulgarem illam distinctionem, rem quæ est genus & species constare sine mentis opera, atque de huiusmodi re disputare primum Philosophum, rationem autem generis & speciei esse ens rationis, de quo disputat Logicus: hæc inquam distinctio hic locum non habet; Res enim quæ est genus, aut species non est affectio & accidens entis, sed ipsum ens. quis enim dicet animal esse accidens entis? at Arist. genus & speciem facit accidẽtia entis per se, de quibus disputet primus Philosophus: intelligit ergo ipsum esse generis & speciei, quæ uulgo dicitur secunda notio. Rursus ex diuisione superius proposita sumi potest alia ratio, partes eiusdem diuisionis debẽt esse eiusdem generis, cõprehenduntur enim sub uno diuiso, quod unã habet aliquo pacto rationẽ, sed ens diuiditur in uniuersum & singulare, at singulare est ens rei, & cõstat sine mẽtis opera. singularitas enim ens rei est, habetq; causã rei, ut ipsi fatentur; igitur uniuersum nõ potest esse ens rationis alioquin inepta profecto esset diuisio. Sed persequamur quod præcipuè hoc cap instituimus disputare. Vniuersum, ut diximus, est affectio entis cum disiũctione, scilicet uniuersum aut singulare. Ex ijs autem affectionibus, quæ cum disiunctione conueniunt & explicantur, quædam sunt, quarum una pars alteri rei conuenit, altera uerò alteri, nunquã autem ambæ eidem rei; ut par, & impar in numero: aliæ uerò sunt quarum utraque pars conuenit eidem rei, diuersa tamen ratione, quemadmodũ magnum

Duab' alijs rationib' demonstratur vniuersum esse: antemẽtis operam. 2. ratio.

Alia ratio.

magnũ & paruũ, ut docet Arist. in categorijs, eadem enim res est magna parua diuersa comparatione. Tales sunt multæ affectiones entis, ut unum & multa; nã idem ens est unum, & multa diuersa ratione, ut quod est unum genere, est multa specie; quod unum specie, multa numero; & quod unum actu ut continuum, multa potestate; unde unum per se sumptum reciprocatur cum ente, & ponitur inter affectiones, quæ simplici uoce explicantur. Talis affectio est idem & diuersum; Socrates enim est idẽ numero sibi ipsi, diuersus à Platone, idem cum Platone specie, diuersus ab equo. Sic etiam simile & dissimile, ut onum ouo simile, pici dissimile; sic idem est actu & potestate diuersa ratione, quod etiã docet Arist. cum multis in locis, tũ. 3. Physi. unde huiusmodi diuisiones nõ dicũtur esse in res diuersas, sed in rationes diuersas, qualis diuisio motionis in actionem & passionem. Ita se habent uniuersum, & singulare, eadem enim natura est uniuersa & singularis diuersa ratione; est natura uniuersa si sola & absoluta sumatur, eadem est singularis si sumatur cum indiuiduatione & proprietatibus singularibus. Vt si natura hominis sola sumatur, ut nihil in ea comprehendatur, nisi quod ad eius essentiam spectat, huic naturæ ita sumptæ accidit uniuersitas, quoniam est una propter unam rationem, quam habet; & est communis, quia multis potest communicari: si autem sumatur cum indiuiduatione & proprietatibus singularibus, est singularis, ut est Socrates aut Plato. Hinc efficitur ut res singularis, res uniuersa sint eadem res, tantùm differant ratione, ut idem est Socrates & homo, tamen alia est ratio hominis, qua homo est, alia Socratis, quà Socrates; homo enim est animal particeps rationis, Socrates autem quà Socrates est hic homo cum his proprietatibus singularibus. Per rationem autem non intelligo animi cogitationem, ut in superioribus admonui, sed rationem rei, quam quidam uocant formalem, nam sine ulla animi cogitatione & opera, homo & Socrates differunt ratione. Præterea hæc affectio uniuersum aut singulare non est proprietas huius, nec illius naturæ; non enim hominis nec animalis, sed ipsius entis, atque entis cum disiunctione, unde omnis natura aut uniuersa, aut singularis, uniuersa quidem si sola sumatur, singularis autem cum proprietatibus singularibus. Deinde affectiones entis ut anteà dixtmus non differunt re ab ipso ente, sed ratione, unde uniuersitas, & singularitas non sunt accidentia naturæ ab ipsa re uera distincta, ut candor ab homine, sed rationes quædam & modi naturæ, qui re ipsa sunt ipsa natura; uniuersitas enim est relatio quædam naturæ, quæ multis dicitur communicabilis, & ad multa refertur: singularitas est alia ratio qua in una re tantum numero continetur, nec potest multis conuenire. Quare facilè est intelligere quo pacto eadem natura sit uniuersa & singularis propter diuersas rationes, si enim uniuersitas esset accidens à natura diuersum, non posset propter solas diuersas rationes modo esse in natura, modo non esse, quemadmodum quia actio & passio non differunt re, eadem motio est actio & passio,

Universidad de Deusto
Biblioteca

& cum recipitur in patiente ita est passio, ut eo modo non sit actio. Sed quaratione dicatur natura sumi sola cum habet uniuersitatem sine mentis opera, dicemus cap. sequenti. Superest nunc explicemus si uniuersum & singulare sunt relata, quæ sit causa & fundamentũ huius relationis. Diu. Tho. in Opus. de Ente & Essentia dicit fundamentũ eius relationis, quæ intercedit inter attributũ & subiectũ, de quo dicitur, esse unitatẽ attributi & subiecti, quia scilicet sunt eadẽ res. Verũ id tantum constare potest in ijs, quæ dicuntur secundũ essentiã, ut sunt genus, species, & differentia, non in proprio & accidente, quæ re ipsa differũt à subiectis, de quibus dicuntur. Possumus igitur respõdere causam esse unitatem rationis, quam habet natura sibi propriam, distinctã à ratione subiecti, de quo dicitur. Nam quia natura humana habet unam & propriam rationem distinctam à ratione Socratis & Platonis, hinc efficitur, ut cùm non sit cõtracta per se ad unum, aut alterum singulare, possit multis communicari. Atque hæc ratio & causa omnibus formis uniuersi accommodatur.

Soluuntur rationes contrariæ, quibus probatur uniuersum mente fieri. CAP. 8.

NON satis esset nostram sententiam rationibus confirmasse, nisi rationes contrarias, quibus alij eam conantur euertere, depelleremus: adferũt enim aduersarij non paucas, quibus eadem opera suam probant sententiam, & hanc alteram improbant. Prima eorum ratio hæc est, Natura ut sit uniuersa debet esse abstracta à singularibus, abstrahitur autem opera intellectus agentis, igitur eius opera fit uniuersa. Respondendum est ueram esse propositionem, habere tamen hunc sensum, natura ut sit uniuersa debet esse abstracta à singularibus, & eorum proprietatibus, id est, non debet sumi cum proprietatibus singularibus, nec esse res singularis, sed debet sola & absoluta sumi. Exempli causa, homo uniuersus est abstractus, hoc est, homo uniuersus non est Socrates, nec Plato, sed homo absolute sumptus. Hic est sensus propositionis, non quòd natura reuera sit à rebus singularibus separata, ut idea Platonis; nec quòd eius species sit à phantasmate abducta. Assumptio tamen est falsa, non enim natura dicitur abstracta, quòd mente abstracta consideretur, nec propterea quòd species intelligibilis abstracta à phantasmate eam repræsentet separatam, sine singularibus; sed citra ullam mentis operam abstracta est, quia habet ex se suam propriam rationem, in qua non includit res singulares, nec earum proprietates; ut homo dicitur abstractus à singularibus hominibus, non quòd reuera non sit in ipsis, sed quoniam habet suam propriam rationem, quæ est esse animal particeps rationis, in qua non comprehendit Socratem neque Platonem, non enim de essentia hominis est Socratem aut Platonem esse. Nam si de essentia hominis esset Socrates, semper & ubiq; esset Socrates. Vnde dicitur abstractus à singularibus secundum essentiam, non quod sit de essentia hominis non esse in Socrate, sed quia, ut dixi, nõ est de

Soluitur prima ratio.

est de essentia hominis esse in Socrate. Hanc autem abstractionem habet citra ullam mentis operam, neque enim mens nostra efficit, ut homo habeat ex se suã propriam rationem, & in ea non includat Socratem, neque Platonem. Quemadmodum materia prima dicitur ex se denudata omni forma, non quòd reuera non habeat semper aliquam formam, sed quia ex sua natura nullam habet propriam, habetq; materia talem naturam citra mentis operam. Sic etiam res mathematicæ dicuntur abstractæ à materia sensili, quamuis in ipsa existant, quia in sua propria ratione & essentia non comprehendunt materiam, in qua sunt, neque motum, ut Arist. docet. 2. Physi. cap. 2. nam in ratione & definitione triãguli non continetur ferrum, nec lignum, nec ulla alia sensilis materia, idq; habet triangulum sine mentis opera. Ad eundem modum dicitur genus non habere in se differentias diuidentes actu, sed potestate; non quod reuera sit animal, quod actu nec sit particeps rationis, nec expers, sed quia in sua essentia nullam includit differentiam diuidentem, sed solas constituentes; neque id habet ex mente, mens enim nostra non tribuit rei, quod sibi conuenit secundum essentiam, nec aufert quod non conuenit, sed ante mentis actionem iam res ex se talis est. Demum omnis natura superior est hoc modo secundum essentiam abstracta ab inferioribus præter mentis operam, quia habet in se suam propriam rationem essentialem, in qua non comprehendit res inferiores sibi subiectas. Quod autem natura non habeat huiusmodi abstractionem ex mente, immo uerò mens eam accipiat ab ipsa natura, hac ratione fit manifestum. Mens nostra non potest intelligere hominem sine animali, tamen potest intelligere animal sine homine, causa certè non alia est, nisi quia in essentia hominis continetur animal, in essentia uerò animalis non continetur homo: non igitur propterea animal dicitur abstractum ab homine, leone, & alijs formis, quòd mens abstractũ ipsum consideret, aut species intelligibilis abstractum ipsum referat; sed potius contrà propterea mens ita considerat animal abstractum, & species tale ipsum refert; quia in se abstractũ est ab illis. Quòd si qui dicant in natura non esse huiusmodi abstractionem, sed fundamẽtum abstractionis, falluntur maxime, nam hæc sola est abstractio naturæ, intellectus uerò intelligit hãc abstractionem, nõ facit. Quẽad modũ, ut utar eodem exẽplo Diui Tho. nõ propterea color in pomo diuersus & separatus est ab odore, quia uisus uidet colorẽ sine odore; sed cõtrà propterea uisus uidet colorẽ sine odore, quia in se est aliud genus accidẽtis diuersum ab odore. Hoc est, quod in superioribus dixi, mentẽ nostrã nihil efficere in rebus, sed res ut sunt intelligere, id est, nõ propterea res esse tales, quia tales considerãtur, sed cõtrà tales nos habere de ipsis cõsiderationes, quia in se ita sunt affectæ. Eodem modo quia res mathematicæ in sua ratione nõ comprehendunt materiã sensilẽ, propterea mens nostra eas considerat abstractas, unde interdũ dicũtur separatæ intellectione, ut ab Arist. 2. Physi. cap. 2. non quod intellectio sit prima causa

lius abstractionis. Natura igitur, ut diximus, abstracta est à singularibus sine mentis opera, quia in se habet suam propriam rationem essentialem, in qua non includit singularia, atq; hoc modo dicitur absolutè sumi, cui hoc modo sumptæ accidit uniuersitas, hæc enim ratione sumpta multis est cõmunicabilis. Solutio. 2. ratio. Secũda ratio est Diui Thom. Natura ex se nõ est uniuersa, nec singularis, sed utrũq; sibi accidit; si enim ex se uniuersa esset, semper & ubiq; esset uniuersa, similiter si ex de singularis esset: neutrũ autem habet semper, & ubiq; unde fit ueiuersa ab intellectu. Hanc rationem multi tam firmam existimarunt, ut ea sola adducti sint in eam sententiam, ut uniuersum mente fieri putarent. At ex omnibus rationibus hæc est quæ omnium facillimè soluitur. Si propositio habeat hũc sensum natura ex se, id est ex sua essentia non est uniuersa nec singularis, uera quidem est, neutrum enim sibi conuenit secundum essentiam, sed utrumque est accidens, non tamen inde sequitur ab intellectu id sibi accidere, nam citra intellectum habet utrumque. Quemadmodum homo ex se & ex sua essentia neq; est albus, neq; non albus, non tamen inde sequitur sine mentis opera non esse album neque nõ album, cùm sint hæc contradicentia. Si autem propositio habeat hunc sensum, natura ante mentis operam non habet in se ut sit uniuersa, nec singularis, falsa est, nam in se iam illud habet, ut est demonstratum, quoniam est affectio entis. Soluitur. 3. ratio. Sed adiungũt aliam rationem, si uniuersitas esset proprietas naturæ, ubicumq; est natura, haberet hanc proprietatẽ; atqui natura, quæ est in Socrate non est uniuersa, sed singularis, quare non est hæc proprietas rei ipsius naturæ, sed rationis. Respondendum est uniuersitatem non esse proprietatem huius aut illius naturæ, ut anteà diximus, sed entis, aut naturæ communiter sumptæ, atque esse proprietatem cum distinctione, unde ubicunq; est natura, est uniuersa, aut singularis: uniuersa quidem est si sola sumatur abstracta à proprietatibus singularibus ubicunq; sit, natura enim solis quamuis tantùm sit in uno singulari, si abstracta sumatur uniuersa est; qua uerò ratione sumatur abstracta sine mentis opera explicatum est antea: si tamen sumatur cum proprietatibus singularibus est singularis: quoniam igitur natura, quæ est in Socrate sumitur cum proprietatibus singularibus Socratis, propterea singularis est. Soluitur. 4. ratio. Tamen urgent alia ratione, omnia accidentia rei sunt propria, aut cõmunia, quæ sunt propria prius dicuntur de rebus uniuersis, post de singularibus: communia uerò prius de singularibus, deinde autem de uniuersis, unde in omnibus quæ dicuntur de attributo dicuntur de subiecto, & quæ de subiecto, dicuntur etiam de attributo: si igitur uniuersum esset accidens rei, cùm genus dicatur de animali, diceretur etiam de homine; & species quæ dicitur de homine, diceretur de Socrate, itaque Socrates esset species, & homo genus. Miror quosdam tantam ponere uim in hoc argumento, cum sit in eo fallacia accidentis; nihil enim aliud est fallacia accidentis, ut Arist. docet tum. 1. lib. reprehensionum sophisticarũ cap. 4. tum. 2. cap. 4. quàm

quàm existimare quidquid conuenit attributo conuenire subiecto, aut contrà, unde oriuntur huiusmodi fallaciæ cognosco Coriscum, Coriscus est uestiens, ergo cognosco uestientem: Coriscus est sutor, & Coriscus est bonus, ergo est sutor bonus. In ijs enim tantum quæ dicuntur secundum essentiam, ut Aristo. docet tùm loco citato, tum in categorijs, quod dicitur de attributo, dicitur de subiecto, in alijs non item, sed potest aliquid dici de genere, quod non dicatur de specie, atq; de specie, quod non dicatur de singularibus. Relatum esse dicitur de scientia, nõ tamen dicitur de Grammatica, nec de ulla alia specie scientiæ, ut Arist. docet in Categoria Qualitatis; relatio uerò scientiæ ad id quod scitur relatio rei est. Esse multa specie dicitur de quouis genere, ut de animali; & esse multa numero de quauis specie, ut de homine; non tamen dicitur de singulis animalibus, nec singulis hominibus, cum sit hæc multitudo ens rei, nec enim mens efficit ut homo sint multi homines numero. Præterea continuo conuenit per se diuidi in infinitum, at si sumatur in aliqua re naturali, non potest ei conuenire, ut diuidatur in infinitum, caro enim nõ potest diuidi in infinitum, nec os, nec lignum, nec ulla res naturalis: quare nõ quidquid conuenit per se alicui attributo, conuenit ei ubicunque ponatur. Caietanus respondet, diuidi in infinitum non conuenire continuo per se in aliquo modo dicendi per se, sed non repugnare continuo, qua continuum est diuidi in infinitum, quemadmodum non repugnat animali quà animal est esse expers rationis, non tamen conuenit per se animali, unde nec conuenit omni animali. Verum quod pace tanti uiri dixerim, maximè falsum est quod dicit, Arist. enim. 3. Phys. cap. 1. & 1. lib. de Cœlo cap. 1. docet continũ definiri quod est diuiduum in infinitum, hancq; esse propriam eius rationem, non igitur potest hoc ei conuenire per solam non repugnantiam, ut ipse loquitur, alioquin non poßet continuum per id definiri, nam ineptè quisquam definiret animal corpus uiuens expers rationis, quoniam hoc ei non repugnat. Deinde etiam si conueniat per non repugnantiam semper urget ratio, nulli enim continuo, quà continuum est, repugnat in infinitum diuidi, repugnat autem omni subiecto, in quo reperitur; nam semper reperitur in subiecto naturali. Itaq; ad uim argumenti simpliciter est respondendum negando propositionem, omne accidens rei quod dicitur de attributo dici quoque de subiecto. Sed cum multa sint accidentia quæ si dicantur de attributo, dicuntur etiam de subiecto, ut capax disciplinæ de homine, & singulis hominibus, docendum est quare in his id nõ ita eueniat. Ratio est, quia speciem esse cõuenit homini ut absolutè sumitur abstractus à singularibus; Socrates autem est homo contractus & cum proprietatibus singularibus coniunctus, propterea attributum species, quod dicitur de homine, non dicitur de Socrate. Eadem est in alijs ratio; unde uniuersitas non potest dici de subiecto cum nota uniuersa, non enim omnis homo est species, quia nota uniuersa distribuit subiectum in omnia singularia, efficitq; ut pro unoquoq; singulari su-

Universidad de Deusto
Biblioteca

lari sumatur. Itaque non sequitur Socrates est homo, homo est species, ergo Socrates est species; sequitur uerò, ut ait Paulus Venetus, ergo Socrates est aliqua res, quæ est species, id est, ei conuenit attributum, quod est species. Quemadmodũ non sequitur passio est motio, motio est actio, ergo passio est actio; sed passio est res, quæ est actio. Demum uniuersitas est ratio formalis, quæ facit genus esse genus, & speciẽ esse speciẽ, unde quamuis dicatur de attributo nõ dicitur de subiecto, alia uerò accidentia non sunt huiusmodi. Sic etiam aliqua sunt accidentia, quæ dicuntur de singularibus, non tamen de uniuersis, ut esse individuum & singulare, esse hypostasim seu personam, & similia: Nam homo uniuersè sumptus dicitur sedere, quia Socrates sedet, nõ tam dicitur individuus nec persona, quoniam hæ sunt proprietates rei singularis quà singularis est. Ex his soluitur ratio Scoti quã adfert. 7. Metap. q. 18. cui per se conuenit subiectũ, ei conuenit affectio subiecti, cùm igitur homo per se cõueniat Socrati, ei cõueniret species, si esset actio rei ipsius hominis, eadem ratione uti possumus aduersus ipsum Scotum, nã ipse fatetur ante mentis operam homini conuenire esse communem, quod non conuenit Socrati. Iam igitur satisfactum est huic rationi, homini conuenit esse speciem absolutè sumpto & abstracto, qualis homo non est Socrates. Nituntur etiam hac ratione hanc refellere sententiam, si uniuersum esset ens rei, contineretur in aliqua categoria. Cui ex ijs, quæ superius dicta sunt facilè est respondere; affectiones entis, quamuis sint entia rei, non pertinent ad unam certam categoriam, sed uagantur per omnes; uniuersum igitur & singulare cùm sint affectiones entis, non in una definita categoria, sed in omnibus collocãtur, in omnibus enim sunt genera, species, & singularia. Sed duobus modis dicitur ens rei, uno quod est subiectum affectionum, hocq; distribuitur in decem categorias: altero affectio entis: uniuersum non est ens rei primo modo, sed secundo, ut affectio. Vtuntur præterea hac ratione, quidquid est in rerum natura est singulare, quod inductione deprehẽdere licet, igitur re uera nihil est uniuersum. Primum negare possumus antecedens, nam si iudicio Aristote rerum aliæ sunt uniuersæ, aliæ singulares, falsum est omnia singularia esse. Inductio nihil efficit, hæc enim inductio Socrates est singularis, Plato singularis, ac ita singuli homines, ergo omnis homo est singularis, tãtùm probat præter singulares homines nõ esse aliũ uniuersum ab ijs re ipsa distinctũ, quod quidem uerũ est; tamẽ est uniuersus, qui differt ratione: nam quia omnes singulares homines sunt unus homo participatione speciei & ratione, huiusmodi unus homo, qui per suam rationem, ut diximus, est abstractus à singularibus sine mentis opera, est etiam uniuersus sine mentis opera. Tum quia subiectum huius propositionis omnis homo est singularis, cõstat nota uniuersa, distribuitur in omnia singularia, nam habet hunc sensum omnes singuli homines sunt singulares, unde ipsa est uera, & hæc etiã altera, nullus homo est uniuersus; non tamen inde sequitur sine mentis opera non esse uniuersum

Soluitur ratio Scoti.

Soluitur. 5. ratio.

Soluitur. 6. ratio.

uersum hominem. Deinde possumus concesso antecedente negare consecutionẽ: nam quemadmodum non sequitur, omne ens est unum, quia reciprocantur, ergo nullum ens est multa, idem enim est unum & multa diuersa ratione; neque sequitur omnis motio est actio, ergo nulla motio est passio: sic etiam non consequitur omnia sunt singularia, ergo nihil est uniuersum, quia eadem natura est uniuersa & singularis: uniuersa quidem si nuda & auulsa sumatur à proprietatibus singularibus; singularis uerò si sumatur cum proprietatibus singularibus; cúmque citra mentis operã utrunq; habeat, ut diximus, citra mentis operam est uniuersa, & singularis. Sed adiungũt aliam similem rationem; quidquid est in singularibus, est singulare, omnis natura est in singularibus, omnis igitur natura est singularis. Si hæc ratio aliquam uim haberet, eadem euerteretur uniuersum, quod ipsi mente constituunt: id enim uniuersum postquam iam mentis opera factum est, adhuc est in singularibus. Respondendũ igitur est rationi quod est in uno singulari sumptũ cum proprietatibus singularibus, esset singulare, tamen quod est unum in multis non posset singulare esse. Demonstratum autem iam est in superioribus absque mentis opera esse naturam unam in multis. Non cessant ad confirmandas has propositas rationes alias adferre, sed hanc præcipuè. Quidquid est in rerum natura aut genitũ est, aut à Deo creatum, at quidquid genitum, aut creatum est, singulare est, nihil ergo est uniuersum. Hanc etiã rationem putant ipsi maximas habere uires, quæ re uera debilissima est. Quidquid enim per se generatur, aut creatur singulare est, quoniam actiones, ut ait Arist in singularia feruntur; per accidens tamen dicuntur gigni, aut creari uniuersa propter singularia. Quemadmodum enim dicimus hominem sedere, quia Socrates sedet, & hominem curari per accidens, quia per se curatur Socrates, qui est homo, ut Aristo docet; sic dicimus hominem gigni aut creari, quia singularis homo gignitur, aut creatur. Verum penitius adhuc est considerandа hæc ratio; si uniuersitas accidens rei est, ipsa per se debet esse genita, aut creata, unde res uniuersa per se genita erit aut creata. Sed huic etiam facilè est satisfacere, affectiones entis, quia re non differunt ab ipso ente, per se neque genitæ sunt, nec à Deo creatæ, sed per accidens ad creationem entis; Deus enim per se non creauit unitatẽ entis, nec bonitatem, nec ueritatem: sed per se creauit res ipsas, sic tamen, ut ipsas consequerentur tales affectiones, creauit ergo naturas eiusmodi, ut una natura sub una ratione multis esset communicabilis. Vnde existimamus à prima rerum constitutione constare uniuersa. Adde quod uniuersitas est relatio quædam, nullius autem relationis, iudicio Arist. est generatio, nec motio. Sed huic rationi alia proxima adiungi potest, si uniuersitas ens rei est, debet habere causam aliquam propriam rei, cur huic, & illi naturæ conueniat. Iam in superioribus responsum est huic rationi, præsertim in fine. 7. cap. Proprietates igitur in subiecto ubi sunt, habent sui causam, oriuntur enim à principijs subiecti. Cau-

1. Metap. c. 1

1. Metap. c. 1

Soluitur. 8. ratio.

Soluitur. 9. ratio.

di. Causam singularitatis seu indiuiduationis esse in ipso ente fatentur omnes, etsi non omnes conueniant quænam ea sit; nam Diuus Thomas putat esse materiam signatam, alij formam singularem, uel ultimum actum formæ. Causa uerò uniuersitatis est naturam esse abstractam secundum essentiam ab inferioribus sibi subiectis, ut diximus in superioribus, nam quia in sua ratione non comprehendit ullam rem inferiorem, inde nascitur ut non uni tantùm rei, sed multis possit conuenire, atque hæc est communitas naturæ. Verùm adhuc superest quidam scrupulus, omne accidens rei singulare, debet esse in uno subiecto singulari, sed uniuersitas cuiusque rei uniuersæ est singularis, igitur si esset accidens rei, deberet esse in subiecto singulari: cùm enim genus, & species, differētia, proprium, & accidēs sint species uniuersi, quæuis earum habet sua indiuidua & singularia, ea sunt hoc genus, & illud genus; hæc, & illa species, quare notio speciei in homine singularis est. Vnde si hæc notio esset ens rei; deberet homo singularis esse. Respondendum est, cùm accidens non differt reipsa à subiecto, quamuis singulare sit, nō esse necessarium existere in uno subiecto singulari; ternarius enim, quo numerantur tres homines, singularis est, nec tamen est in uno subiecto singulari, sed in tribus. Vnde multi existimant numerum re ipsa non differre à rebus numeratis, quorum sententia probabilis est, nec tantùm reperitur numerus in multis subiectis singularibus, sed etiam in uniuersis; nam ternarius quo numeramus tres species trianguli, singularis est; & denarius, quo numeramus decem categorias: nec refert an hūc numerum sit ex categoria quantitatis, an transcendens, satis est esse ens rei, quod plurimi fatentur. Sic igitur quoniam uniuersitas re non differt à natura, sed est tantùm relatio quædā naturæ, potest singularis uniuersitas esse in subiecto communi; satis enim est ea ratione, qua est subiectū unius uniuersitatis, sit unum & indiuisum. Atq; hac forsan ratione adductus Scotus dixit obiectū unius intellectionis esse unum numero, iam tamen dissoluta est ea ratio, quamuis enim intellectio singularis sit, & species intelligibilis singularis, atque uniuersitas singularis, non propterea natura subiecta est singularis. Sed adiungit Scotus tres alias rationes. Prima est si uniuersum esset in rebus absque mentis opera, sensus cognosceret ipsum uniuersale tanquam proprium obiectum. Respondendum est uniuersum esse obiectum sensus, ut Aristo. docet. 2. de Demonst. cap. 18. ipsum autem sensum actu tantū sentire singulare, quamuis uniuersum reuera sit in rebus: causa est, quia natura, ut diximus, ut est in hoc, aut illo singulari, est singularis; uniuersa uerò est quatenus per suam propriam rationem est auulsa à singularibus: sensus igitur cognoscit naturam existentem solum in hoc, aut illo singulari, propterea percipit solùm res singulares; non autem cognoscit naturam per suam rationem esse auulsam à singularibus, id enim sola mens percipere potest, propterea solus intellectus cognoscit uniuersum. Non tamen inde sequitur sola intellectus opera constare uniuersum, & naturam superiorem

Soluitur. 10 ratio.

Soluitur. 11. ratio.

periorem mente esse abstractam ab inferioribus. Arist. namq; docet. 8. Metaph. cap. 1. solam rationem intellixisse materiam & formam esse substātias diuersas, nam certè sensus id capere non potest, tamen inepte inde colliges sine operatione materiam & formam non esse substantias diuersas. Multa enim sunt in rerum natura, quæ sensus assequi non potest, sed sola uis intelligendi. Altera ratio est, si uniuersum esset in rebus sine mentis opera, nō esset opus intellectu agēte. Dicendum est intellectum agentē non esse necessarium ad constituendum & efficiendum uniuersum, sed ad ipsum intelligendum. Quamuis enim natura sit iam in rebus uniuersa, habeatq; uim mouendi intellectum per suam essentiam, nam essentia, ut in superioribus diximus, est proprium obiectum intellectus: tamen intellectus dum est in corpore non potest quidquam intelligere, nisi accipiat species per sensus: ipsi uerò sensus, ut diximus, non cognoscūt nisi singularia unde accipiūt species, quæ tantùm repræsentant res singulares & sensiles, propterea igitur est necessarius intellectus agens, qui illustrando speciem sensilem educat inde speciem intelligibilem, qua mens possibilis rem ipsam intelligat. Vnde illustratio intellectus agentis, & abstractio speciei intelligibilis magis est necessaria propter phantasma, quā propter naturam: nam substantiæ spiritales & animæ separatæ, quia non accipiunt species à sensibus, nec intelligunt per phantasmata, non indigent intellectu agente. Nec obest quod Aristo. dicit. 3. de Anima cap. 4. res quæ habent materiam non esse actu intelligibiles, sed potestate, non enim dicit naturam ex se non habere uim mouendi intellectum, sed nō posse actu intelligi, donec sit abstracta eius species intelligibilis & immaterialis, quæ referat nudam naturam. Quemadmodum cap. 5. dicit lumen efficere quodāmodo, ut colores potestate, sint colores actu, nō quin in tenebris sint reuera colores, sed quia efficit ut actu uideri possint. Tertia ratio est, si natura esset uniuersa in rebus propter rationem explicatam, tot essent uniuersa, quot singularia, nam in unoquoque singulari habet hanc uim, ut non sit per se definita ad illud singulare. Facilè est respondere, natura dicitur uniuersa quatenus abstracta, id est, quoniam habet suam propriam rationem, in qua non includit proprietates singulares; at uerò iuxta hanc rationem est una in omnibus: si enim à natura humana auferatur singularitas, qua cōtrahitur ad solum Socratem, aut Platonem, nihil superest, quo distinguatur natura Socratis à natura Platonis, nihil enim aliud est auferre à natura Socratis singularitatem, quàm auferre ut sit hæc natura, quòd si hoc auferatur, & maneat nuda natura, quà talis est, non est una in Socrate, & altera in Platone, sed una in omnibus. Afferunt etiā nonnulli ad confirmandam uulgarem hanc sententiam diuisionem uniuersi, quam tradit Ammonius in Commentarijs in Porphyrium, scilicet in uniuersum ante multa, in multis, & post multa. Vt uniuersum ante multa sit idea Platonis in mente opificis; uniuersum in multis natura, quæ in rebus est potestate solum

Soluitur. 12. ratio.

Soluitur ratio. 13.

Soluitur ratio. 14.

Universidad de Deusto
Biblioteca

uniuersa; uniuersum post multa seu posterius genitũ eadẽ natura subiecta notionis uniuersitatis, & mẽtis functione à rebus singulis auulsa. Sed ex eode Ammonio constat quàm malè accipiãt hãc diuisionẽ; Ammonius enim per uniuersum in multis intelligit ipsam naturã reuera uniuersam, per uniuersum aũt posterius genitũ, nõ eandẽ naturã, sed speciem naturæ in animo insidentẽ. Quæ sanè diuisio nostrã potius, quàm ipsorũ confirmat sententiã. Sic enim habet Ammonius. Si Deus cognouit quæ fecit, in ipsorum formas esse perspicuum est, atque hæc forma ante multa & auulsa à materia dicitur. Atqui hominis species in unoquoque homine est, unde in multis, nec auulsa à materia dicetur. At cum singulos homines animo conspicimus, & eãdem in unoquoque formam, atq; effigiem uidemus, illa effigies in mente nostra insidens post multa, & post genita dicetur. Deinde paulò post, poterit hæc à corpore separari, cùm non in corpore, sed in anima inhæreat. Eodem modo accepit hanc diuisionem Proclus. 2. lib. Commentariorum in primum Elementorum, ubi docet etiam duplex esse uniuersum in multis, unum in rebus sensilibus; alterum in ijs, quæ imaginatione comprehenduntur: nam quia non tantùm in rebus sensilibus sunt uariæ circulorum formæ magnitudine & materia differentes, sed etiam in imaginatione habemus conceptas diuersas formas circulorum, duplex est circulus uniuersus, unus continens sensiles circulos, habens in omnibus eandem rationem, alter, qui circulos imaginationis complectitur.

Explicantur loca Aristo. unde quidam probant uniuersum fieri mentis functione. CAP. 9.

NON tantùm rationibus, sed testimonijs etiam Arist. probare conantur uniuersum ab animo fieri, adeo ut pro certo habeant Arist. primũ huius sententiæ autorem extitisse. Nos tamẽ demonstrabimus in ijs locis, quos ipsi adferũt nihil minus sensisse Aris. quàm uniuersum animi functione cõstitui. Primũ ergo testimonium adferunt ex. 2. lib. de Demonstra. cap. ult. ubi dicit Arist. uniuersum esse unum in multis, ac unum præter multa, hancq; putant esse uniuersi definitionem tradtiam ab Aristote. Sed dicitur unum præter multa quoniam actione intellectus auellitur à rebus singularibus, iudicio igitur Aristo. fit uniuersum mentis opera. Primùm nequeo satis mirari cùm Aristo. tot in locis definiat uniuersum de quo nũc agimus, cur acceperint eam definitionẽ, quam Arist. nunquam tradidit tanquam uniuersi definitionem. Nam eo loco Arist. per uniuersum non intelligit hoc uniuersum, de quo nunc disputamus, quod est attributum commune & simplex, sed principium & pronuntiatum uniuersum, quod est compositum. Docet enim eo loco quemadmodum artium & scientiarũ principia nobis cognoscantur; dicitq; ex sensu cognosci, nam ex sensu, inquit, fit in nobis memoria, ex memoria sæpe repetita eiusdem rei, fit experientia, rursus ex ipsa ex-

Explicatur primus locꝰ

ipsa experientia, uel ex omni uniuerso in animo conquiescente, quod est unum præter multa, quódque in omnibus illis unum & idem est, artis principium & scientiæ. Quod hoc exemplo explicãt interpretes, quia sensu deprehẽdimus hoc helleborum purgare bilem in Platone, rursus aliud helleborum purgare bilem in Socrate, deinde in Arist. idq; sæpe experimur ac memoria retinemus, colligimus animo hoc uniuersum pronuntiatum, omne helleborum purgat bilem, quod in arte medica principij loco habetur. Hoc ergo intelligit per uniuersum in animo conquiescens, dicitq; esse unum in omnibus, quia in omnibus singularibus uerũ est, ac unum præter multa, quia diuersum est, ut ait Philoponus, à particularibus; est enim notio impressa in animo. Idem omnino docet. 1. Metaphy. cap. 1. ubi hoc uneuersum in animo conquiescens unam de similibus existimationem appellat. Quid igitur hoc uniuersum ad illud de quo sermo est, quod est simplex attributum? uerumtamen possumus etiam hoc idem accommodare ad simplex uniuersum; nam Aristo. eodem capite idem statuit de uniuerso simplici, ait enim ex uno stante singulari fieri in animo uniuersum; non tamen propterea sentit fieri naturam uniuersam mentis opera; nam eo loco per uniuersum in animo nõ intelligit naturam ipsam uniuersam, sed speciem aut notionem naturæ: nõ enim docet ibi quo modo fiat uniuersum, sed quo pacto à nobis cognoscatur: dicitq; cognosci accepta specie uniuersa à singularibus per sensum, contra Platonem qui à natura rerum omnium species in animo nostro impressas esse putabat; unde cõcludit prima principia inductione esse nobis necessariò cognoscenda. Adde quod si propterea dicitur uniuersum præter multa, q. auulsum sit à singularibus, cùm iam antea demonstrauerimus citra mẽtis fuctionẽ esse naturam à singularibus separatã per suã rationem & essentiam, possumus libenter concedere nostrum uniuersum esse præter multa, ac ei uulgarem illam definitionem probè conuenire. Ex his facilè explicatur alter locus Arist. qui habetur. 2. lib de Anima cap. 5. ubi ait uniuersa quodammodo esse in anima: non enim dicit uniuersa animi auxilio constare, sed esse quodammodo in anima, quia nõ ipsa uniuersa, quæ de multis dicuntur, sunt in anima, ut ibi obseruat Simplicius, sed eorum species, quod apertiùs explicat ipse Arist. 3. lib. cap. 8. ubi ait lapidem non esse in anima sed speciem lapidis. Adferunt aliud testimonium, quod firmißimũ esse putant ex. 1. lib. de Anima cap. 1. ubi sic habet Arist. Animal uniuersum aut nihil est, aut posterius est similiter etiam si quippiam aliud commune prædicatur. Quem locum ita interpretatur Philoponus. Animal, inquit, uniuersum aut nihil est, quia reuera ut uniuersum & genus non existit in rerum natura, aut posterius est, quia posterius mentis opera generatur, nam hoc ipso constat, quòd intelligitur. Quam interpretationem secutus est Arabs interpretes Auerroes, qui adiunxit intellectum facere uniuersitatem in rebus. Eandẽ postea probauit Diuus Thomas, deinde alij permulti. Qui sanè locus uidetur huiusmodi sentẽ-

Explicatur. 2. locus.

Explicatur. 3. locus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tiam de constitutione uniuersi peperisse,pro certo enim habent id sensisse Arist. in hoc loco. Scio totum hũc locum, unde sumpta est hæc sententia,difficilem esse,uariasq; habere explicationes, tot fere quot interpretes: sed omnibus proculdubio antecellit interpretatio Alexandri Aphrodisæi uetustissimi, ac fidelissimi Arist.interpretis, quam explicauit tum in Commentarijs,quos edidit,in lib. de Anima,tum in Quæstionibus lib.primo. cap.11. Duas quidem affert eo loco, sed una est propria,genuina,& uerbis Arist.maximè accommodata. Ad quam exponendam intelligendum est in quibus est prius & posterius illud commune, quod de ipsis dicitur,non esse uerum genus, nec uerum uniuersum & commune, sed exigue & aliqua tantùm ex parte,atque homonymum magis quàm synonymum. Ea uerò dicuntur habere prius & posterius,ubi secundum pendet ex primo,tertium ex secundo, ac ita deinceps posterius ex priore,adeo ut sine priore posterius constare non possit. Vt uidere est in numeris, ubi ex binario pendet ternarius,nam sine binario ternarius esse non potest;rursus ex ternario quaternarius ac ita deinde. Eadem est ratio in figuris rectilineis,nam ex triãgulo, quæ prima est figura in hoc genere,pendet quadratum. In his igitur illud commune, quod de ipsis dicitur,non est uerum & proprium commune,nec genus. Quæ expressa est Arist.sententia.3.lib.Polyticorum cap.1.ubi sic habet,oportet autem ne nos lateat earum rerum,quarum subiecta specie differũt, atque eorũ aliud est primum,aliud secundum,aliud consequens, aut omnino, quod cõmune est nihil esse,(quà tales sunt) aut exiguè. Idem etiam sentit.3.Metaph cap 3. Quam sententiã secuti sunt omnes Græci interpretes, Alexãder Aphrodiseus in ea Quæstione,cuius antea meminimus, & in Commentarijs in libros Metaph. Ammonius in Commentarijs in Porphyrium; Philoponus in explicatione eius loci, quem nunc tractamus, animal uniuersum aut nil est, aut posterius est: atque in explicatione alterius loci in.2. lib.de Anima. cap.3. Themistius etiam,& Simplicius in eodem loco. In eadem sententia fuit Plato,& omnes,qui eius disciplinam amplexi fuerũt;unde in his nullã constituebant ideam communem omnibus formis, ut Arist.refert.1. Ethicorum ad Nicomachum cap.6. Causa huius rei est,ut ait Alexander, quia uerum genus est naturà prius quauis forma,ita ut ablato genere auferatur omnis forma,ablata uerò quauis forma,non auferatur genus,sed maneat totum in quacunque alia forma, ut uidere est in animalibus; in quauis enim animalis specie omnibus alijs de medio sublatis manet tota animalis natura: at in ijs quæ habent prius & posterius res contrà se habet,nam sublata prima specie, aufertur simul totum illud commune sublato enim binario aufertur protinus omnis numerus,nam certè si nulla essent duo, nullus esset numerus. Vnde in his illud commune est posterius naturâ, cùm totum pendeat ex prima specie: propterea aut nihil est eiusmodi commune, aut posterius est. Præterea uerum genus significat unam naturam & essentiam certam, & propriã rationẽ

rationẽ distinctam à natura priuata cuiusq; speciei, quam omnibus formis ex æquo impertit,quamq; habet in quauis specie totam & integrã, etiam si omnes aliæ auferantur species,ut cernere quoque licet in animalibus,quod breuiter subindicauit Arist.1.lib. Reprehensionum sophisticarum cap.11. ubi ait quæ omnibus sunt communia, esse quidem eadem, non tamen ita eadem, ut sint quædam natura & genus;quibus uerbis tacitè significat quod genus est debere esse quandam naturam. Animal enim significat unam naturam diuersam ratione à propria natura hominis,leonis, & alterius cuiusq; formæ: unde fit ut alia ratione homo sit animal,& alia sit homo. Est enim animal quia sensus particeps,homo uerò quia particeps rationis. In quibus autem est prius, & posterius illud commune,quod de ipsis dicitur,non significat unam naturam & rationem communem distinctam à natura singularum formarũ,sed in quaq; specie significat propriam naturam ipsius speciei, ut in numero uidere licet, ratio enim numeri est certa & definita unitatum multitudo, nam si qua esset multitudo infinita, ea non esset numerus, ut Aristo.sentit.3. Physi. cap.5. quia non esset numerabilis. Debet etiam sic esse definita ut nec unitas addatur,nec adimatur,alioquin mutatur species numeri,qua parte differt numerus ab aceruo, cui etiã si addantur aliquot pates,uel auferantur, non propterea mutatur eius species. Hæc autem ratio numeri non est una diuersa à propria ratione binarij, nec à ratione alterius speciei,sed in binario est ipsamet ratio binarij, & in ternario ratio ternarij, & similiter in alijs. Binarius enim constat definita unitatum multitudine, quia constat duabus tantùm unitatibus, hæc autem est propria ratio binarij, unde per eandem rationem est binarius, & numerus. Ternarius etiam constat certa unitatum multitudine, quia constat tribus tantùm, quæ est propria ratio ternarij,& sic in alijs. Nam talem esse rationem cuiusq; numeri docet Aristo.5. Metaphy.cap.14. Vbi dicit substantiam senarij esse semel sex: unde species numeri conueniunt quà numeri sunt, non unitate naturæ & rationis, ut species animalis,sed proportione;nam quemadmodum binarius est numerus & definita multitudo,quia constat duabus tantum unitatibus,sic ternarius,quia constat tribus tantùm,ac proinde numerus homonyma res dicitur à Græcis interpretibus. Id etiã apparet quia in uero genere ratio generis nõ dicitur de differẽtia speciei,nisi per accidens,hæc enim attributio est falsa rationale, quà rationale est sentiẽs, in his aũt dicitur,nã duæ unitates quatenus duæ sunt, certa & definita multitudo,causa est,quia eadẽ est in his generis & speciei ratio. Similis est ratio in alijs,quæ habent prius & posterius. Hanc sententiã apertè expressit Arist.3. Metaphy.cap.3. his uerbis,in quibus est prius & posterius,non potest quod in ipsis ineat esse aliquid præter ipsa,ut si numerorum primus est binarius, non est aliquis numerus præter species numerorum; id est,ut interpretatur Alexander, quod communiter prædicatur,ut genus nihil aliud est, quàm ea de quibus prædicatur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

dicatur. Exempli causa si numerorum prima est dualitas, nulla est numerialis natura præter dualitatem, & trinitatem, cæterosq; numeros. Neque significat his uerbis Arist. illud commune non esse ideam separatam, ut exponit Diu. Thom. nam idea ex sententia Platonis non est in ijs, quorum est idea, nec de ipsis prædicatur, uerba uerò Arist. habent quod in ipsis ineſt non est aliquid præter ipsa, non ergo potest intelligere non esse ideam separatam, alioquin ineptißime fuisset locutus quod in ipsis ineſt non est ab ipsis separatum, nam si in ipsis ineſt, qui potest separatum esse: uerum quidem est in his propter eaquod illud commune, quod de ipsis dicitur, non significat unam naturam diuersam à natura cuiusq; speciei. non posuisse Platonem unam ideam separatam, quæ illius cõmunis esset imago & causa, quemadmodum in alijs. Iuxta hanc sententiam dicit. 3. Physi. cap. 7. infinitum, quod dicitur in magnitudine, in motu, & tempore, non esse idẽ tanquam unam naturam; quod interpretantur omnes interpretes, non esse genus quoddam, rationem reddit ipse Arist. quia posterius dicitur ex priore, motus enim est infinitus, quia magnitudo prius est infinita, & tempus est infinitũ propter motum. Satis ergo constat hanc esse Arist. sententiam. Itaq; non est in his propriũ genus, sed quoniam habet quandam similitudinem generis propterea genus uocatur, quod uulgo dicitur genus logicũ, quòd aliquo modo ei conuenitat definitio generis tradita à Logico. Quod si id non est propriũ genus, nec significat unam naturam & essentiam, neque habebit unam definitionem essentialẽ, & accuratã. sed communem aliquã rationem imperfectam, & hominẽ, quemadmodũ id quod definitur. Vnde si eiusmodi res perfectè explicãda est oportet singulas species separatim definire. Ex his facile est locũ explicare. Cùm uarias proponat ibi Arist. quæstiones de anima considerandas, inter alias hanc etiam tradit an omnes animæ sint eiusdem speciei, an diuersæ, quod si diuersæ, an etiam differant genere, an sint omnes ei-sdẽ generis; ex hac quæstione alia proximè sequitur, quam ita exponit, cauendũ autem est ne nos lateat, utrum una sit ipsius animæ ratio, quemadmodũ animalis, an cuiusq; animæ sua sit definitio ab alijs diuersa, ut equi. canis, hominis, Dei. Id est, diligenter obseruandũ est an una sit cõmunis animæ definitio essentialis & accurata, quæ in singulis uim & naturã animæ probè declaret; quemadmodũ animalis una est essentialis definitio, cùm sit uerùm genus suarũ formarũ, si enim anima uerum esset genus, ut animal, haberet etiã propriam & essentialem definitionem diuersam à propria definitione & essentia cuiusque formæ. Deinde explicaturus alteram partem quæstionis debebat uti alio exemplo sumpto ex ijs, in quibus est prius & posterius; sed quia utitur eodem exemplo animalis, rem fecit obscuram, ut ait Alexãder: utitur tamen animalis exemplo, ut dicit idem Alexander pro ijs omnibus uniuersis, quæ habent prius & posterius. Itaque altera pars quæstionis ad hunc modum explicatur. An uerò non sit una ratio & essentialis definitio animæ, sed una tan-

una tantùm cuiusq; formæ. Nam si anima habet prius & posterius, non est uerum genus, nec habet unam essentialem & propriam definitionem; sed cuiusq; formæ suæ est tradenda. Quemadmodum si homo equus, canis, habeant ordinẽ prioris, & posterioris, habebit unusquisque suam propriam definitionem: animal autem uniuersum aut nihil est, aut posterius est, hoc est animal non habebit unam essentialem & perfectam definitionem omnibus communem, propterea quod non sit uerum genus, nec significet unam communem naturam: aut si commune appellandum est, erit commune quoddam posterius suis formis. Certè si animal haberet prius & posterius, non haberet unam definitionem, nec esset uerum genus. Deinde subiungit & similiter si quippiam aliud commune prædicatur, id est, quidquid est hoc modo commune ut habeat prius & posterium, aut nihil est, aut posterius est. Hæc est uera & genuina huius loci explicatio, uerbis Arist. maximè accommodata; nam illa de constitutione uniuersi quid quæso facit ad propositam quæstionem? Animaduertendum autem est Philoponũ usque ad uerba illa animal uniuersum, &c. eodem modo interpretari quæstionem, quo Alexander fuit interpretatus, in illis uerò uerbis diuertere ad alienam illam & impropriam explicationem nescio qua ratione adductum. Si enim amphora cœpit institui currẽte rota, cur urceus exit? Constat etiam illum esse uerum sensum quæstionis ex eo quòd idem Arist. quam ibi proponit quæstionem explicat in. 2. lib. cap. 1. iuxta hunc sensum; docet enim animam esse in ijs, in quibus est prius & posterius, quòd prima sit anima uegetans, deinde sentiens, quæ sine uegetante constare non potest; tum sequatur intelligens, quæ & uegetante & sentiente indiget, dum forma est corporis. Quare dicit eodem modo esse unam animæ rationem, quo ipsius figuræ; nam quemadmodum figura non est præter triangulũ, & alias sequentes species, sic nec anima præter species explicatas. Quibus uerbis non dicit non esse unam ideam figuræ à singulis figuris reipsa separatã, nec ideam animæ, ut quidam Latini interpretantur, quam falsam interpretationẽ obseruauit Simplicius: sed non esse figuram unam naturam & essentiam omnibus figuris æque communem, quæ sit uerum genus, ac proinde non habere unam definitionem essentialem & accuratam, sed communem aliquam explicationẽ. Sic etiam neque animam significare unam naturam & essentiam omnibus æquè communem, nec esse uerum genus: unde colligit ridiculum esse in his, & alijs similibus quærere cõmunem rationem. Nã ea definitio animæ, quam tradidit cap. 1. eiusdem lib. communis quædam est, & imperfecta explicatio, non absoluta, & essentialis definitio, ut ipse Aristote. in fine capitis fatetur, cùm ita concludit τύπῳ μὲν οὖν ταύτη διωρίσθω καὶ ὑπογεγράφθω περὶ ψυχῆς. Id est, Typo igitur & adumbratione quadam ad hunc modum definitum, atq; descriptum de anima sit; ubi duobus uerbis imperfectam esse definitionem declarat, primo cum dicit typo: Græci enim, ut alio loco docuimus ex Aulo Gellio, rudes

Universidad de Deusto
Biblioteca

& imperfectas definitiones typos appellabant. Deinde cùm dicit descriptũ sit, nam descriptio, quæ à Græcis ὑπογραφὴ uocatur, imperfecta quædam est definitio, & minimè accurata, ut Boëthius docet in libro de Definitione. Vnde cõstat quàm longè aberrent à ueritate, & sententia Arist. qui docent hanc animæ definitionem essentialem & accuratam esse. Tamen est obseruandum antequam ex hoc loco dicedamus ueram synonymiam & naturæ unitatem reperiri solùm in infima specie, quia singularia sub ea contenta essentiâ sunt maximè paria: in genere uerò quamuis non in omnibus sit prius & posterius, ita ut posterius pendeat ex priori, esse tamen in omnibus aliud perfectius, aliud imperfectius secundum essentiam: perfectius autem qua perfectius, prius est: unde nullũ genus significat tam perfectè unam naturam præter species, quàm species infima præter singularia, quod Arist. docet. 3. Metaph. cap. 3. Super est alius locus explicãdus: Arist. 7. Metap. cap. 13. docet nullum uniuersum substantiam esse, quod falsum uideretur si natura, quæ est substantia, extra mentis operà esset uniuersa. Respõdendum est Arist. substantiam appellare eo loco eam quæ per se existit omnino, qualis est singularis & integra, nullum autem uniuersum, qua uniuersum per se existit, sed in singularibus, est enim similitudo in multis singularibus existens, ut ait ibi Alexander: unde in categoria substantiæ uniuersa eius categoriæ appellat secundas substantias. Ex his omnibus facilè est explicare tres illas quæstiones Porphyrij. Prima ad hunc modum uniuersa non tantùm sunt animi nostri notiones, ac species, sed in rebus ipsis sunt reuera naturæ uniuersæ. Secunda an sint corpora, uel corporis expertia, distinctione explicanda est. Species animi nõ potest esse corpus: nec uniuersitas naturæ, quæ uulgò dicitur secunda notio; hæc enim tantùm est ratio naturæ, scilicet communitas, & similitudo, qua multa cõueniunt. Natura uero uniuersitate affecta in quibusdam corpus est. Nam si in categoria substantiæ corpus genus est omnium corporum, sub quo animata, & inanimata comprehendũtur, sub animatis autem animalia & stirpes, sub quibus rursus innumerabiles species continentur, non dubiũ est quin multæ uniuersæ naturæ sint corpora. Sed quidam existimant non posse uniuersum, qua uniuersum est, corpus esse: qui si intelligant ipsam uniuersitatem corpus non esse, uera prædicant; nam simili ratione dicit Alexander. 2. lib. Quæstionum, cap. 14. notionem communis corporis non esse corpus. Si tamen sentiant nullo modo naturam uniuersam corpus esse, decipiuntur meo iudicio. Rationes quibus adducũtur, haud magni sunt momenti. Dicunt enim quidam omne corpus tangi posse, uniuersum autem non tangi, nec uideri. Simili ratione poteram argumentari omne animal mouetur, comedit; uniuersum autem non mouetur, nec comedit, ergo nullum uniuersum est animal. Facilè igitur explicatur hæc ratio; quemadmodum color uniuersè sumptus est proprium obiectus uisus ex Arist. actu uerò non uidetur, nisi singularis color, sic corpori competit ut tangatur; nõ tamen tangitur reuera

Explicatur locus. 4.

Explicantur tres quæstiones Porhpyrij.

tur reuera nisi singulare corpus: facultates enim mouẽdi sensus, quæ sunt in obiectis nõ exercẽtur nisi in singularibus. Addũt alij alias rationes. Prima est, corpus additum corpori rem facere maiorem, attributa uniuersa non facere. Respondendũ est id uerum esse in corporibus singularibus, cùm diuersa corpora re ipsa distincta in unum conueniunt, naturæ uerò uniuersæ, quæ multæ de uno dicuntur, ut de Socrate corpus, uiuens, animal, homo, rem eãdem declarant. Præterea idem corpus non potest simul esse in multis; at uniuersum simul est unum in multis. Idem corpus singulare non est quidem simul in multis locis, uniuersum autẽ simul est in multis subiectis, quia non est unum numerò, nec est in ipsis tanquam in loco, sed quia de ipsis dicitur. Rursus corpus si diuidatur, non retinet eandem figuram, uniuersum autem diuisum in multa habet in ipsis eandem rationem. Respondendum est aliud esse diuidi corpus aliquod singulare, quod totum integrum dicitur, in partes constituentes, ex quibus componitur; aliud diuidi uniuersum in subiecta, de quibus dicitur. Vtuntur etiam hac ratione, omne corpus constat ex materia & forma; omne autem uniuersum est expers materiæ: sed quod assumunt falsum est, atque Arist. & Diuo Thomæ, immo omnibus Philosophis repugnans; nam ut homo singularis constat ex hac materia singulari, & hac forma; sic homo uniuersus ex materia uniuersè sumpta, & forma. Tandem uniuersum est ubiq; ex Arist. corpus tantùm in uno loco. Iam est dissoluta hæc ratio, corpus singulare in uno tantùm loco, corpus uniuersum in multis subiectis: dicitur autem ubiq;, quia ex se non est definitum aliquo loco. Tertia quæstio facilè explicatur; uniuersa nõ sunt à rebus singularibus separata, quales faciebat Plato ideas, sed in ipsis rebus sensilibus inhærentia, cùm ab eis re ipsa non distinguantur, sed sola ratione.

Quod peremptis rebus singulis auferantur uniuersa. CAP. 10.

NON abreuidebitur si ut finem imponamus propositæ quæstioni, illam etiam huic proximam disputemus, an peremptis rebus singularibus maneant adhuc uniuersæ naturæ: sunt enim in hac quæstione uariæ ac discrepantes philosophorum sententiæ. Nec est nũc animus expendere Platonis sententiã, qui constituit rerũ ideas sempiternas, & immutabiles, etiam si nullæ essent substantiæ naturales: sed tractanda quæstio est iuxta sententiam eorum, qui cum Aristo. fatentur uniuersa in singularibus tantùm inhærere. Quidam ergo existimant sublatis de medio rebus singularibus adhuc superesse naturas uniuersas adducti præcipue his rationibus. Prima petitur ex testimonio Aristo. qui primo lib. de Demonstra. cap. 24. dicit uniuersum semper esse & ubiq;: quod si periret ablatis rebus singulis, non esset perpetuum: singulis enim annis pereunt rosæ singulares, unde singulis annis periret rosa uniuersa Altera ratio est, enuntiationes essentiales atque omnino quæ sunt in primo, aut secundo modo dicendi per se, semper sunt ueræ, quia sunt necessariæ, igitur etiam si intereant omnes

1. ratio.

2. ratio.

res singulares, hæ sunt ueræ, homo est animal, animal est corpus, rosa est substantia, cùm rosa non est. Vnde constituunt hoc discrimen inter enuntiationes accidentales, & per se, quòd accidentales non sint ueræ, nisi rebus existentibus, quod etiam docet Arist. in tertia sectione categoriarum cap. de oppositis, ubi ait Socrate non existente hæ omnes enuntiationes esse falsas Socrates sanus est, Socrates ægrotat, Socrates uidet, Socrates est cæcus. Enũtiationes autem per se dicũt semper esse ueras etiam si res non existant, ut ante mundi constitutionem has fuisse ueras, Socrates est homo, homo est animal: quanquam in hac parte non omnes conueniant, sunt enim qui putant omnes propositiones subiecti singularis in ijs, quæ oriuntur & interunt esse contingentes, quòd tam diu ueræ sint, quandiu subiectum est in rerum natura. Tertia ratio perempta rosa manet in nobis scientia de rosa, manet igitur necessariò subiectum scientiæ, quia de non ente non habetur scientia, at qui subiectum scientiæ est uniuersum, manet igitur uniuersum. Alij uerò sentiunt sublatis singularibus simul tolli uniuersa, quorũ sententia est multò uerior, confirmaturq; primùm testimonio Aristo. qui in Categoria substantiæ aperte affirmat sublatis de medio primis substantijs nõ posse quidquam aliorum superesse: nec secundas substantias nec accidentia. Respondent tamen qui alteram partem tuentur, auferri uniuersa quoad existentiam, manere uerò quoad essentiam: uerum id facilè refutatur ex eodem Arist. qui tũ primo lib. Metaphy. cap. 7. tum 11. cap. 5. tum alijs in locis disputans cõtra Platonem dicit essentiam non posse esse absq; ea re, cuius est essentia; si ergo essentia naturæ uniuersæ est in singularibus, & est eorum essentia, ablatis singularibus nulla erit. Adde quod nihil potest re uera esse in rerum natura nisi existat, essentiam enim sequitur existentia, ut lumen solem; si igitur essentia siue singularibus non habet existentiã, nec ullo pacto esse poterit. Ad hæc omne ens præter Deum, ex sententia Diui Thomæ componitur ex essentia & existentia, tãquam ex potestate & actu: si ergo peremptis singularibus hominibus adhuc esset homo uniuersus, atque esset ens, componeretur utique ex essentia & existentia, at non habet existentiam nisi in singularibus, ut ipsi fatentur, ergò si sublatis singularibus non habet existentiam, nec potest habere essentiam. Quod si dicant sublatis singularibus, hominem uniuersum nõ esse ens, erit profecto nihil, ac proinde nihil supererit. Rursus essentia ut docet Arist. 7. Metaphy. cap. 6. est eadem res omnino cum ea cuius est essentia, ergo si res, cuius est essentia non est, nec essẽtia esse poterit. Præterea cùm Arist. docet in categoria substãtiæ cætera omnia aut dici de primis substantijs, aut esse in primis substantijs, sic illud confirmat, si animal de homine dicitur, est necesse de quodam homine dicatur, nam si de nullo singulari homine dicatur, nec de homine dicetur omnino; & si color est in corpore, debet esse in aliquo singulari corpore: unde colligit sublatis primis substantijs nihil aliorum remanere: ubi aperte significat, sublatis singu-

3. ratio.

1. ratio qua probantur vniuersa nõ esse sine singularibus.

2. ratio.

3. ratio.

4. ratio.

5. ratio.

6. ratio.

laribus

laribus hominibus, nec animal dici de ullo singulari homine, nec simpliciter de homine, ac proinde nullam esse reliquam essentiam, nec attributionem essentialem. Deinde qui potest uera esse hæc enuntiatio Socrates est animal, si Socrates nullus est? Nam Arist. capite de oppositis nulla alia de causa dicit Socrate nõ existente falsas esse hasce ambas enũtiationes, Socrates ualet, & Socrates ægrotat, nisi quia Socrates non est, eadem ergo ratione hæc erit falsa Socrates est animal, quod si omnis enũtiatio ubi animal dicitur de singulari homine est falsa sublatis singularibus hominibus, hæc etiam erit falsa ex Arist. homo est animal. Tum ex eodem Arist. attributum nõ potest uere dici nisi de subiecto in quo est, igitur si animal non est in Socrate eo mortuo, nec uerè dicetur de Socrate. Rursus si propterea uniuersa dicũtur manere, quia coniunctio extremorum uera est in omni attributione essentiali etiam si res non sint, eadem ratione dicerentur manere singularia, nam si hæc est uera Socrates est animal Socrate nõ existente, quoniã est attributio essentialis, & hoc nomine dicitur animal manere, quia est extremum huius ueræ affirmationis, eadem ratione maneret Socrates qui est alterum extremũ eiusdem attributionis; at quis dicet peremptis singularibus manere singularia? Eodem accedit quòd dicunt manere quia sunt obiecta intellectui, ac eorũ species manent in animo: eadem de causa manerent singularia, cùm eis sublatis maneat eorum species in animo & facultate imaginandi. Rationes quibus ipsi utuntur facile est explicare. Ad primam respondent quidam uniuersa esse perpetua ex Arist. quia singularia ex eodem Arist. sunt perpetua successione. Tamen hæc solutio, ut iam in superibus diximus, non est accommodata, quoniam ad hunc modũ ipsa singularia sunt perpetua, cùm per cõtinuam generationem semper sint aliqua singularia. Tum quia si hæc de causa perpetua dicerentur uniuersa, per accidens essent perpetua; at per se uult Arist. æterna esse. Adde quod causa cur uniuersa sint perpetua debet in omnibus uniuersis ualere; hæc autem de singularium perẽnitate tantum ualet in ijs, quorum singularia sunt continua, quæ nunquã deficiunt, ut in hominibus, & alijs eiusdem generis. Multa uerò sunt quorum singularia non semper extant, ut ea, quæ singulis annis pereunt, qualis est rosa: tum etiam ecclipsis lunæ, & solis, & alia similia, quæ statis solùm temporibus accidunt in cœlo; quæ omnia nihilominus semper esse dicũtur. Quod etiam hac ratione confirmari licet, quidquid uniuersum est, ac sub scientiam cadit, semper est ex Arist. 1. de Demonstra. cap. 7. & 24. ecclipsis est uniuersa, & cadit sub scientiam, igitur semper est, immo uerò expressè dicit Arist. eo loco cap. 7. ecclipsim semper esse: sed nõ potest semper esse propter perpetuam continuationem singulariũ, alia igitur causa quærenda est, cur dicatur semper esse. Diuus Thomas explicans locum illum cap. 24. lib. 1. de Demonstra. dicit uniuersa semper esse, & ubiq;, non quòd sint omni tempore & loco, sed per negationem, quia ex se non sunt definita aliquo tempore nec aliquo

7. ratio.

8. ratio.

9. ratio.

10. ratio.

Diluitur ratio.

Causa cur uniuersa sint æterna.

loco,ut singularia:uera quidem hæc sunt. Alij sentiunt uniuersa sempiterna esse quia per se nec oriuntur,nec intereunt: sed ex accidente ad ortum & interitū singularium.Sed uerior causa & Arist. maximè consentanea hæc uidetur esse. Vniuersa perpetua dicuntur, non quod sublatis singularibus adhuc uiuant,nec essentia, nec existentia; sed quia m quibus sunt,& quando sunt,semper habent unam & eandem rationem constantem & immutabilem, quam causam reddit Arist.1.lib.de Demōst.c.7.etsi breuiter,& obscurè; quæres enim qua ratione de ecclipsi lunæ,solis,& alijs rebus similibus,quæ nō semper sunt,sed statis quibusdā temporibus,sit demonstratio & scientia,quæ rerum est sempiternarum: respondet huiusmodi res & earum demonstrationes nō semper esse quàsingulares sunt, quatenus autem tales sunt,semper esse:hoc est,quateuus sunt uniuersæ & talem habet rationem.Ecclipsis enim lunæ semper est hoc modo non quod eo tempore, quo nulla est ecclipsis, sit eius essentia: sed quia quādo est,semper habet eandem rationem:ac fit per eandem causam,semper enim est priuatio luminis ob interpositam terram inter ipsam lunam & solem, perpetuoq; euenit ob hanc causam:propter hanc igitur rationis constantiam æterna dicitur ac habetur de ea scientia.Si enim nunc eueniret propter unam causam, deinde per aliam, nō esset res perpetua.sed casui subiecta, unde nec posset sub scientiam cadere. Ad eūdem modum rosa æterna est,non quod in hyeme rosa sit secundum essentiam, ut aiunt,sed quia cùm est semper eādem habet rationem & naturam, unam enim semper uim & rationem habuerunt rosæ præteritæ, eandem habebunt futuræ, pereunt itaq; singulis annis singulares rosæ, quæ non redeunt amplius,redit tamen semper eadem communis ratio;idemq; est de alijs iudicium. Quòd si dicant ita se intelligere uniuersa semper manere secundum essentiam, uera quidem sentiunt, sed admodum impropriè locuntur. Ad secundam respondendum est non quauis ratione ueras esse essentiales enuntiationes rebus non existentibus; cùm dicat Aristo.si animal de nullo singulari homine dicatur,nec de homine dici ullo modo; sed hac ratione explicatas ueras esse: si in hyeme, aut quo tēpore nullo est rosa proferatur hæc enuntiatio, rosa est substantia, uera est in hunc sensum,id quod est rosa, est substantia; hoc est, ipsa rosa cùm est, substantia est,non tamen est necesse rosa sit aut essentia, aut existentia,ut oratio sit uera,quemadmodum hæc oratio semper est uera,qui sedet nō ambulat,etiam si nemo tum sedeat; tantum enim significat eum qui sedet,cùm sedet non ambulare. Tales sunt hæ enuntiationes, qui timet Deum faciet bona: qui sequitur me,non ambulat in tenebris:qui sperant in te non confundentur, semper enim sunt ueræ. Siquis tamen in hyeme ita pronuntiet nunc rosa est substantia, falsa est enuntiatio, non quòd attributum repugnet subiecto,sed quia subiectum non est.si enim nulla est rosa,qui potest substantia esse?Itaque inter attributionem essentialem & per se,atque accidentariā hoc interest, quòd enuntiatio per se,quoties est subiectum,semper est uera,quia necessariò ei conuenit attributum: accidentalis uerò

Dilutur. 2.ratio.

Potest

potest existēte subiecto,ac esse falsa.Sed obijciunt quidā ex sententia Arist. uer esse hanc enuntiationem Homerus est Poēta, Homero non existente:dicit enim in libro de Interpretatione non sequi Homerus est Poēta,ergo Homerus est. Tamen si hæc enuntiatio uera est,non solum nobis,sed ipsis etiam id aduersatur,qui dicunt enuntiationes accidentium tantùm esse ueras rebus existentibus: immo uerò ipsi Arist.qui docet in cap.de Oppositis Socratem non existentem nec ualere,nec ægrotare:uerū satisfaciamus obiectioni.Ammonius dicit hanc enuntiatione esse uerā,Homer.est Poē. quia extat eius poēsis,ac proinde referri uerbum est ad poēsim,quæ extat,in altera uerò Homer. est referri ad personā Homeri,ac propterea esse falsam. Alij respondent uerā esse illam enuntiationem quòd Homerus per poēsim uiuat in animis hominū,qui ipsum concipiū tanquā Poëtam. Mihi tamen nō uidetur docere Arist. uerā esse hanc enuntiationē Home.est Poē ta;sed hoc tantū non licere ibi à coniunctis ad diuisa argumētari, quod argumē temur ab eo quod dicitur ex parte,ad id quod dicitur simpliciter:nam in prima enūtiatione dicitur uerbū est de Homero ex parte & per accidens, scilicet gratia attributi poēta:in secunda uerò dicitur simpliciter & per se, unde quamuis in hoc exemplo.si antecedens sit uerū,est necesse consequens sit uerū:quia nō potest Home.esse Poē.quin uiuat,illud tamen accidit causa materiæ,ut aiunt,tamē in alijs similibus potest esse antecedens uerū, & consequens falsum,ut nō ens est opinabile,ergo nō ens est. Verum adhuc supereſt alia grauior dubitatio: si nulla rosa existente hæc esset uera enuntiatio,rosa non est substantia,per conuersionē oppositionis hæc etiam esset uera,nō substantia nō est nō rosa, atqui hæc est falsa,nam eius cōtradicens est uera,omnis nō sustantia,est nō rosa,igitur illa prima semper est falsa,rosa nō est substantia. Hac ratione adducti quidam dialectici,ut refert Frāciscus Burana in Cōm. in Priora Analy.affirmarunt huiusmodi conuersionem per oppositionem uitiosam esse,& inconstantē, contra uerò ipse Burana,qui putat firmā esse conuersionē,ait hāc propositionē, rosa non est substantia,semper esse falsam,& contrariā uerā,etiā si nulla existat rosa. Sed huic dubitationi possumus primo respōdere hāc cōuersionem firmā esse tantū in rebus,quæ sunt. Boēth.enim,qui copiosè de ipsa disputauit,ita uidetur eā interpretari:recte,inquit,sequitur aliquod animal nō est homo,ergo aliquis nō homo nō est nō animal,quoniā aliqua res,quæ nō est homo,nō est non animal, sed est animal,ut equus,bos.Possumus etiā dicere ubiq; constantē esse conuersionē, atq; in proposito exēplo ex uero antecedēte uerū sequi consequens, si ea propositio rectè intelligatur.Iam enim cōstat ex ijs,quæ diximus,quo pacto sit uera hæc propositio rosa nō est substantia, est enim uera tantū cùm rosa nō est:nō quod substantia ex se repugnet subiecto,sed quia subiectū nullū est.Itaq; uera est in hunc sensum,rosa nō existens nō est substantia:q; si ita sumatur recta est cōuersio:aliqua rosa nō existens nō est substantia, ergo aliqua nō substātia nō est nō rosa nō existens,nam habet hūc sensum,aliqua nō substantia est rosa nō existens,rosa enim

non

Universidad de Deusto
Biblioteca

nõ existens perinde est ac hõ mortuus, quemadmodũ igitur hõ mortuus est non substantia, & aliqua nõ substantia est hõ mortuus, sic rosa nõ existẽs est nõ substantia, & aliqua nõ substantia rosa nõ existens. Hæc secũda solutio mihi videtur accõmodatior. Tertiæ rationi occurrendũ est nos habere scientiã de rosa nõ existente eodẽ modo, quo uera est illa propositio rosa est substantia; nõ enim habemus scientiã de rosa nõ existẽte quasi tũ talem habeat naturã, & tales affectiones, nam cum ea cognitio sit falsa, nõ potest esse scientia: sed quòd quãdo est, talis est: Simili ratione scit Astrologus, ac demonstrat lunã pati deliquiũ, cùm scilicet est in capite, aut cauda draconis; simpliciter tamẽ re perempta amittitur scientia, nõ quidem oblitione, sed quia res nõ est, ut Arist. decet. 8. Top. cap 2. Tamẽ urgent alij, nõ ens nõ potest intelligi per se, quia solũ ens est obiectũ intellectus, at cùm rosa nõ est, habemus deipsa perfectã cognitionem, eandem scilicet, quàm priùs, cùm erat, habebamus, ergo tum est ens. Respondendũ est duobus modis dici nõ ens, uno q. nec est, nec fuit, nec esse potest, quod quidẽ nõ ens nõ potest intelligi: altero modo quod fuit, habuitq; suã essentiã sed tũ m præsentia nõ est, ut rosa in hyeme, quale non ens potest perfectẽ intelligi, satis enim est maneat eius species in anima quemadmodum uis imaginandi percipit res absentes.

Soluitur. 3. ratio.

Deo laus, honor, & gloria.

Errata in contextu.

PAgina. 31 linea. 7. lege quippiã, nõ quipiam. Ibidem lin. 9 indefinitum, nõ indefinitũ pa. 53. li. 6. post verba vniuersum negãs adiũge inesse tãtùm declarãs. pa. 87. li. 12. nullũ x esse n, non nullũ x esse m. pa. 135. li. 7. suscipiũtur, nõ suspiciũtur. pa. 175. lin. 13 alicui inest, non alicui est. pa. 192. li. 14. fuerit, nõ fuerit. pa. 228. lin. 8. multæ, non multa pa. 235 li. 9 rationẽ, nõ orationẽ pa. 254. li. 8. inuersa, nõ vniuersa. pa. 279. li. 6. de ipso verò d dicitur a, nõ de ipso verò dicitur a. pa. 350 li. 8. nullũ c esse a, nõ nullũ b esse a. pa. 351. li. 18. nullũ c esse a, nõ nullũ b. pa. 360. li. 2. b esse magnũ, nõ b nõ esse. pa. 400. li. 2. aliquod b esse a, nõ esse c.

Errata in Paraphrasi & Scolijs.

Pag. 6 li. 23. dabat, nõ daret. pa. 11. li. 8. verbi, nõ nominis pa. 19. li. 18. ἰωαννίτιος nõ ἰωαννίκιος. pa. 20. l. 32. videãt, nõ viderẽt. pa. 25 li. 26. Ram^a, nõ Roman^a. pa. 32, li. 36. quã nõ quũ. pa. 36. li. 12. excidisse, nõ excedisse. pa. 40. li. 23. cap. 2. nõ cap. 10. pa. 64. li. 10. Scholiũ, nõ Scholia. pa. 68. li. 31. post hæc verba nulla colligi potest cõclusio, adiũge hęc, quę prętermissa fuerũt, nã cõclusio vniuersa affirmãs vera, quę interdũ elicitur, tollit omnẽ negãtẽ, & vniuersa negãs vera omnẽ affirmantẽ. pa. 79. li. 16. diceret, nõ dixisset. p. 105. li. 29 Scholiũ, nõ Scholia. p. 106. li. 8, horũ, nõ duorũ. pa. 177. li. 22. albũ nõ esse hominẽ, nõ albũ esse hominẽ. p. 183. li 34. omnẽ equũ ambulare, nõ aliquẽ. pa. 220. li. 32. iũgãtur, nõ iũgatur. pa. 225. lin 18. angulos, nõ anguli. p. 235. li. 15. lege eadẽ interualla. pa 269 li. 32. antecedẽtia, nõ consequentia. pa. 318. li 21. aliquod sentiẽs est albũ, non animal. pag. 443. li. 35. gestæ, non ingestæ. pag. 487. li. 25. ἀλλοῦ, non ἀλλὰ. pag. 490. lin. 23. demonstrationum, non demonstrationem.

FINIS.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca